maſſe: cum vero puer tacite a tergo accederet et quid ageretur obſervaret, ſentientem Iſidem ſe convertiſſe, trucique in eum ex ira intuitam vultu, puerum eo terrore conſternatum obiiſſe. Alii non ſic dicunt, ſed, quo modo commemoratum eſt, in mare excidiſſe. In honore tamen haberi propter Iſidem; eſſe enim Manerotem hunc, quem in conviviis Ægyptii cantant. Alii puero nomen fuiſſe Palæſtino, et a dea conditam urbem ei cognominem Peluſium. Manerotem autem illum qui cantatur, auctorem fuiſſe muſices narrant. Sunt qui Manerotem negent hominis eſſe nomen: ſed affirment iſta voce Ægyptio ſermone acclamationem bibentibus etconvivantibus convenientem ejuſmodi fere ſenſu *fauſta hæc nobis adſint*: atque hoc eſſe quod identidem nominando Manerote Ægyptii ſignificent: quo pacto ſcilicet

νηλύτος ὁ κιβωτῷ περιφερόμενον, οὐκ ἔστιν ὑπόμνημα τῶν περὶ Ὀσίριδος παθῶν, ἢ τινες ὑπολαμβάνουσιν, ἀλλ' οἰομένους παρακαλεῖν αὐτοὺς χρῆσθαι τοῖς παροῦσιν καὶ ἀπολαύειν, ὡς πάντας αὐτίκα μάλα τοιούτους ἐσομένους, οὗ χάριν ἐπὶ κῶμον ἐπεισάγουσι.

ιη'. Τῆς δὲ Ἴσιδος περὶ τὸν υἱὸν Ὧρον ἐν Βουτῷ τρεφόμενον πορευθείσης, τὸ δὲ ἀγέλειον ἀπόπροθεν ἀπωθεμένης, Τυφῶνα κυνηγετοῦντα νύκτωρ περὶ τὴν σελήνην
358 συντυχεῖν αὐτῇ, καὶ τὸ σῶμα γνωρίσαντα διελεῖν εἰς τεσσαρεσκαίδεκα μέρη, καὶ διασπεῖραι· τὴν δὲ Ἶσιν πυθομένην ἀναζητεῖν ἐν βάριδι παπυρίνῃ, τὰ ἕλη διεκπλέουσαν· ὅθεν οὐκ ἀδικεῖσθαι τοὺς ἐν παπυρίνοις σκάφεσι πλέοντας ὑπὸ τῶν κροκοδείλων, ἢ φοβουμένων, ἢ σεβομένων διὰ τὴν θεόν. Ἐκ τούτου δὲ καὶ πολλοὺς τάφους Ὀσίριδος ἐν Αἰγύπτῳ λέγεσθαι διὰ τὸ περιτυγχάνουσαν

F. 6. ἐνιμένους] Acute et, ut puto, vere Marklandus corrigit ὀνομένους. Ita enim ſane ſcripſerit, non ἐνυμένους, ut in Squirii editione exſtat.
A. 1. τεσσαρεσκαίδεκα] Rectius erat τεσσαρακαίδεκα.
A. 3. τὰ ἕλη] Ita Baſ. Xyl. Squir. Cæteri τὰ δὲ ἕλη.

etiam mortui ſimulachrum in ciſtella circumlatum, non ſit monimentum eorum quæ Oſiridi evenerunt, ut nonnulli exiſtimant: ſed quod cenſeant monendos convivas ita ut fruantur præſentibus, ut mox ipſi quoque tales futuri, ideo inferri eam in convivia imaginem.

XVIII. Cum autem Iſis ad Orum filium, qui Buti educabatur, iter faceret, et arcam extra conſpectum hominum depoſuiſſet, Typhonem, noctu venantem ad Lunam, incidiſſe in arcam eam, cadaverque agnitum in partes quatuordecim diſcerpſiſſe, eaſque disjeciſſe: Iſidem re comperta, paludes papyreo lembo pernavigaſſe et fruſta conquiſiviſſe: hinc eſſe, quod qui papyrinis navigiis vehuntur, ii a crocodilis non infeſtantur, aut metuentibus aut venerantibus eos propter Deam: atque hanc eſſe cauſam, quod multa ſunt in Ægypto ſepulchra Oſiridis, quia Iſis fruſtum quodque ita, ut inciderat,

ἑκάστῳ μέρει ταφὰς ποιεῖν. Οἱ δὲ οὔ φασιν· ἀλλὰ εἴ-
δωλα ποιησάμην δοῦναι καθ' ἑκάστην πόλιν, ὡς ὃ σῶμα
δοῦσαν· ὅπως ὡς πλείοσιν ἔχῃ τιμάς, κἂν ὁ Τυ-
φὼν ὑπερκρατήσῃ, τοῦ Ὀσίριδος τὸ ἀληθινὸν τάφον ζητοῦ, B
πολλῶν λεγομένων καὶ δεικνυμένων ἀπαγορεύσῃ. Μόνον
δὲ τῶν μερῶν τοῦ Ὀσίριδος τὸ Ἶσιν οὐκ εὑρεῖν τὸ αἰδοῖον·
εὐθὺς γὰρ εἰς τὸν ποταμὸν ῥιφῆναι, καὶ γεύσασθαι τὸν
τε λεπιδωτὸν αὐτοῦ καὶ τὸν φάγρον καὶ τὸν ὀξύρυγχον, οὓς
μάλιστα τῶν ἰχθύων ἀφοσιοῦσθαι. Τοῦ δ' Ἶσιν ἀντ'
ἐκείνου μίμημα ποιησαμένην καθιερῶσαι τὸν φαλλόν, ᾧ
καὶ νῦν ἑορτάζειν τοὺς Αἰγυπτίους.

ιθ'. Ἔπειτα τῷ Ὥρῳ τὸν Ὀσιριν ἐξ ᾅδου ὡς γε-
γενόμενον ἀγωνεῖν ὑπὲρ τοῦ μάχην καὶ ἀσκεῖν, εἶτα
διερωτῆσαι τί κάλλιστον ἡγεῖται, τοῦ δὲ φήσαντος Τῷ πατρὶ
καὶ τῇ μητρὶ τιμωρεῖν κακῶς παθοῦσιν, δεύτερον ἐρέσθαι C

B. 5. οὓς μάλιστα] Sic Baſ. Xyl. Squir. Vulgo ὡς οὓς μάλιστα.
B. 10. διαπονεῖν] Sic P. Baſ. Xyl. Mez. Squir. varia lectio codicis A. Cæteri διαπομπεύειν.

humaverit. Alii hoc negant: ſimulachra aiunt Iſidem feciſſe, et ſingulis ſingula urbibus dediſſe, ſimulantem cadaver ſe dare, ut is a pluribus coleretur, et ſi Typhon prævaleret, verumque Oſiridis ſepulchrum quæreret, multis commonſtratis, de inveniendo deſperaret. De omnibus membris ſolum penem Oſiridis non fuiſſe ab Iſide repertum: hunc enim ſtatim fuiſſe in Nilum abjectum, guſtatumque a lepidoto (ſive ſquameo) phagro, et oxyryncho piſcibus: quos præ aliis piſcibus exſecrantur Ægyptii. Iſidem autem ejus loco phallum (id eſt veretrum) ejus imitatione confeciſſe atque conſecraſſe: quo hodieque in ſacris utantur Ægyptii.

XIX. Deinde Oſiridem Oro ab inferis præſto adfuiſſe, eumque ad prœlium inſtituiſſe atque exercuiſſe: percunctatum etiam poſtea fuiſſe, *quid pulcherrimum putaret*, cumque reſpondiſſet Orus, *Ulciſci patrem et matrem injuria adfec-*

τί χρησιμώτερον οἴεται ζῶον εἰς μάχην ἐξιέναι, τοῦ δὲ Ὥρου Ἵππον ἐπόντος, ἐπιθαυμάσαι τε καὶ ἀπορῆσαι πῶς ὁ λέοντα μᾶλλον, ἀλλ' ἵππον εἰπεῖν οἴοιτο τὸν Ὧρον ὡς Λέοντι μὲν ἀφέλιμον ἐπιδεομένῳ βοηθείας, ἵππος δὲ φεύγοντα ἀπαναλῶσαι καὶ καταναλῶσαι τὸν πολέμιον· ἀκούσαντα οὖν ἡσθῆναι τὸν Ὄσιριν, ὡς ἱκανῶς ὑπομνησαμένῳ τῷ Ὥρου. Λέγεται δὲ ὅτι πολλῶν μεταπιπτόντων ἀεὶ πρὸς τὸν Ὧρον, καὶ ἡ παλλακὴ τοῦ Τυφῶνος ἀφίκετο Θέμιδος, ὄφις δέ τις ἐπιδιώκων αὐτὴν ὑπὸ τὴν
D πρῷραν τὸν Ὧρον κατεκόπη· καὶ καθ' ἁρπαγὴν τοῦτο χρυσίον πρόβαλόντες εἰς μέσον κατακόπτουσι. Τὸν μὲν οὖν μάχην ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας γενέσθαι καὶ κρατῆσαι τὸν Ὧρον· τὸν Τυφῶνα δὲ τὴν Ἶσιν δεδεμένον παραλαβοῦσαν, οὐκ ἀνελεῖν, ἀλλὰ καὶ λῦσαι καὶ μεθεῖναι· τὸν δὲ Ὧρον οὐ μετρίως ἀνιαθέντα, ἀλλ' ἐπιβαλόντα τῇ

C. 4. ἀλλ' ἵππον εἰπεῖν] Puto excidiſſe εἶναι; ut plane ſcriptum fuerit, ἀλλ' ἵππον εἶναι εἰπεῖν.

D. 2. προβαλόντες] Sic E. Bentl. Markl. Squir. Vulgo προσβαλόντες.

tos, ulterius quæſiviſſe, *quodnam animal ad pugnam eunti cenſeret utilius*: cum *equum* reſpondiſſet Orus, miratum fuiſſe et in dubium vocaſſe, quod non leonem potius quam equum dixiſſet, reſpondiſſe Orum, *eſſe leonem utilem indigenti auxilio, equum autem facere ad inſtandum hoſti eumque interficiendum*: his auditis delectatum Oſirin fuiſſe, ut qui ſatis inſtructum ad pugnam Orum ſentiret. Narrant ſubinde compluribus ad Orum tranſeuntibus, pellicem quoque Typhonis, nomine Thueridem ad eum ſe contuliſſe, et anguem qui eam perſequebatur ab Ori hominibus fuiſſe occiſum: ideoque adhuc funiculum in medium projici et conſcindi. Prœlium porro per plures dies duraſſe, ac victoria Orum potitum. Iſidem, cum vinctum Typhonem eſſet nacta, non modo non interfeciſſe, ſed et ſolviſſe et miſſum feciſſe: idque Orum ita indigne tuliſſe, ut matri injece-

μητρὶ τὰς χεῖρας ἀποσπάσαι τῆς κεφαλῆς τὸ βασίλειον· Ἑρμῆι δὲ περιθεῖναι βούκρανον αὐτῇ κράνος. Τοῦ δὲ Τυφῶνος δηλοῖ τὴν Ὥρᾳ νοθείας ληχόντος, βοηθήσαντος δὲ τῷ Ἑρμῇ, καὶ τὸν Ὧρον ὑπὸ τῶν θεῶν γνήσιον κριθῆναι, τὸν δὲ Τυφῶνα δυσὶν ἄλλαις μάχαις καταπολεμωθῆναι. Τῷ δὲ Ἴσιν μὴ τῷ τελευτῷ ἐξ Ὀσίριδος συγγενομένην, τεκεῖν ἠλιτόμηνον καὶ ἀσθενῆ τοῖς κάτωθεν γήροις τὸν Ἁρποκράτη. E

κ'. Ταῦτα οὐδὲν ἧττον τῷ μύθῳ τὰ κεφάλαια, τῶν δυσφημοτάτων ἐξῃρημένων· οἷον ἐστὶ τὸ περὶ τὸν Ὧρον ἀμμελισμὸν καὶ τὸν Ἴσιδος ἀποκεφαλισμόν. Ὅτι μὴν οἷόν τε ζῶντα περὶ τῆς μακαρίας καὶ ἀφθάρτου φύσεως, καθ' ἣν μάλιστα νοεῖται τὸ θεῖον, ὡς ἀληθῶς πεπονθότα καὶ συμπεσόντα δοξάζουσι καὶ λέγουσιν, ἀποπύσαι δεῖ καὶ καθήρασθαι τὸ στόμα κατ' Αἰσχύλον, οὐδὲν δεῖ λέγειν πρός σε. Καὶ γὰρ αὐτὴ δυσκολαίνεις τοῖς οὕτω παρανόμοις καὶ βαρβάροις δόξαις περὶ θεῶν ἔχουσιν· ὅτι F

rit manus, et regium ornatum a capite ejus detraxerit: ſed Mercurium Iſidi galeam e bovis factam capite impoſuiſſe. Cumque Typhon Oro diem illegitimorum natalium dixiſſet, auxilio Mercurii Orum a diis fuiſſe legitimum judicatum. Typhonem aliis duabus pugnis debellatum. Iſin ex Oſiride, qui a morte cum ipſa coiviſſet, exterricineum et inferioribus debilem membris filium peperiſſe, Harpocratem nomine.

XX. Hæc fere ſunt fabulæ capita, omiſſis iis quæ auditu ſunt difficillima, ut de Oro membratim diſcerpto, et Iſide capite truncata. Enimvero hæc ſi ſentiant ac dicant homines de beata et interitus experte natura, qua potiſſimum intelligitur numen, tanquam revera ſic geſta et obita, deſpuendum eſſe ob indignitatem rei, et os purgandum, ut eſt apud Æſchylum, nihil attinet ad te dicere. Ultro enim ſuccenſes iis, qui tam impias et barbaras de diis habent opiniones. Non tamen ignoras

δ' οὐκ ἔοικε ζῶντα κομιδῇ μυθεύμασιν ἀραιοῖς καὶ ἀφανέσι πλάσμασιν, οἷα ποιηταὶ καὶ λογοσόφοι, καθάπερ οἱ ἀράχναι, γενῶντες ἀφ' ἑαυτῶν ἀπ' ἀρχῆς ἀνυποστάτους ὑφαίνουσι καὶ ἀποτείνουσιν, ἀλλ' ἔχει τινὰς ἀποφάσεις καὶ παλῶν διηγήσεις αὐτῆς. Καὶ καθάπερ οἱ μαθηματικοὶ τὴν ἴριν ἔμφασιν εἶναι τοῦ ἡλίου λέγουσι ποικιλλομένην τῇ πρὸς
359 τὸ νέφος ἀναχωρήσει τῆς ὄψεως, οὕτως ὁ μῦθος ἐνταῦθα λόγου τινὸς ἔμφασίς ἐστιν ἀνακλωμένου ἐπ' ἄλλα τινὰ σοφίσματα, ὡς ὑποδηλοῦσιν αἵ τε θυσίαι τὸ πένθιμον ἔχουσαι καὶ σκυθρωπὸν ἐμφαινόμενον, αἵ τε τῶν ναῶν διαθέσεις, τῶν μὲν ἀνεμμένων εἰς πλεῖστα καὶ δρόμους ὑπαιθρίους καὶ καθαροὺς, τῶν δὲ κρυπτὰ καὶ σκότια κατὰ γῆς ἐχόντων φολιδώματα· Θηβαίοις ἐοικότα καὶ σπιοῖς· οὐκ ἤκιστα δὲ ἡ

F. 4. ἀπ' ἀρχῆς ἀνυποστάτους] Recepi, poſt Squirium, correctionem Bentleii et Baxteri, loco vulgatæ ἀπαρχὰς ἀνυποστάτους.

F. 5. ἀλλ' ἔχει τινὰς ἀποφάσεις—αὐτῇ] ἔχει E. Flor. P. vulgo ἔχειν: ἀποφάσεις Marklandus mutat in ἐνύφασις: equidem ἰσφάσεις conjeceram cum Reiſkio: alterutrum probandum. In αὐτῇ aut aliud latet: aut legendum αὐτὰ ἰφῇς cum Squirio: vel αὐτὰ ὑφδα cum Reiſkio.

A. 1. ἀναχωρήσει] Legendum ἀναχρύσει: vel ἀναχλάσει, ut Reiſk.

A. 7. Θηβαίοις] Varie tentant Viri docti. Credo veram lectionem eſſe Θήκαις ut Bentleius et Salmaſius voluiſſe videntur, ſcribentes Θῆκαις, quod equidem non capio.

iſta non omnino germana eſſe fabularum et inanium figmentorum, qualia comminiſcuntur poetæ et fabularum ſcriptores aranearum inſtar ex ſeipſis gignentes initia nullo fundamento innixa, eaque pertexentes: ſed habere diſputationes quaſdam in ſe, et certorum narrationes eventorum. Et quemadmodum mathematici arcum cœleſtem Solis tradunt eſſe imaginem variatam viſus ad nubem reflexu: ſic fabula hoc loco indicium eſt orationis alio reflectentis intellectum. Declarant hoc ſacrificia lugubrem ac triſtem ſpeciem præ ſe ferentia: tum templorum diſpoſitiones, aliquando in pinnas, et ſtadia deſinentium ſub dio ſita ac pura, aliquando tenebricoſa et operta infra terram habentium ſacraria cellulis ſimilia et adytis. Non minimum huc faci-

τῶν Ὁσιρείων δόξα, πολλαχοῦ κεῖσθαι λεγομένου τοῦ σώματος. Ἄβυδον ἴσως ἡ Μέμφιν ὀνομάζεσθαι πολίχνην λέγουσιν, ὡς μόνῳ τὸ ἀληθινὸν ἔχουσαν, ἔν τε Ἀβύδῳ τοὺς εὐδαίμονας τῶν Αἰγυπτίων καὶ δυνατοὺς μάλιστα θάπτεσθαι φιλοτιμουμένους, ὁμοτάφους εἶναι τοῦ σώματος Ὁσίριδος· ἐν Β δὲ Μέμφει τρέφεσθαι τὸν Ἆπιν, εἴδωλον ὄντα τῆς ἐκείνου ψυχῆς, ὅπου καὶ τὸ σῶμα κεῖσθαι· καὶ τὴν μὲν πόλιν οἱ μὲν Ὅρμον ἀγαθῶν ἑρμηνεύουσιν, οἱ δ' ὡς τάφον Ὁσίριδος· τὴν δὲ περὶ Φίλας νησίδα τὴν ἄλλως μὲν ἄβατον ἅπασι καὶ ἀπερσπέλαστον εἶναι, καὶ μηδὲ ὄρνιθας ἐπ' αὐτῆς καταίρειν, μηδὲ ἰχθῦς περισπελάζειν, ἐνὶ δὲ χαιρῷ τοὺς ἱερεῖς διαβαίνοντας ἐναγίζειν καὶ καταστέφειν ὃ σῆμα μυρίδης φυτῷ περισκιάζομενον, ὑπεραίροντι πάσης ἐλαίας μέγεθος.

A. 8. πολλαχοῦ κεῖσθαι—εἰς τάφον Ὁσίριδος] Locus turbatus. Primo delenda Ἄβυδον ἴσως ἡ Μέμφιν, auctoritate quatuor codicum A. E. Flor. Petav. Tum reliqua ita conſtituenda: πολλαχοῦ γὰρ κεῖσθαι λεγομένου τοῦ σώματος, ὀνομάζεσθαι πόλιχνην λέγουσι ὡς μόνην τὸ ἀληθινὸν ἔχουσαν. Hæc πόλιχνη eſt Taphoſiris: de qua item proxime legendum—ἑρμηνεύουσιν, οἱ δ' ἰδίως τάφον Ὁσίριδος.

B. 5. Φίλαις νησίδα τὴν ἄλλως—καταίρειν] Recepi veriſſimas lectiones: Φίλαις a Squirio: νησίδα τὴν ἄλλως ex Baſ. et Xyl. καταίρειν a Xyl. Vulgo monſtroſe Νύλαις Νιτιτάνην ἄλλως—καρτερεῖν.

B. 8. μυθίδης] μηδίδης A. E. P. μηδίφδης Pol. Amiot. Mez. μηδικῆς Baxt.

unt Oſiridis templa tam multis in locis celebria, cujus corpus multis in partibus terræ ſepultum fertur. Inter alias urbes Abydus et Memphis nominantur, in quibus ſolis vere exſtet Oſiridis ſepulchrum. Et Abydi quidem humantur Ægyptiorum fortunis ac potentia præcipui, ſtudioſe hoc ambientes, ut eodem cum Oſiride potiantur ſepulchro. Memphi autem Apis nutritur, utpote animæ ejus ſimulachrum, ibique etiam corpus conditum perhibent: ac nomen urbis alii *portum bonorum* interpretantur, alii *ſepulchrum Oſiridis*: exiguam quoque inſulam quæ eſt ad Philas ſita, aiunt reliquo tempore omnibus inacceſſam eſſe ac ne aves quidem eo devolare aut piſces appellere, ſtato tempore ſacerdotes in eam trajicere, parentare, et monimentum coronare methidæ plantæ obumbratum, quæ omnis oleæ magnitudinem excedat.

C καί. Εὔδοξος δέ, πολλῶν τάφων ἐν Αἰγύπτῳ λεγομένων, ἐν Βουσίριδι τὸ σῶμα κεῖσθαι, καὶ δὴ πατρίδα ταύτην γενέσθαι τῷ Ὀσίριδος· ἐκεῖ μέντοι λόγον δεῖσθαι τοῦ Ταφόσιριν· αὐτὸ γὰρ φράζειν τοὔνομα ταφὴν Ὀσίριδος. Αἰνῶ δὲ τομὴν ξύλου καὶ σχίσιν λίνου, καὶ χοὰς χεομένας, ἀφ' ὧν πολλὰ τοῖς μυστηρίοις ἀναμέμιχθαι τούτοις. Οὐ μόνον δὲ τούτων οἱ ἱερεῖς λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων θεῶν, ὅσοι μὴ ἀγέννητοι μηδὲ ἄφθαρτοι, τὰ μὲν σώματα παρ' αὐτοῖς κεῖσθαι κομίσαντα ἐκ θεραπεύεσθαι, τὰς δὲ ψυχὰς ἐν οὐρανῷ λάμπειν ἄστρα,
D καὶ καλεῖσθαι κύνα μὲν τὴν Ἶσιδος ὑφ' Ἑλλήνων, ὑπ' Αἰγυπτίων δὲ Σῶθιν, Ὡρίωνα δὲ τὸν Ὧρον, τὴν δὲ Τυφῶνος, ἄρκτον. Εἰς δὲ τὰς ταφὰς τῶν τιμωμένων ζώων, τὰς μὲν ἄλλας συντελεῖν, μόνους δὲ

C. 5. Αἰνῶ δὲ] Legendum Ἐῶ δὲ: ſæpiſſime permutantur hæc verba. Marklandus quidem Οἰνῶ δὲ.

D. 2. τὸν Ὧρον] τὸν Ὧρυ Xyl. Verſ. Bentl. Markl. Squir.

D. 3. ταφὰς] Vulgo vitioſe γραφὰς: unde Xyl. Mez. Squir. τροφὰς; corrigunt: ταφὰς Salmaſ. Reiſk. Jablonſk. Panth. Æg. Part. I. p. 84. Hoc prætuli, quandoquidem alterutrum recipiendum erat.

XXI. Eudoxus, cum multa in Ægypto ſepulchra Oſiridis perhibeantur, corpus ſitum eſſe Buſiride ait: eam enim fuiſſe patriam ejus: jam de Taphoſiri diſputandum non eſſe, cum ipſum hoc nomen ſignificet *ſepulchrum Oſiridis*. Laudo autem ligni ſecturam, et lini ſciſſionem, et liba quæ inferiarum gratia funduntur; quod his multa admixta ſunt arcanum ſenſum ſacrorum innuentia. Neque horum modo, ſed et reliquorum deorum corpora pontifices aiunt apud ſe, obita morte, depoſita procurari: ſcilicet eorum deorum, qui ortus et interitus expertes non ſint: eorum autem animas in cœlo fulgere, et eſſe ſtellas; nam Iſidis vocari a Græcis Canem, ab Ægyptiis Sothin: Orionem eſſe Ori, Typhonis Urſam. Cum autem ad alenda quæ venerantur animalia ſumptum ſuppeditent conſtitutum Æ-

μὴ διδόναι τὰς Θηβαΐδα κατοικούσας, ὡς θνητὸν θεὸν οὐδένα νομίζουσας, ἀλλὰ ὃν καλοῦσιν αὐτοὶ Κνὴφ, ἀγέννητον ὄντα καὶ ἀθάνατον.

κβ'. Πολλῶν δὲ τοιούτων λεγομένων καὶ δεικνυμένων, οἱ μὲν ὀρθοὶ βασιλέων ζῶντα καὶ τυράννων δι' ἀρετὴν ὑπερφέροντα ἢ δύναμιν, ἀξίωμα τῇ δόξῃ θεότητος ὑπειληφότων, εἶτα ζηλωσάντων τύχαις ἔργα καὶ πάθη δεινὰ καὶ μεγάλα μιμνησκόμενοι, ῥᾴστην μὲ ἀποδρᾶσι τῶν λόγων χρῶνται, καὶ τὸ δύσφημον οὐ φαύλως ἀπὸ τῶν θεῶν ἐπ' ἀνθρώπους μεταφέρουσι, καὶ ζημίας ἔχουσιν ἀπὸ τοῦ ἱστορεμένων βοηθείας. Ἱστοροῦσι γὰρ Αἰγύπτιοι τὸν μὲν Ἑρμοῦ τῷ σώματι γενέσθαι καλιάγκωνα, τὸν δὲ Τυφῶνα, τῇ χρόᾳ πυρρόν, λευκὸν δὲ τὸν Ὧρον, καὶ μελάγχροα τὸν Ὄσιριν, ὡς τῇ φύσει γεγονότας ἀνθρώπους· ἔτι δὲ καὶ στρατηγὸν ὀνομάζουσιν Ὄσιριν, καὶ κυβερνήτην Κάνωβον, οὗ φασιν ἐπώνυμον γεγονέναι τὸν ἀστέρα· καὶ τὸ πλοῖον

D. 6. κνὴφ, ἀγέννητον] Sic e Xyl. Mez. Squir. Vulgo κνηφαγέννητον.

gyptii, ſoli (ut fertur) Thebaidos incolæ immunes ſunt: hi enim mortalem deum nullum cenſent, ſed deum qui Kneph ipſis dicitur, ortus exſortem et immortalem putant.

XXII. Cæterum quia multa talia dicuntur et monſtrantur, qui arbitrantur hoc pacto commemorari eventa regum aut tyrannorum, qui cum ob excellentem virtutem aut potentiam divinæ naturæ dignitatem ſibi arrogaſſent, gravibus poſtmodo fortunæ adverſitatibus fuerint perculſi: ii facillimo utuntur orationis effugio, et quæ auditu ſunt moleſta, non inepte a diis ad homines transferunt, habentque ſua adminicula ex hiſtoriis vulgatis. Narrant enim Ægyptii, Mercurium alterum cubitorum habuiſſe breviorem, Typhonem fuiſſe rufum, Orum album, Oſirin nigrum, ut qui homines natura exſtitiſſent: ad hæc imperatorem nominant Oſirin, et gubernatorem Canopum, cum quo ſtella idem habeat nomen: et navim, quæ Argo Græcis

ὃ καλοῦσιν Ἕλληνες Ἀργώ, τῆς Ὀσίριδος νεὼς εἰδωλον
F ὑπὸ τιμῆ κατηστερισμένον, ὑ μαχεῖν φέρεσθαι τῷ Ὠρίωνος
καὶ τῷ Κυνὸς, ὧν τὸ μὲν Ὥρου, τὸ δὲ Ἴσιδος ἱερὸν,
Αἰγύπτιοι νομίζουσιν.

κγ'. Ὀκνῶ δὲ μὴ τοῦτο ᾖ τὰ ἀκίνητα κινεῖν, καὶ
πολεμεῖν οὐ τῷ πολλῷ χρόνῳ, κατ' Σιμωνίδην, μόνον,
πολλοῖς δὲ ἀνθρώποις ἔθνεσι καὶ γένεσι κατόχοις ὑπὸ
τῆς περὶ τοὺς θεοὺς τούτους ὁσιότητος σφόδρα ἀποληπούσας
ἐξ ὑφαιρεῖν μεταφέρειν ὑπὸ γῆν ὀνόματα τηλικαῦτα, καὶ
τιμὴν καὶ πίστιν ὅλην δεῖν ἅπασιν ἐκ περάτων γενέσεως
360 ἀναδεδυκέναι ἐξιάσαι καὶ ἀναλύσαι μεγάλας μὲν τῷ ἀθέῳ
λεῳ κλισιάδας ἀνοίγοντας καὶ ἐξανθρωπίζοντι τὰ θεῖα,
λαμπρὸν δὲ τοῖς Εὐημέρου τοῦ Μεσσηνίου φενακισμοῖς
παῤῥησίαν διδόντας, ὃς αὐτὸς ἀντίγραφα συνθεὶς ἀπίστου

F. 5. οὐ τῷ πολλῷ χρόνῳ] οὐ revocavimus ex Ald. Baſ. Xyl. Amiot. Mez. Squir. A. E. Venet. In Stephaniana eſt in credo errore operarum: quem propagarunt ſequentes.

A. 2. ἐξανθρωπίζοντι] Markl. ἐξανθρωπίζοντας: recte. Mox ἀναλύσαι legendum cum Bentl. Baxter. Squir. Tum ἀναγεγραμμένων pro ἀναγεγραμμένους ex Salmaſ. Reiſk. Weſſeling. ad D. S. I. p. 364.

dicitur, inter ſidera relatam in honorem navis Oſiridis, non procul ab Orione et Cane ferri: quorum ſiderum alterum Oro, alterum Iſidi ſacrum Ægyptii cenſent.

XXIII. Vereor autem ne ſit hoc immobilia movere, et *bellum inferre* non tantum, ut Simonides aiebat, *longo tempori*, ſed multis hominibus, gentibus, et familiis, quas religioſus horum deorum cultus quaſi furore divino correptas tenuit: neque aliud mihi fere hoc eſſe videtur, quam tanta nomina e cœlo in terras deducere, honoremque et fidem omnibus propemodum hominibus ab ipſo ortu ingeneratam exturbare atque diſſipare: ac, cum magnas aperire valvas impiæ turbæ, quæ res deorum inhumanas convertit, tum ſplendidam licentiam conciliare impoſturis Euemeri Meſſenii. Is enim commentario conſcripto incredibilium et vanarum fabularum, omne impietatis genus per totum ſpar-

καὶ ἀνυπάρκτῳ μυθολογίας, πᾶσαν ἀθεότητα κατασκεδάννυσι τῆς οἰκουμένης, τοὺς νομιζομένους θεοὺς πάντας ὁμαλῶς ἀφαγεάφων, εἰς ὄνομα στρατηγῶν καὶ ναυάρχων καὶ βασιλέων, ὡς δὴ πάλαι γεγονότων· ἐν δὲ Πάγχαια γεάμμασι χρυσοῖς ἀναγεγραμμένοις, οἷς οὔτε βάρβαρος οὐδεὶς, οὔτε Ἕλλην, ἀλλὰ μόνος Εὐήμερος, ὡς ἔοικε, πλεύσας εἰς τοὺς μηδαμόθι γῆς γεγονότας, μηδὲ ὄντας Παγχάους καὶ Τριφύλλους, ἐντετυχήκει.

κδ'. Καίτοι μεγάλαι μὲν ὑμνοῦνται πράξεις ἐν Ἀσσυρίοις, Σεμιράμιδος· μεγάλαι δὲ αἱ Σεσώστριος ἐν Αἰγύπτῳ· Φρύγες δὲ μέχρι νῦν τὰ λαμπρὰ καὶ θαυμαστὰ τῶν ἔργων, Μανικὰ καλοῦσι, ἀφ' οὗ Μάνιν τινὰ τῶν πάλαι βασιλέων ἀγαθὸν ἄνδρα καὶ δυνατὸν γενέσθαι παρ' αὐτοῖς, ὃν ἔνιοι Μάσδην καλοῦσι. Κῦρος δὲ Πέρσας, Μακεδόνας δὲ Ἀλέξανδρος, ὀλίγου δεῖν ὑπὲρ πέρας τῆς γῆς κρατοῦντας, προήγαγον· ἀλλὰ ὄνομα καὶ μνήμην βασιλέων ἀγαθῶν ἔσχουσιν· εἰ δέ τινες ἐξαρθέντες τοῦ

C. 1. ἐξαρθέντες] Sumpſi a Xyl. Bentl. Squir. Vulgo ἐξαιρεθέντες.

ſit terrarum orbem, eos qui dii exiſtimantur univerſos æqualiter expungens, et ad nomina priſcorum imperatorum, navarchorum, ac regum detorquens, deſcripta aureis litteris in Panchæa: in quas quidem litteras nemo neque barbarus neque Græcus, ſed ſolus, ſi diis placet, Euemerus inciderit, navi advectus ad nullibi terrarum degentes aut natos Panchæos ac Triphylios.

XXIV. Sane magnæ res geſtæ a Semiramide celebrantur apud Aſſyrios, a Seſoſtri in Ægypto: et Phryges præclara facinora hodieque Manica appellant, quia Manis quidam antiquorum regum apud ipſos virtute et potentia polluerit, quem nonnulli Maſden vocant: tum Cyrus Perſas, Macedones Alexander victores pœne uſque ad fines terræ perduxerunt. Verum iſtis nomina et memoria præclarorum regum obtigerunt. At ſi

μεγαλαυχίας, ὡς φησιν ὁ Πλάτων, ἅμα νεότητι καὶ ἀγνοίᾳ φλεγόμενοι τῇ ψυχῇ μεθ' ὕβρεως ἐδέξαντο θεῶν ἐπωνυμίας, καὶ ναῶν ἱδρύσεις, βραχὺ ἤνθησεν ἡ δόξα χρόνον, εἶτα κενότητα καὶ ἀλαζονείαν μετ' ἀσεβείας καὶ παρανομίας παρασύροντες,

Ὠκύμοροι καπνοῦ δίκην ἀρθέντες ἀπίστιαι,

καὶ νῦν, ὥσπερ ἀγώγιμοι δραπέται, τῶν ἱερῶν καὶ τῶν βωμῶν ἀποσπασθέντες οὐδὲν ἄλλ' ἢ τὰ μνήματα καὶ τὰς τάφους ἔχουσιν. Ὅθεν Ἀντίγονος ὁ γέρων, Ἑρμοδότου
D τινὸς ἐν ποιήμασιν αὐτὸν ἡλίου παῖδα καὶ θεὸν ἀναγορεύοντος, Οὐ τοιαῦτά μοι, εἶπεν, ὁ λασανοφόρος συνῴδειν. Εὖ δὲ καὶ Λύσιππος ὁ πλάστης Ἀπελλῆ ἐμέμψατο τὴν ζωγράφον, ὅτι τῷ Ἀλεξάνδρῳ γράφων εἰκόνα, κεραυνὸν ἐνεχείρισεν· αὐτὸς δὲ λόγχῃ, ἧς τὴν δόξαν οὐδεὶς ἀφαιρήσεται χρόνος, ἀληθινῷ καὶ ἰδίῳ ὄντι.

κε'. Βέλτιον οὖν, οἱ τὰ περὶ τὸν Τυφῶνα καὶ Ὄσιριν καὶ Ἶσιν ἱστορούμενα, μήτε θεῶν παθήματα, μήτε

qui faſtu elati, et, ut Plato ait, ſimul juventute et inſcitia animis inflammatis per laſciviam deorum cognomina acceperunt, ac templa ſibi poni voluerunt, eorum gloria brevi floruit tempore, deinde præter vanitatem et arrogantiam impietatis etiam ac injuſtitiæ culpam ſuſtinentes,

Evolitaverunt tenues ceu fumus in auras
Præpete ſurrepti fato,

et nunc tanquam fugitivi ſervi, in quos jus abducendi eſt dominis, avulſi a templis et aris, nihil præter monumenta et ſepulchra habent. Itaque Antigonus ſenior, cum Hermodotus quidam in carmine ipſum Solis filium et deum prædicaviſſet, *Non talium ſibi conſcium eſſe rerum*, dixit, *ſervum qui matulam geſtaret.* Recte etiam Lyſippus fictor Apellem pictorem reprehendit, quod is imaginem Alexandri fulmen manu tenentem pinxiſſet, ipſe haſtam, hujus inquiens gloriam, quæ vera Alexandro et propria eſſet, nullo tempore abolitum iri.

XXV. Melius ergo faciunt, qui quæ de Typhone, Oſiride, Iſide narrantur, ne-

ἀνθρώπων, ἀλλὰ δαιμόνων μεγάλων εἶναι νομίζοντες, οὓς καὶ Πλάτων καὶ Πυθαγόρας καὶ Ξενοκράτης καὶ Χρύ- E
σιππος, ἐπόμβυοι τοῖς πάλαι θεολόγοις, ἐρρωμβυεστέρους φῦναι ἀνθρώπων γεγονέναι λέγουσι, καὶ πολλῇ τῇ δυνάμει τὴν φύσιν ὑπερφέρονται ἡμῶν, τὸ δὲ θεῖον οὐκ ἀμιγές, οὐδὲ ἄκρατον ἔχουσι, ἀλλὰ καὶ ψυχῆς φύσει καὶ σώματος αἰσθήσει συνειλημμένον, ἡδονῇ δεχομένην καὶ πόνον, καὶ ὅσα τούτοις ἑπόμενα ταῖς μεταβολαῖς πάσχει, τὰ μὲν μᾶλλον, τὰ δὲ ἧττον ὑποπαρατρέπει. Γίνονται γὰρ ὡς ἐν ἀνθρώποις, καὶ δαίμοσιν, ἀρετῆς διαφοραὶ καὶ κακίας· τὰ γὰρ Γιγαντικὰ καὶ Τιτανικὰ παρ' Ἕλλησιν ἀδόμενα, F
καὶ Κρόνου τινὸς ἄθεσμοι πρᾶξεις, καὶ Πύθωνος ἀντιτάξεις πρὸς Ἀπόλλωνα, φυγή τε Διονύσου καὶ πλάναι Δήμητρος, οὐδὲν ἀπολείπουσιν τῶν Ὀσιριακῶν καὶ Τυφωνικῶν, ἄλλων τε ὧν πᾶσιν ἔξεστιν ἀνέδην μυθολογουμένων ἀκούειν·

D. 9. οὓς καὶ Πλάτων] οὓς ex Eusebio Præp. Evang. V, 5. Xyl. Mez. Squir.
E. 6. αἰσθήσει συνειλημμένον] Item ex Eusebio. Vulgatum αἰσθήσει ἐν συνειλημμένον debetur Stephano: Ald. Bas. ἐν συνειλημμένον: alii aliter.
E. 6. δεχομένην] Item ex Eusebio et Xyl.
F. 3. φυγαὶ] Sic Eusebius. Vulgo φυγάς.

que deorum, neque hominum, ſed magnorum geniorum eventa ſentiunt: quos genios et Plato, et Pythagoras, et Xenocrates et Chryſippus, priſcorum theologorum imitatione, hominibus robuſtiores exſtitiſſe aiunt, et potentia noſtram naturam longe ſuperare, divina autem natura non ſincera aut pura præditos, ſed quæ animæ natura corporiſque ſenſu comprehenſa, voluptatis eſſet doloriſque capax, aliiſque id genus obnoxia affectionibus, ac mutationibus, quibus alii magis, alii minus turbantur. Nam, ut in hominibus, ita etiam inter dæmones ſunt virtutum et vitiorum diſcrimina. Etenim quæ de Gigantibus et Titanibus apud Græcos cantantur, et Saturni quædam ſcelera, Pythonis cum Apolline certamen, exſulia Bacchi, Cereris errores, nihil abſunt ab Oſiridis et Typhonis eventis, aliiſque ſimilibus, quæ omnibus licet licenter conficta audire: eadem eſt eo-

ὅσα τε μυστικοῖς ἱεροῖς ἀποκρυπτόμενα καὶ τελεταῖς, ἄῤῥητα ἀφοσιώζεται καὶ ἀθέατα τοῖς τοὺς πολλοὺς, ὅμοιον ἔχει λόγον.

κϛ'. Ἀχιλλέα δὲ καὶ Ὅμηρον, τοὺς μὲν ἀγαθοὺς ἀφομοίους θεοειδέας ἑκάστοτε καὶ ἀντιθέους, καὶ θεῶν ἄπο
361 μηδὲ ἐγγύς· τῷ δὲ ἀπὸ τῶν δαιμόνων τοιούτῳ κεκοινωνηκότι κοινῶς ὑπό τε λοιδόρων καὶ φαύλων,

Δαιμόνι᾽ ἦ ῥά νύ τοι χόλος ἐστὶ πολὺς καὶ ἀπηνὴς
Ἀργείους;

Καὶ πάλιν,

Ἀλλ᾽ ὅτε δὴ τὸ τέταρτον ἐπίσσυτο δαίμονι ἶσος.

Καὶ,

Δαιμονίη, τί νύ σε Πρίαμος Πριάμοιό τε παῖδες,
Τόσσα κακὰ ῥέζουσιν, ὅτ᾽ ἀσπιδοχὶς μεμαυῖαι
Ἰλίου ἐξαλαπάξαι ἰωκτίμενον πτολίεθρον;

ὡς τῶν δαιμόνων μικτὴν καὶ ἀνώμαλον φύσιν ἐχόντων καὶ προαιρέσιν. Ὅθεν ὁ μὲν Πλάτων Ὀλυμπίοις θεοῖς τὰ δεξιὰ καὶ πρωτεῖα, τὰ δ᾽ ἀντίφωνα τούτων δαίμοσιν
B ἀποδίδωσιν. Ὁ δὲ Ξενοκράτης καὶ τῶν ἡμερῶν τὰς ἀποφράδας, καὶ τῶν ἑορτῶν ὅσαι πληγάς τινας, ἢ κοπε-

rum quoque ratio, quæ in myſticis ſacris occulte aguntur, et efferri ad vulgus aut ab eo videri nefas ducitur.

XXVI. Jam Homerum quoque animadvertimus inſigniter bonos viros identidem appellare deorum ſimiles, diis æquales, et

Conſiliis ſuperam inſtructos:

appellatione autem a geniis (qui Græce dicuntur dæmones) promiſcue uti de bonis et malis, quod genii mixta et inæquali ſint natura ac voluntate præditi; itaque et Hectorem Ajax, et Junonem Jupiter vituperandi gratia genii ſimilem appellat: et dæmonis in morem irruere in hoſtem Achilles dicitur. Hinc adeo eſt, quod Plato *cæleſtibus diis dextra et imparia, horum adverſa geniis* adſcribit. Xenocrates etiam nefaſtos dies, et ferias in quibus verbera, planctus, jejunia, mali ominis voces

τὰς, ἢ νηφαλίας, ἢ δυσφημίας, ἢ αἰσχρολογίαν ἔχουσιν, ὅτε θεῶν παισὶν ὅτε δαιμόνων οἴεται προσήκειν χρηστῶν, ἀλλὰ τοῖς φύσις ἐν ᾧ περέχοντι μεγάλας μὲ καὶ ἰσχυρὰς, δυστρόπους δὲ καὶ σκυθρωπὰς, αἳ χαίρουσι τοῖς τοιούτοις, καὶ τυγχάνουσαι τοῦς οὐδὲν ἄλλο χεῖρον τρέπουσι. Τὰς δὲ χρηστοὺς πάλιν καὶ ἀγαθὰς ὅ, τε Ἡσίοδος ἁγνὰς δαίμονας καὶ φύλακας ἀνθρώπων προσαγορεύει πλουτοδότας, καὶ τοῦτο γέρας βασιλήϊον ἔχοντας· ὅ, τε Πλάτων ἑρμηνευτικὸν τὸ τοιοῦτον ὀνομάζει γένος καὶ διακονικὸν, C ἐν μέσῳ θεῶν καὶ ἀνθρώπων, εὐχὰς μὲν ἀγούσης καὶ δέησις ἀνθρώπων ἀναπέμποντας, ἐκεῖθεν δὲ μαντεῖα δοῦναι καὶ δόσις ἀγαθῶν φέροντας, Ἐμπεδοκλῆς δὲ καὶ δίκας φησὶ διδόναι τὰς δαίμονας ὧν ἁμαρτήσουσι καὶ πλημμελήσουσιν.

Αἰθέριον μὲν γάρ σφι μένος πόντονδε διώκει,
Πόντος δ' εἰς χθονὸς οὖδας ἀπέπλυσε, γαῖα δ' εἰς αὐγὰς
Ἠελίου ἀκάμαντος, ὁ δ' αἰθέρος ἔμβαλε δίναις·
Ἄλλος δ' ἐξ ἄλλου δέχεται, γυγίνουσι δὲ πάντες·

C. 7. εἰς αὐγὰς] Sic Euſeb. Xyl. Squir. ipſe Plutarchus de Vit. Ære aliene p. 830. F.

aut obſcœna dicta uſurpantur, neque deorum convenire veneration, neque bonorum geniorum cenſet: ſed eſſe in aëre quaſdam naturas magnas et validas, eaſdemque tetricas et moroſas, quæ iſtis delectentur rebus, ac conſecutæ a maleficio abſtineant. Heſiodus bonos et commodos genios vocat,

Caſtos, cuſtodes hominum, rerumque datores
Lautarum, quod ſint regalis honoris adepti.

et Plato hoc genus inter homines ac deos interpretum adminiſtrorumque fungi muneribus ait: quia ab hominibus vota preceſque ad deos perferant, a diis ad homines oracula et dona bonarum rerum. Empedocles genios etiam pœnas peccatorum delictorumque luere affirmat:

In mare namque illos adigit vis ætheris urgens,
Exſpuit in terræ pontus ſola: terraque in almi
Lampada propellit Solis: Sol ætheris illes
Vorticibus celer immittit: ſic ordine longo
Unus poſt alium exoſos ſcelerum excipit ultor:

ἄχρις οὗ κολασθέντες ὕπτιοι καὶ καθαρθέντες, αὖθις τὴν
ἰδίαν φύσιν χώραν καὶ τάξιν ἀπολάβωσι.

D κζ. Τύφωνα δὲ καὶ τοὺς τούτων ἀδελφὰ λέγεσθαί
φασι περὶ Τυφῶνος, ὡς δεινὰ μὲν ὑπὸ φθόνου καὶ δυσ-
μενείας εἰργάσατο· καὶ πάντα περάγματα ταράξας,
ἐπέπλησε κακῶν γῆν ὁμοῦ τε πᾶσαν καὶ θάλατταν, εἶτα
δίκην ἔδωκεν· ἡ δὲ τιμωρὸς Ὀσίριδος ἀδελφὴ καὶ γυνὴ
τὴν Τυφῶνος σβέσασα καὶ καταπαύσασα μανίαν καὶ
λύσασα, οὐ περιεῖδε τοὺς ἄθλους καὶ τοὺς ἀγῶνας οὓς
ἀνέτλη, καὶ πλάνας αὐτῆς, καὶ πολλὰ μὲν ἔργα σοφίας,
πολλὰ δὲ ἀνδρίας, ἀμυηταῖαν ὑπολαβοῦσα καὶ σιωπὴν,
ἀλλὰ ταῖς ἀγωνίαις ἀναμίξασα τελεταῖς, εἰκόνας καὶ
ὑπονοίας καὶ μίμημα τῶν τότε παθημάτων, εὐσεβείας ὁμοῦ
E διδαγμα καὶ παραμύθιον ἀνδράσι καὶ γυναιξὶν ὑπὸ συμ-
φορῶν ἐχομένοις ὁμοίων καταστήσασα· αὐτὴ δὲ καὶ Ὄσιρις ἐκ

D. 9. ὑπολαβοῦσα] Legendum ὑπολαβοῦσαν cum Mez. ſenſu quem reddidimus in verſione.

E. 2. ὁμοίων] Corrigunt ita Salmaſ. et Markl. quibus accedit auctoritas codicum A. et E. Vulgo ὁμοίως.

donec ſuppliciis expiati ac luſtrati priſtinæ naturæ locoque ſuo reſtituantur.

XXVII. Horum ac ſimilium germana ſunt, quæ de Typhone feruntur, qui cum odio impulſus et malignitate atrocia patraſſet facinora, omnibuſque conturbatis rebus terras omnes omniaque maria malis impleviſſet, tandem pœnas dederit: Ultrix autem Oſiridis ſoror atque uxor poſtquam Typhonis furias et rabiem compeſcuit atque exſtinxit, non commiſit ut ſilentium et oblivio ſuſciperent certamina ærumnaſque ſuas et errores quibus fuerat jactata, neque paſſa eſt tam multa ſapienter, multa fortiter abs ſe geſta ſilentio obliterari: ſed ſanctiſſimis ſacrificiis admiſcens imagines, indicia, et exempla ſuorum eventorum, ſimul et pietatis documentum, et ſolatium viris mulieribuſque adverſa fortuna utentibus conſecravit. Ipſa autem et Oſiris de bonis geniis ob virtutem in

δαιμόνων ἀγαθῶν δι' ἀρετῆς εἰς θεὸς μεταβαλόντες, ὡς ὕστερον Ἡρακλῆς καὶ Διόνυσος, ἅμα καὶ θεῶν καὶ δαιμόνων οὐκ ἀπὸ τρόπου μεμιγμένας τιμὰς ἔχουσι, παντα χοῦ μὲν, οἱ δὲ τοῖς ὑπὲρ γῆν καὶ ὑπὸ γῆν δυνάμενοι μέγιστον. Οὐ γὰρ ἄλλον (τὸν) Σάραπιν ἢ τὸν Πλούτωνά φασι, καὶ Ἶσιν τὴν Περσέφασσαν, ὡς Ἀρχέμαχος εἴρηκεν F ὁ Εὐβοεὺς, καὶ ὁ Ποντικὸς Ἡρακλείδης τὸ χρηστήριον εἶναι Κανώβῳ Πλούτωνος ἡγούμενος (τὸ).

κη'. Πτολεμαῖος δὲ ὁ σωτὴρ ἀνεῖλε τὸν ἐν Σινώπῃ τοῦ Πλούτωνος κολοσσὸν, οὐκ ἐπιγάμβρος ὢν δὲ ἑωρακὼς πρότερον οἷος τὴν μορφὴν, κελεύοντα κομίσαι τὴν ταχίστην αὐτὸν εἰς Ἀλεξάνδρειαν· ἀγνοοῦντι δ' αὐτῷ καὶ ἀπορουμένῳ ποῦ καθίδρυται, καὶ διηπορημένῳ τοῖς φίλοις τί ὄφελος, εὑρέθη πολυπλάνης ἄνθρωπος, ὄνομα Σωσίβιος, ἐν Σινώπῃ φάσμος ἑωρακέναι τοιοῦτον κολοσσὸν, οἷον ὁ βα-

E. 6. τοῖς ὑπὲρ γῆν] Obtemperavi doctis viris Xyl. Mez. Bentl. Baxter. Markl. Squir. Vulgo τούτοις ὑπὲρ γῆν.

F. 2. Ἡρακλείδης] Hic item iisdem viris obtemperavi in re manifesta quidem. Vulgo Ἡράκλειτος.

F. 4. ἀνεῖλε] Legendum videtur ὅπερ εἶδε: quæ est una acutissima Squirii conjectura.

F. 6. οἷος τὴν μορφὴν] Scribendum οἷος ἦν τὴν μορφὴν cum Mez. et Reisk.

deos mutati, ut postmodo Hercules et Liber, haud abs re deorum et geniorum permixtis honoribus coluntur, ubique magna, maxima autem in rebus supra et infra terram potentia præditi. Neque vero Sarapis alius est quam Pluto, aut Isis a Proserpina differt: ut et Archemachus Euboensis docuit, et Heraclides Ponticus, qui oraculum Canopicum, Plutonis esse judicat.

XXVIII. Ptolemæus vero Soter Plutonis colossum qui Sinopæ erat sustulit, cum neque nosset neque vidisset unquam talem, quali forma per quietem imaginatus fuerat se videre, ac juberi eum quamprimum Alexandriam perferre: ignoranti autem et anxie inquirenti ubinam locorum situs esset, amicisque rem narranti, oblatus est Sosibius quidam late vagatus homo, qui Sinopæ a se visum talem colossum diceret, qualem rex

σιλεὺς ἰδεῖν ἔδοξεν· ἔπεμψεν οὖν Σωτέλη καὶ Διόνυσον,
οἳ χρόνῳ πολλῷ καὶ μόλις, οὐκ ἄνευ μοίρας θείας προ-
362 νοίας, ἤγαγον σκυλέλαντες. Ἐπεὶ δὲ κομισθεὶς ὤφθη,
συμβαλόντες οἱ περὶ Τιμόθεον τὸν ἐξηγητὴν καὶ Μανέ-
θωνα τὸν Σεβεννίτην Πλούτωνος ὂν ἄγαλμα, τῷ Κερβέρῳ
τεκμαιρόμενοι καὶ τῷ δράκοντι, πείθουσι τὸν Πτολεμαῖον,
ὡς ἑτέρου θεῶν οὐδενὸς, ἀλλὰ Σαράπιδός ἐστιν. Οὐ γὰρ
ἐκεῖθεν ὅπως ὀνομαζόμενος ἦκεν, ἀλλ' εἰς Ἀλεξάνδρειαν
κομισθεὶς τὸ παρ' Αἰγυπτίοις ὄνομα τοῦ Πλούτωνος ἐκ-
τήσατο τὸν Σάραπιν. Καὶ μήτοι Ἡρακλείτου τοῦ φυ-
σικοῦ λέγοντος "Ἀιδης καὶ Διόνυσος ὅστις, ὅτε οἷν μαίνον-
ται καὶ ληναίουσιν, εἰς ταὐτὸν ἀπάγουσι τὴν δόξαν· οἱ γὰρ
Β ἀξιοῦντες ἅδου λέγειν τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς, οἷον παρα-
φρονοῦσης καὶ μεθυούσης ἐν αὐτῷ, γλίσχρως ἀλληγορεῖσι.
Βέλτιον δὲ τὸν Ὄσιριν εἰς ταυτὸ συνάγειν τῷ Διονύσῳ,

A. 1. ὤφθη] Sic Baſ. Xyl. A. E. Flor. Pet. At vero Ald. et hinc Stephanus ὄφθαν.
A. 6. οὗτος] Recepi a Salmaſ. Markl. Squir. Vulgo οὕτως.
A. 8. Ἡρακλείτου] Legendum Ἄιδης καὶ Διόνυσος οὗτός, ὅτου μαίνονται καὶ ληναίουσιν: partim ex Clem. Alex. Protr. p. 22. ubi plenius exſtat Heracliti dictum.

imaginatus fuerat: miſſi itaque Soteles et Dionyſus, longo tempore et ægre, neque ſine providentia divina, furtim ablatum coloſſum ad regem pertulerunt: qui ubi conſpectus fuit, Timotheus interpres, et Manetho Sebennita a Cerbero et dracone conjecturis ductis collegerunt Plutonis eſſe ſimulachrum, Ptolemæoque perſuaſerunt, non eſſe alius dei, quam Sarapidis. Non enim iſthinc hoc nomen gerens venerat: ſed allatus Alexandriam, Sarapidis nomen, quo Ægyptii Plutonem afficiunt, invenit. Jam quod Heraclitus phyſicus dicit, *Pluto et Liber idem, nam qui inſaniunt iidem delirant*, in hanc concedunt ſententiam. Qui enim Ditem exiſtimant corpus animæ dici tanquam deſipientis et ebriæ, in eo interpretatione nimis exili utuntur. Præſtat autem Oſirin cum Baccho eundem facere, et

τῷ τε Ὀσίριδι τὸν Σάραπιν, ὅτε τὴν φύσιν μετέβαλε, ζώντης τυχόντα τῆς προσηγορίας· διὸ πᾶσι κοινὸς ὁ Σάραπίς ἐστι, ὡς δὲ τὸν Ὄσιριν οἱ τῶν ἱερῶν μεταλαβόντες ἴσασιν.

κθ'. Οὐ γὰρ ἄξιον προσέχειν τοῖς Φρυγίοις γράμμασιν, ἐν οἷς λέγεται χαροπῶς, τὴν μὲν τοῦ Ἡρακλέους γενέσθαι θυγατέρα, Ἰσιακοῦ δὲ τοῦ Ἡρακλέους ὁ Τυφών· ὧδε Φιλάρχῳ μὴ καταφρονεῖν, γράφοντος ὅτι πρῶτος εἰς Αἴγυπτον ἐξ Ἰνδῶν Διόνυσος ἦγαγε δύο βοῦς, ὧν τὸν μὲν, Ἆπις ὄνομα, τῷ δὲ Ὀσίρει, Σάραπις C δὲ ὄνομα τῷ τὸ ΠΑΝ κοσμοῦντος ἐστι, τοῦτο δὲ τὸ ΣΑΙΡΕΙΝ, ὃ χαλλωπίζειν τινὲς καὶ κοσμεῖν λέγουσιν. Ἄτοπα γὰρ ταῦτα τῷ Φιλάρχῳ· πολλῷ δὲ ἀτοπώτερα τῶν λεγόντων οὐκ εἶναι θεὸν τὸν Σάραπιν, ἀλλὰ τὴν Ἆπιδος

B. 5. τυχόντα—ἴσασιν] Legendum τυχόντι: tum ὡς καὶ τὸν Ὄσιριν, *ut etiam Osirin omnibus communem esse norunt initiati.* Prius jam Squirius recepit: posterius Markl. vidit.

B. 9. χαροπῶς] Varie tentatur a viris doctis: codices in vulgata consentiunt: Bas. et Xyl. χάροπός τις. Equidem ut in re dubia, legam ἐν οἷς λέγεται αὐτὸς μὲν (scil. Ὄσιρις) Σαραπιδος τῆς Ἡρακλίους γενέσθαι θυγατρός. Ultimum hoc Θυγατρὸς præbet Venet.

B. 11. Φίλαρχου—Φιλάρχου—ἀτοπώτερα τῶν λέγοντων] Squirius Φύλαρχου—Φυλάρχῳ—ἀτοπάτερα τὰ τῶν λεγόντων, probabiliter correxit, audacter recepit.

cum Oſiride Sarapin, ſic dictum poſtquam naturam mutavit; Idcirco omnibus communis eſt Sarapis, prouti item Oſiris, ut norunt qui ſacrorum ſunt facti participes.

XXIX. Non enim par eſt Phrygiis credere literis, in quibus dicitur Charopos quædam Herculis filia fuiſſe, Herculis autem Iſiaci filius Typhon. Contemnendus etiam Phylarchus, qui ſcribit primum ex India Bacchum adduxiſſe boves duos, quorum Apis alter, alter Oſiris ſit dictus, cæterum Sarapin eſſe nomen ejus qui Univerſum ordinat atque ornat, quod voce *Sairein* quidam exprimunt: ſunt enim hæc Phylarchi abſurda. Multo abſurdiora ſunt quæ quidam dicunt, Sarapin non eſſe deum ſed ſepulchralem ciſtam, quæ

σορὸν ὕπως ὀνομάζεσθαι, καὶ χαλκᾶς τινας ἐν Μέμφει πύλας Λήθης καὶ Κωκυτοῦ παρασημαίνεσθαι, ὅταν θάπτωσι τὸν Ἆπιν ἀνοίγεσθαι, βαρὺ καὶ σκληρὸν φορέσας· διὸ παντὸς ἠχοῦντος ἡμᾶς χαλκώματος ὑπιλαμβάνεσθαι. Μετεμάτεργον δὲ οἱ μὲν τὸ ΣΕΥΕΣΘΑΙ καὶ τὸ ΣΟΥΣΘΑΙ τῷ τῆ παντὸς ἅμα κίνησιν εἰρῆσθαι φάσκοντες. Οἱ δὲ πλεῖστοι τῶν ἱερέων εἰς τὸ αὐτὸ φασι τὸν Ὄσιριν συμπεπλέχθαι καὶ τὸν Ἆπιν, ἐξηγούμενοι καὶ
D διδάσκοντες ἡμᾶς ὡς εὔμορφον εἰκόνα χρὴ νομίζειν τῆς Ὀσίριδος ψυχῆς τὸν Ἆπιν. Ἐγὼ δὲ, εἰ μὴν Αἰγύπτιόν ἐστι τὸ ὄνομα τῆ Σαράπιδος, εὐφροσύνῃ αὐτὸ δηλοῦν οἶμαι καὶ χαρμοσύνῃ, τεκμαιρόμενος ὅτι τῇ ἑορτῇ Αἰγύπτιοι τὰ χαρμόσυνα ΣΑΙΡΕΙ καλοῦσιν· ᾗ δὴ Πλά-

C. 6. καὶ χαλκᾶς τινας—ὑπιλαμβάνεσθαι] Perperam hanc dictionem, ut additam a librario et e margine in contextum invectam, notat Squirius. Saltem ultimum verbum cum Xyl. mutetur in ὑπιλανθάνεσθαι.

C. 10. διὸ δὴ—αἴρεῖσθαι] Sic Baſ. et Xyl. in αἰρῆσθαι item conſentiunt Ald. Baſ. Xyl. A. E. Vulgo διὸ—αἰρεῖσθαι: quorum ultimum neſcio quomodo et unde Stephanus arripuerit.

D. 1. εὔμορφον εἰκόνα—τῆς Ὀσίριδος ψυχῆς] Forte rectius ἐμψύχων εἰκόνα—τῶν Ὀσίριδος: ut infra 368. B.

Græce eſt Soros, Apidis ſic nominari: et apud Memphin æreas quaſdam portas, quæ Lethes et Cocyti, hoc eſt oblivionis atque lamentationis appellentur, aperiri cum Apin ſepeliunt, gravem aſperumque edentes ſonitum: ſcilicet quia quovis æreo opere reſonante nos oblivio invadat. Tolerabilius ſentiunt, qui a *ſeueſthai* et *ſuſthai* deducentes, ſignificant *rapido motu citari Universum*. Plerique ſacerdotum in idem aiunt recidere Oſirin et Apin, enarrantque et docent nos, Apin eſſe intelligendum formoſam animæ Oſiridis imaginem. Ego autem, ſiquidem Ægyptia vox eſt *Sarapis*, gaudium ea et lætitiam ſignificari cenſeo: hoc adductus argumento, quod Charmoſyna, id eſt feſtum lætitiæ diem, *Sairei* appellant Ægyptii. Nam et Plato *Aden*, id eſt

των τὸν Ἀΐδιν, ὡς αἰδοῦς υἱὸν τοῖς παρ' αὐτῷ γενομένοις καὶ προσιοῦσι θεὸν ὀνομάσθαι φησίν· καὶ παρ' Αἰγυπτίοις ἄλλα τε πολλὰ τῶν ὀνομάτων λόγοι εἰσί, καὶ τὸν Ἀμενθόνιον τόπον εἰς ὃν οἴονται τὰς ψυχὰς ἀπέρχεσθαι μὴ τὸν τελευτὸν, ΑΜΕΝΘΗΝ καλοῦσι, σημαίνοντος τοῦ ὀνόματος τὸν λαμβάνοντα καὶ διδόντα. Εἰ δὲ καὶ τοῦτο τῶν ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἀπελθόντων πάλαι καὶ μετακομισθέντων E ὀνομάτων ἔν ἐστιν, ὕστερον ἐπισκεψόμεθα· νῦν δὲ τὰ λοιπὰ τῆς ἐν χερσὶ δόξης προσδιέλθωμεν.

λ'. Ὁ μὲν γὰρ Ὄσιρις καὶ ἡ Ἶσις ἐκ δαιμόνων ἀγαθῶν εἰς θεοὺς μετήλλαξαν, τὴν δὲ τοῦ Τυφῶνος ἠμαυρωμένην καὶ σωτετριμμένην δύναμιν, ἔτι δὲ καὶ ψυχρὰν ἀγοῦσαν καὶ σφαδάζουσαν, ἔστιν αἷς παρηγοροῦσι θυσίαις καὶ προαύλοις· ἔστι δ' ὅτε πάλιν ἐκζωπεινοῦσι καὶ καθυβρίζουσιν ἔν τισιν ἑορταῖς, τὴν μὲν ἀνθρώπων τοὺς πυρροὺς F

D. 6. αἰδοῦς υἱὸν] Nec hoc, nec Squirii παιδοῦς υἱὸν probo. Ex loco Platonis Cratyl. p. 265. G. apparet tale quid Plutarchum ſcripſiſſe τὸν Ἀΐδην ὡς αἴτιον τοῖς παρ' αὐτῷ γνώσεως καὶ προσιοῦσι θεὸν &c.

Ditem, tanquam *Ædus*, quæ eſt Verecundia, filium ait nominatum, utpote comem benignumque deum erga eos qui ad ipſum pervenerunt. Et apud Ægyptios cum multa alia nomina dicti ſententiam habent: tum ſubterraneum ii locum, in quem putant a morte animas ferri, *Amenthen* vocant, quod vocabuli ſignificat *dantem et accipientem*. An autem hoc unum ſit de verbis, quæ antiquitus e Græcia in Ægyptum tranſlata fuerunt, inferius diſquiremus: nunc ea perſequemur, quæ de explicatione ſumptæ in manus opinionis reſtant.

XXX. Etenim Oſiris et Iſis e bonis geniis in deos tranſiverunt. Typhonis autem obſcuratam atque contritam potentiam, atque adeo ſemianimam et inſtante interitu trementem, cum ſacrificiis quibuſdam demulcent atque leniunt, tum contra in aliis feſtivitatibus deprimunt contumeliiſque afficiunt. In his igno-

καὶ περιπλακίζοντες, ὄνον δὲ καὶ καταχρημνίζοντες, ὡς Κοπῖται, διὰ τὸ πυρρὸν γεγονέναι τὸν Τυφῶνα ἢ ὀνώδη τὴν χρόαν· Βουσιρῖται δὲ καὶ Λυκοπολῖται σάλπιγξιν οὐ χρῶνται τοιαύταις, ὡς ὄνῳ φθεγγομέναις ἐμφερές· καὶ ὅλως τὸν ὄνον, οὐ καθαρὸν ἀλλὰ δαιμονικὸν ἡγοῦνται ζῷον εἶναι, διὰ τὴν πρὸς ἐκεῖνον ὁμοιότητα· καὶ πόπανα ποιοῦντες ἐν θυσίαις, τῷ τε Παῦνὶ καὶ τῷ Φαωφὶ μηνὸς
363 ὀπιπλάθουσι προθύσιμον ὄνον δεδεμένον· οὐ δὲ τῇ τοῦ ἡλίου θυσίᾳ τοῖς ἐσομένοις τὸν θεὸν παρεγγυῶσι μὴ φορεῖν ὑπὸ τῷ σώματι χρυσία, μηδὲ ὄνῳ τροφὴν διδόναι. Φαίνονται δὲ καὶ οἱ Πυθαγορικοὶ τὸν Τυφῶνα δαιμονικὴν ἡγούμενοι δύναμιν· λέγουσι γὰρ οὐ ἀρτίῳ μέτρῳ ἕκτῳ καὶ πεντηκοστῷ γεγονέναι Τυφῶνα· καὶ πάλιν τὴν μὲν τῷ τετρώνῳ, Ἅιδου καὶ Διονύσου καὶ Ἄρεος εἶναι· τὴν δὲ τῷ τετραγώνῳ, Ῥέας, καὶ Ἀφροδίτης καὶ Δήμητρος καὶ

A. 2. ἰσομένους] Corrigendum σεσομένους ut correxerunt Xyl. Bentl. Markl. Squir. Mox μηδὲ ὄνῳ Steph. ex Pol. Leonic. Schott. Anon. Antea μὴ διδόναι Ald. Baſ. A. E.

minioſe tractant rufos, aſinumque de præcipitio dejiciunt, ut Coptitæ ſolent: propterea quod rufus et aſinino colore fuerit Typho, et Buſiritæ ac Lycopolitæ omnino uſu tubarum abſtinent, quod harum ſonus voci aſininæ ſit ſimilis: planeque animal illud non mundum, ſed geniis peculiare putant ob ſimilitudinem qua ei cum Typhone convenit: et menſibus Payni ac Phaophi cum in ſacrificiis placentas condant, aſinum vinctum in iis effingunt: in Solis item ſacrificio eos qui deum venerantur, hortantur ne in corpore aurum ferant, neve aſino alimentum præbeant. Apparet etiam Pythagoricos Typhoni vim genii adſignaſſe: natum enim eum aiunt eſſe menſura pari, quinquageſima ſexta nimirum: rurſumque triangulam figuram Ditis, Bacchi, et Martis eſſe aiunt: quadratam Rheæ, Veneris, Cereris, Veſ-

Ἑστίας καὶ Ἥρας· τὸν δὲ τῶν δώδεκα γώνιον, Διός. τὸν δὲ ἑξηκοντάπεντηκονταγώνιον, Τυφῶνος· ὡς Εὔδοξος ἱστόρηκεν.

λα'. Αἰγύπτιοι δὲ πυρρόχρων γενόμενον τὸν Τυφῶνα B νομίζοντες, καὶ τῶν βοῶν τοὺς πυρροὺς καθιερεύουσιν, ἔτως ἀκριβῆ ποιούμενοι τὴν ἐπιτήρησιν, ὥστε κἂν μίαν ἔχῃ τρίχα μέλαιναν ἢ λευκήν, ἄθυτον ἡγοῦνται. Θύσιμον γὰρ οὐ φίλον τοῖς θεοῖς· ἀλλὰ τοὐναντίον, ὅσα ψυχὰς ἀνοσίων ἀνθρώπων καὶ ἀδίκων εἰς ἕτερα μεταμορφούμενα σώματα συνείληχε. Διὸ τῇ μὲν κεφαλῇ τὸν ἱερέα καταρασάμενοι καὶ ἀποκόψαντες, εἰς τὸν ποταμὸν ἔρριπτουν πάλαι, νῦν δὲ τοῖς ξένοις ἀποδίδοντας· τὸν δὲ μέλλοντα θύεσθαι βοῦν οἱ σφραγισταὶ λεγόμενοι τῶν ἱερέων κατασημαίνονται, τῆς σφραγῖδος, ὡς ἱστορεῖ Κάστωρ, γλυφὴν ἔχούσης ἄνθρωπον εἰς γόνυ καθῃκότα ταῖς χερσὶν C ὀπίσω δεδεγμέναις, ἔχοντα ὑπὲρ τῆς σφαγῆς ξίφος ἐγ-

A. 10. ἑκκαιπεντηκονταγώνιον] Secutus ſum Xylandri auctoritatem cum Bentleio et Squirio. Vulgo ἑκατονκαιπεντηκοντάγωνον. A. et E. ἑκατὸν, ut corruptum, ſubducta linea notarit.

B. 5. ψυχαῖς—συνείληχε] Vera lectio. Ψυχαῖς habet Ald. Baſ. Xyl. E. unde conſequens erat συνείληχε reſtituere. Vulgo ψυχὰς—συνείληφε.

tæ, et Junonis: duodecim angulorum figuram Jovis: quinquaginta ſexangulam Typhonis, ut Eudoxus tradidit.

XXXI. Ægyptii porro quia Typhonem colore rufo fuiſſe cenſent, boum quoque non niſi rufos immolant; itaque accuratam adhibent obſervationem, ut ſi vel unum capillum habeat album aut nigrum, non immolandum judicent: non enim aptum eſſe ad victimam præſtandam id quod earum ſit diis: ſed contra iis corporibus ſacrificandum eſſe, quæ animas impiorum et injuſtorum hominum in alia corpora tranſeuntes exceperunt. Itaque in caput victimæ exſecrati, amputatum in flumen abjiciebant antiquitus, nunc peregrinis id dant: et bovem qui immolandus eſt ſigillo impreſſo notabant ſacerdotes certi, qui Sphragiſtæ, id eſt ſigillatores, dicebantur: ſigilli autem ſculptura exprimebatur, ut Caſtor perhibet, homo in genua deſidens manibus poſt tergum reductis, jugulo enſe imminente. Aſinum quoque

χείμωνον, ἀπολαύειν τε καὶ τὸν ὄνον ὥσπερ εἰρηται τῆς ὁμοιότητος, ἀφ' ἡμέραν καὶ τὴν ὕβριν ἐκ ἥττον ἢ ἀφ' ἑτέρων οἴονται. Διὸ καὶ τοὺς Περσικοὺς βασιλέων ἐχθρεύοντες μάλιστα τὸν Ὦχον, ὡς σκαιὸν καὶ μιαρὸν, Ὄνον ἐπωνόμασαν· καὶ κεῖνος εἰπὼν, Ὁ μὴν ὄνος ὅτος ὑμῶν κατεσκήψεται τὸν βοῦν, ἔφυσε τὸν Ἆπιν, ὡς Δεινὼν ἱστόρηκεν. Οἱ δὲ λέγοντες ἐκ τῆς μάχης ὅτι ὄνῳ τῷ Τυφῶνι τὴν φυγὴν ἑπτὰ ἡμέραις γενέσθαι, καὶ D σωθέντα γεννῆσαι παῖδας, Ἱεροσόλυμον καὶ Ἰουδαῖον, αὐτόθεν εἰσὶ κατάδηλοι τὰ Ἰουδαϊκὰ παρέλκοντες εἰς τὸν μῦθον.

λβ'. Ταῦτα μὲν οὖν τοιαύτας ὑπονοίας δίδωσιν· ἀπ' ἄλλης δὲ ἀρχῆς τὸν φιλοσοφώτερόν τι λέγειν δυναμένων τὰς ἁπλουστάτας σκεψώμεθα πρῶτον. Οὗτοι δέ εἰσιν οἱ λέγοντες, ὥσπερ Ἕλληνες Κρόνον ἑλληνίζουσι τὸν χρόνον Ἥραν δὲ τὸν ἀέρα, γένεσιν δὲ Ἡφαίστου, τὴν εἰς πῦρ ἀέρος μεταβολήν· ὅτι παρ' Αἰγυπτίοις Νεῖλον τὸν (τὸν εἶ) τὸν Ὄσιριν, Ἶσιδι συνόντα τῇ γῇ· Τυφῶνα δὲ τὴν

arbitrantur ſimilitudinis, uti docuimus, pœnas dare, non minus ob inertiam et petulantiam quam ob colorem. Itaque etiam de Perſicis regibus maxime exoſi Ochum, ut ſceleſtum et impurum, *Aſinum* appellarunt: et Ochus hoc fatus, *At enim hic Aſinus veſtrum bovem epulabitur*, Apim mactavit: ut narrat Deino. Qui autem dicunt e prœlio Typhonem aſino vectum per ſeptem dies fugiſſe, elapſumque filios genuiſſe Hieroſolymum et Judæum: facile patet eos Judaicas res in fabulam hanc adſciſcere.

XXXII. Hæc itaque tales ſententias verbis tectas præbent. Nunc alio principio facto, de his quæ magis philoſophice dici videntur, primum ſimpliciſſimas perpendamus opiniones. Sunt qui dicant, quemadmodum apud Græcos Cronos (qui Latinis eſt Saturnus) tempus, Juno aerem, Vulcani ortus mutationem aeris in ignem, notat: ſic apud Ægyptios Oſiride intelligi Nilum, qui cum terra, quam Iſis deſignat, coeat: Typhonem mare eſſe, in quod

θάλασσαν, εἰς ἣν ὁ Νεῖλος ἐμπίπτων ἀφανίζεται καὶ ἀφανιστάται, πλὴν ὅσον ἡ γῆ μέρος ἀναλαμβάνουσα καὶ δεχομένη, τῆς γόνιμος ἐστὶ αὐτῆς. Καὶ θρηνώδης ἐστὶν ἑορτὴ παρὰ τοῦ Κρόνου γενόμενος· θρηνεῖ δὲ τὸν ἐν τοῖς ἀριστεροῖς γενόμενον μέρεσιν, ἐν δὲ τοῖς δεξιοῖς φθειρόμενον. Αἰγύπτιοι γὰρ οἴονται τὰ μὲν ἕῳα, τῷ κόσμῳ πρόσωπον εἶναι, τὰ δὲ πρὸς βορρᾶν, δεξιὰ, τὰ δὲ πρὸς νότον ἀριστερά· φερόμενος οὖν ἐκ τῶν νοτίων ὁ Νεῖλος, ἐν δὲ τοῖς βορείοις ἐκ τῆς θαλάσσης καταναλισκόμενος, εἰκότως λέγεται τὴν μὲν γένεσιν ἐν τοῖς ἀριστεροῖς ἔχειν, τὴν δὲ φθορὰν ἐν τοῖς δεξιοῖς. Διὸ τὴν τε θάλασσαν οἱ ἱερεῖς ἀφοσιοῦνται, καὶ τὸν ἅλα, Τυφῶνος ἀφρὸν καλοῦσιν· καὶ τῶν ἀπαγορευομένων ἔν ἐστιν αὐτοῖς, ὅπὶ τραπέζης ἅλα μὴ προτίθεσθαι. Καὶ κυβερνήτας οὐ προσαγορεύουσιν, ὅτι ζῶντα θαλάττῃ, καὶ τὸν βίον ἀπὸ τῆς θαλάττης ἔχουσιν. Οὐχ ἥκιστα δὲ ὁ τὸν ἰχ-

E. 2. ἐπὶ τῷ Κρόνῳ] Legendum ἐπὶ τῷ Ὀσίριδι, cum Squirio. Νείλου quidem Mez.

E. 11. ἔν ἐστι—προτίθεσθαι] Prius ex E. Xyl. Bentl. Markl. Squir. posterius ex E. et Venet. Vulgo, ἐστιν—πρὸς τ. θεσθαι.

incidens Nilus divellitur et perit, niſi quantum ejus terra excipiens ab eo fæcunditatem conſequitur. Eſtque ſacra lamentatio de Saturno, deplorat autem natum in ſiniſtris partibus, in dextris pereuntem. Nam Ægyptii ſtatuunt partes mundi ad ortum Solis ſitas eſſe faciem, dextra quæ ad ſeptentrionem, ſiniſtra quæ ad meridiem vergunt. Ergo Nilus a meridie labens, et verſus ſeptentrionem a mari abſorptus, recte dicitur naſci in ſiniſtris partibus, perire in dextris. Itaque et mare abominantur ſacerdotes, et ſalem Typhonis ſpumam vocant, interque alia interdictum eſt ipſis, ne ſalem in menſa ponant: navium quoque rectores ab iis non compellantur, utpote mari utentes, indeque victum ſuum petentes: eademque potiſſimum de cauſa piſcem averſan-

θεὸν ἀπὸ τούτου προβάλλονται τῆς αἰτίας, ἢ τὸ μισεῖν ἰχθύι γράφουσιν. Ἐν Σάι γοῦν ἐν τῷ προπύλῳ τοῦ ἱεροῦ τῆς Ἀθηνᾶς ἦν γεγλυμμένον βρέφος, γέρων, ἱέραξ, μῦς, τοῦτο ἱέραξ, ἐφεξῆς δὲ ἰχθύς, ὅπι πᾶσι δὲ ἵππος ποτάμιος· ἐδήλου δὲ συμβολικῶς, Ὦ γινόμενοι καὶ ἀπογινόμενοι, βροτέραν· ἱέρακι δὲ τὸν θεὸν φράζουσιν· ἰχθύι δὲ μῖσος, ὥσπερ εἴρηται, διὰ τὴν θάλατταν· ἱπποπο-
364 ταμίῳ δὲ ἀναίδειαν· λέγεται γὰρ ἀποκτείνας τὸν πατέρα, τῇ μητρὶ βίᾳ μίγνυσθαι. Δόξει δὲ καὶ τὸ τοῦ Πυθαγορικοῦ λεγόμενον, ὡς ἡ θάλαττα, Κρόνου δάκρυόν ἐστιν, αἰνίττεσθαι τὸ μὴ καθαρὸν, μηδὲ σύμφυλον αὐτῆς. Ταῦτα μὲν οὖν ἔξωθεν εἰρήσθω κοινοὺς ἔχοντα τοὺς ἱστορίας.

λγ'. Οἱ δὲ σοφώτεροι τῶν ἱερέων, οὐ μόνον τὸν Νεῖλον Ὄσιριν καλοῦσιν, οὐδὲ Τυφῶνα τὴν θάλατταν· ἀλλὰ

F. 8. ἢ ἀπογινόμενοι, διαφέρει] Locus mutilus ita ſupplendus: ἢ ἀπογινόμενα, θεὸς μισεῖ ἀναίδειαν· δηλοῖ γὰρ βρέφος τὸν γινόμενον, τὸν ἀπογινόμενον δὲ ὁ γέρων: ita ratio patet omiſſionis in poſtremis: priora eadem ratione Squirius ex Clemente Alex. Strom. VI. p. 670. In Veneto diſerte eſt διὰ ὁ γέρων: in E. διό . . . . . γέρων interjecta lacuna duorum verſuum.

A. 2. Δόξει] Δόξειε Bentl. Baxt. Squir.

tur, et *odium* pingendo *piſcem* notant. Sai in veſtibulo templi Minervæ erat inſculptus infans, ſenex, deinde accipiter, poſt piſcis, ultimo loco equus fluvialis: hæc ſymbola notabant, infans et ſenex, ortum atque interitum, accipiter Deum, piſcis odium (ut diximus) propter mare, equus fluvialis impudentiam. Fertur enim patrem interficere, et poſtea cum matre per vim coire. Videri poteſt etiam id quod Pythagorici dicunt, mare lachrymam eſſe Saturni, notare non purum id eſſe neque noſtro generi familiare. Atque hæc profana ſunt vulgatis narrationibus prodita.

XXXIII. Sed ſacerdotum ſapientiores, non Nilum duntaxat Oſiridis, mare Typhonis nomine accipiunt: ſed Oſiri-

Ὄσιριν μὴν ἁπλῶς ἅπασαν ὑγρὸν ποιὸν ἀρχὴν καὶ δύναμιν, αἰτίαν γενέσεως καὶ σπέρματος οὐσίαν νομίζοντες· Τυφῶνα δὲ πᾶν τὸ αὐχμηρὸν καὶ πυρώδες καὶ ξηραντικὸν ὅλως καὶ πολέμιον τῇ ὑγρότητι· διὸ καὶ πυρράχρων γεγονέναι τὸ σώματι καὶ πάροχον νομίζοντες, οὐ πάνυ B
πιθήμως ἐντυγχάνουσιν, οὐδὲ ἡδέως ὁμιλοῦσι τοῖς τοιούτοις τῶν ζώων ἀνθρώποις. Τὸν δὲ Ὄσιριν αὖ πάλιν μελάγχροον γεγονέναι μυθολογοῦσιν, ὅτι πᾶν ὕδωρ καὶ γῆν καὶ ἰμάτια καὶ νέφη μελαίνει μιγνύμενον, καὶ τὸν νέον ὑγρότης οὖσα παρέχει τὰς τρίχας μελαίνας· ἡ δὲ πολίωσις οἷον ὠχρίασις ὑπὸ ξηρότητος ὀπτίνεται τοῖς σώμασι· καὶ τὸ μὲν ἔαρ, θαλερὸν καὶ γόνιμον καὶ σπερμώδες· τὸ δὲ φθινόπωρον, ὑγρότητος ἔνδειαν, καὶ φυτοῖς πολέμιον καὶ ζώοις νοσῶδες. Ὁ δὲ ἐν Ἡλιουπόλει τρεφόμενος βοῦς, ὃν Μνεῦιν καλοῦσιν, Ὀσίριδος δὲ C
ἱερόν, ἔνιοι δὲ καὶ τοῦ Ἄπιδος πατέρα νομίζουσι, μέλας

C. 1. Μνεῦιν] Sic Baſ. Xyl. Bentl. Markl. Squir. Cæteri Μνάειν.
C. 2. Ἄπιδος] Sic Venet. Flor. P. Vulgo Ἄπιος.

dem in univerſum cenſent omne principium facultate humectandi præditum, utpote cauſam ortus et ſubſtantiam ſeminis: et Typhonem omne ſiccum, igneum, et quicquid denique exſiccandi vim habens adverſum eſt humori. Ideo rufum et ſubpallidum fuiſſe Typhonem cenſentes, non admodum libenter compellant tali colore qui ſunt homines, ingrataque ipſis horum eſt conſuetudo. Oſirin autem nigro colore fuiſſe fabulantur, quia aqua omnem terram, omnem veſtem, et nubes etiam nigras reddit admixta: et humor in juvenibus capillos edit nigros, canicies veluti in pallidum mutat hos, a ſiccitate contingens corporibus jam poſt vigorem elangueſcentibus: ac ver virens eſt, fecundum, et amœnum: autumnus ob humoris defectum cum ſtirpibus inimicus eſt, tum animalibus morbos fert. Jam qui Heliopoli nutritur bos, (*Mneuin* vocant, ſacrum Oſiridi, et nonnullorum ſententia Apis patrem) is niger eſt, et proxime ſecun-

ἔστι καὶ δύτερος ἔχει τιμὰς μετὰ τὸν Ἄπιν. Ἐπὶ τιὼ Αἰγυπτίου δὲ τοῖς μάλιστα μελάγχειον ὄσαν, ὥσπερ τὸ μέλαν τοῦ ὀφθαλμοῦ, Χημίαν καλοῦσιν· ἡ καρδία παρεικάζουσι· θερμὴ γὰρ ἔστι καὶ ὑγρὰ ἡ τοῖς νοτίοις μέρεσι τοῦ οὐρανοῦ, ὥσπερ ἡ καρδία τοῖς εὐωνύμοις τοῦ ἀνθρώπου, μάλιστα ἐγκέκλεισαι καὶ συσκεχώρηκεν.

λδ'. Ἥλιον δὲ καὶ σελήνην οὐχ ἅρμασιν ἀλλὰ πλοίοις ὀχήμασι χρωμένους περιπλεῖν ἀεί, αἰνιττόμενοι
D τιὼ ἀφ' ὑγροῦ τροφὴν αὐτοῖς καὶ γένεσιν. Οἴονται δὲ καὶ Ὁμηρον, ὥσπερ Θαλῆν, μαθόντα παρ' Αἰγυπτίων, ὕδωρ ἀρχὴν ἁπάντων καὶ γένεσιν πεῖσαι· τὸ γὰρ Ὠκεανὸν Ὄσιριν εἶ), τιὼ δὲ Τηθιὼ Ἶσιν, ὡς πανσυμφίλιον πάντα καὶ συνεκτρέφουσαν. Καὶ γὰρ Ἕλληνες τιὼ τοῦ σπέρματος πρόεσιν, ΑΠΟΥΣΙΑΝ καλοῦσι, καὶ ΣΥΝΟΥΣΙΑΝ τὴν μίξιν· καὶ τὸν ΥΙΟΝ ἀπὸ τοῦ ὕδατος καὶ τοῦ ὑσαι· καὶ τὸν Διόνυσον ΥΗΝ, ὡς κύριον τῆς ὑγρᾶς φύσεως, οὐχ

C. 5. Χημίαν] Ita Squir. et confirmat Venetus. Vulgo Χημία.
C. 10. περιπλεῖν] Salmaſ. περιπελεῖν.
D. 6. πρόεσιν] Non dubitavi recipere poſt Squirium: monentibus Salmaſ. Mes. Bentl. Markl. Vulgo πρόθεσιν.

dum Apin colitur honoribus. Præterea Ægyptum quæ vel maxima nigram habet terram, tanquam nigram oculi partem, *Chemia* vocant, et cordi comparant: calida enim eſt et humida, et auſtrinis mundi partibus, ut cor ſiniſtris hominis, includitur atque accedit.

XXXIV. Solem quoque et Lunam dicunt non curribus ſed navigiis vectos curſus ſuos continuare: ſignificantes humore ali res atque procreari. Exiſtimant etiam Homerum itidem ut Thaletem ab Ægyptiis doctum, principium et ortum omnium rerum poſuiſſe aquam: eſſe enim Oceanum Oſirin, Tethyn Iſin, quæ omnia enutriat una atque educat. Etenim Græci ſeminis emiſſionem *apuſiam*, et coitum *ſynuſiam* vocant, et filium *hyon*, ab aqua et pluvia, quæ ſunt *hydor* et *hyein*: et Bacchum *Hyem* appellant, ut humidæ dominum naturæ: qui ſane non

ἕτερον ὄντα τοῦ Ὀσίριδος. Καὶ γὰρ τὸν Ὄσιριν Ἑλλάνικος Ὑσιριν ἔοικεν ἀκηκοέναι ὑπὸ τῶν ἱερέων λεγόμενον· οὕτω γὰρ ὀνομάζων μάλιστα τὸν θεὸν, εἰκότως ἀπὸ τῆς φύσεως καὶ τῆς εὑρέσεως.

λε'. Ὅπως μὲν οὖν ὁ αὐτὸς θεὸς Διονύσῳ, τίνα μᾶλλον E ἢ σε γινώσκειν, ὦ Κλέα, δεῖ θεμιτόν ἐστιν, ἀρχιλαμψάσαν ἐν Δελφοῖς τῶν Θυιάδων, τοῖς δὲ Ὀσιριακοῖς καθωσιωμένην ἱερεῖς ἀπὸ πατρὸς καὶ μητρός; Εἰ δὲ τῶν ἄλλων ἕνεκα δεῖ μαρτύρια παραθέσθαι, τὰ μὲν ἀπόρρητα σιγὴ χώραν ἐῶμεν· ἃ δ' ἐμφανῶς δρῶσι θάπτοντες τὸν Ἆπιν οἱ ἱερεῖς, ὅταν παραμοιάζωσιν ὅτι σχεδίας τὸ σῶμα, βακχείας οὐδὲν ἀποδεῖ· καὶ γὰρ νεβρίδας περιαθάπτονται, καὶ θύρσους φορεῦσι, καὶ βοαῖς χορῶν καὶ κινήσεσιν, ὥσπερ οἱ κάτοχοι τοῖς περὶ τὸν Διόνυσον ὀργιασμοῖς. Διὸ καὶ ταυρόμορφον Διόνυσον πᾶσιν ἀγάλ- F

D. 10. ἔοικεν] Veriſſima hæc eſt correctio Valckenarii ad Euripid. Phœniſſ. p. 251. Vulgo εἴρηκεν.

D. 12. φύσεως καὶ τῆς εὑρέσεως] Legendum ἕξεως καὶ τῆς ἐγχρασίας cum Markl.

E. 2. ἀρχιλαμψάσαν] Corruptam vocem varie corrigunt. In cæteris duæ placent correctiones: Meziriaci ἀρχηγὸν μὲν ὄσαν, quod Bentleius etiam prodidit ad Callimach. p. 308. et probat Weſſelingius ad Diod. Sic. Vol. I. p. 14. altera eſt Salmaſii ἀρχιέρειαν μὲν ὄσαν.

F. 1. ταυρόμορφον Διόνυσον] Legendum ταυρόμορφα Διονύσου cum Markl.

eſt alius ab Oſiride. Quippe Hellanicus *Hyſirin* pro Oſiride a ſacerdotibus nominari audiviſſe videtur: itaque eum crebro nominat, nimirum a pluvia et humectatione.

XXXV. Eſſe autem Oſirin eundem ac Bacchum deum, cuinam magis conveniat ſcire, quam tibi, O Clea? quæ et Thyadum Delphicarum es princeps, et a patre ac matre Oſiriacis conſecrata ſacris. Si tamen aliorum gratia adducere oportet teſtimonia, ſuo loco relinquamus ea quæ effari nefas eſt. Quæ autem palam faciunt ſacerdotes, dum Apidis cadaver rate advectum ſepeliunt, nihil diſtant a Bacchi ſacrificio: quippe et hinnuleorum pelles circum appendunt, et thyrſos geſtant, iiſque utuntur clamoribus et motibus, quibus Bacchico furore correpti dum orgia peragunt. Ea de cauſa plerique Græcorum Bacchi ſimulachra faciunt tau-

ματα πολλοὶ τῶν Ἑλλήνων· οἱ δὲ Ἠλείων γυναῖκες καὶ ἐπικαλοῦσιν εὐχόμεναι, ποθὶ βοείῳ τὸν θεὸν ἐλθεῖν πρὸς αὐτάς. Ἀργείοις δὲ βουγενὴς Διόνυσος ὀπάλλιον θεός· ἀναχαλῶνται δ' αὐτὸν ὑπὸ σαλπίγγων ἐξ ὕδατος, ἐμβάλλοντες εἰς τὸ ἄδυτον ἄρνα τῷ πυλαόχῳ, τὰς δὲ σάλπιγγας ἐν θύρσοις ἀποκρύπτουσιν, ὡς Σωκράτης ἐν τοῖς περὶ Ὁσίων εἴρηκεν. Ὁμολογεῖ δὲ καὶ τὰ τίθηναι, καὶ νὺξ τελεία τοῖς λεγομένοις Ὀσίριδος διασπασμοῖς, καὶ ταῖς ἀναβιώσεσι καὶ παλιγγενεσίαις· ὁμοίως δὲ
365 καὶ τὰ περὶ τὰς ταφάς. Αἰγύπτιοί τε γὰρ Ὀσίριδος πολλαχοῦ δείκνυσι, ὥσπερ εἴρηται, δεικνύουσι, καὶ Δελφοὶ τὰ τοῦ Διονύσου λείψανα παρ' αὐτοῖς πρὸ τοῦ χρηστηρίου ἀποκεῖσθαι νομίζουσιν· καὶ θύουσιν οἱ Ὅσιοι θυσίαν ἀπόρρητον ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Ἀπόλλωνος, ὅταν αἱ Θυάδες ἐγείρωσι τὸν Λικνίτην. Ὅτι δὲ οὐ μόνον τὸν οἶνον Διόνυσον, ἀλλὰ καὶ πάσης ὑγρᾶς φύσεως Ἕλληνες ἡγοῦνται κύριον καὶ ἀρχηγόν, ἀρκεῖ Πίνδαρος μάρτυς τοῦτ' εἶναι, λέγων,

F. 9. νὺξ τελεία] Legendum videtur νυκτέλια: et recepit adeo Squirius.

ri forma: et Eleorum mulieres vota facientes precantur *ut ad ſe deus veniat bubulo pede:* et Argivis Bacchus eſt bovigena, et evocant eum tubis ex aqua, Janitori ovem in abyſſum injicientes, et tubas inter thyrſos occultant, ut Socrates ſcripſit in libris de Hoſiis, ſive ſacris. Conveniunt et Titanica, et nox quæ perfecta dicitur, his quæ dicuntur de diſcerpto Oſiride et redivivo ac renato: necnon et ſepulturæ. Nam et Ægyptii multis in locis ſepulchrum Oſiridis monſtrant, ut ſupra oſtendimus: et Delphi reliquias Bacchi apud ſe juxta oraculum ſitas putant, arcanumque ſacrificium Hoſii in fano Apollinis peragunt, quo tempore Thyades Licnitam (id Bacchi eſt nomen) excitant. Quod autem Liberum Græci non vini tantummodo, ſed et omnis humidæ naturæ dominum atque principem faciant, teſtimonio Pindari ſufficit docere, ſic dicentis,

" Δένδρον δὲ νόμιον Διόνυσος πολυγαθὴς αὐξάνοι, ἀγαθὸν
" φέγγος ὀπώρας." Διὸ καὶ τοῖς τὸν Ὄσιριν σεβομένοις
ἀπαγορεύει δένδρον ἥμερον ἀπολλύναι, καὶ πηγὴν ὕδατος B
ἐμφράττειν.

λϛ'. Οὐ μόνον δὲ τὸν Νεῖλον, ἀλλὰ πᾶν ὑγρὸν
ἁπλῶς Ὀσίριδος ἀπορροὴν καλοῦσι· καὶ τῶν ἱερῶν ἀεὶ
προπομπεύει τὸ ὑδρεῖον ὅτι τιμῇ τὸν θεόν· ᾧ θρίῳ βα-
σιλέα καὶ τὸ νότιον κλίμα τοῦ κόσμου γεάφουσι, καὶ με-
θερμηνεύεται τὸ θρίον ποτισμὸς καὶ κίνησις πάντων, καὶ
δοκεῖ γεννητικῷ μορίῳ τινὶ φύσιν ἐοικέναι. Τὴν δὲ τῶν
Παμυλίων ἑορτὴν ἄγοντες, ὥσπερ εἴρηται, φαλλακὴν ὅσαν,
ἄγαλμα προτίθενται καὶ περιφέρουσιν, οὗ τὸ αἰδοῖον τρι-
πλάσιόν ἐστιν· ἀρχὴ γὰρ ὁ θεός, ἀρχὴ δὲ πᾶσα τῷ
γονίμῳ πολλαπλασιάζει τὸ ἐξ αὐτῆς. Τὸ δὲ πολλά- C
κις, εἰώθαμεν καὶ τρὶς λέγειν, ὡς τὸ Τρισμάκαρες, καὶ

B. 7. ποτισμὸς καὶ κίνησις] Reiſk. τετισμὸς καὶ γέννησις: prius non mutem: poſterius mutem in κίνησιν cum Xyl. et Mez.

Bacchus lætitiæ dator
Gratis frugibus arbores
Fœcundat:

eaque cauſa eſt, ut Oſiridis cultoribus nefas ſit arborem hortenſem perdere, aut fontem aquæ obturare.

XXXVI. Non ſolum autem Nilum, ſed omnem ſimpliciter humorem, *defluxum Oſiridis* vocant: et ante ſacra in pompa ſemper præcedit vas aquarium in honorem dei: et ficus folio regem, ac meridionale mundi clima pingunt, interpretanturque folium ficus irrigationem et fœtationem omnium: videturque natura ſimile genitali membro. Porro Pamylitia feſtum agentes quæ, ut dictum fuit, phallo, id eſt virilis membri ſimulachro, adhibito fiunt, imaginem proponunt atque circumferunt, cujus triplus eſt penis: nam deus eſt principium, omne autem principium vi genitali multiplicat id quod ab eo producitur: multiplex autem ſolemus ternario notare, ut cum dicimus:

O ter felices.

Et,

Δεσμοὶ μὲν τρεῖς τόσσοι ἀπείρονες.

Εἰ μὴ νὴ Δία χυρίως ἐμφαίνεται τὸ τριπλάσιον ὑπὸ τῶν παλαιῶν· ἡ γὰρ ὑγρὰ φύσις, ἀρχὴ καὶ γένεσις ὅσα πάντων ἐξ ἀρχῆς, τὰ θεῖα τρία σώματα, γῆν, ἀέρα, καὶ πῦρ ἐποίησε· καὶ γὰρ ὁ παρεσπαρμένος τῷ μύθῳ λόγος, ὡς τῷ Ὀσίριδος ὁ Τυφὼν τὸ αἰδοῖον ἔρριψεν εἰς τὸ ποταμόν, ἡ δ' Ἶσις οὐχ εὗρεν, ἀλλ' ἐμφερὲς ἄγαλμα θεμένη καὶ κατασκευάσασα, τιμᾶν καὶ φαλληφορεῖν ἔταξεν, εἰκῶνα δὲ παρεχωρεῖ, διδάσκων ὅτι τὸ γόνιμον καὶ τὸ σπερματικὸν τῷ θεῷ παρὸν ἔσχεν ὕλην τὴν ὑγρότητα, καὶ δι' ὑγρότητος εἰσεκρίθη τοῖς περυκόσι μετέ-
D χειν γενέσεως. Ἄλλος δὲ λόγος ἐστὶν Αἰγυπτίων, ὡς Ἄποπις ἡλίου ὢν ἀδελφὸς ἐπολέμει τῷ Διΐ, τὸν δὲ Ὀσιριν ὁ Ζεὺς συμμαχήσαντα καὶ συγκαταστρεψάμενον αὐτῷ τὸν πολέμιον, παῖδα θέμενος, Διόνυσον προσηγόρευσεν. Καὶ τούτῳ δὲ τῷ λόγῳ τὸ μυθῶδες ἐστὶν ἐπε-

C. 11. ἐνταῦθα δὲ] Vel delendum δὲ cum Squirio: vel corrigendum ἐνθάδε cum Reiſkio.

Ter tot vincla.—

Niſi potius ita ſentiendum eſt, triplum a veteribus proprie fuiſſe uſurpatum. Humida enim natura cum ab initio principium et ortus omnium eſſet rerum, tria prima effecit corpora terram, aerem, ignem. Quæ enim fabula rei additur, membrum Oſiridis in flumen fuiſſe a Typhone abjectum, et Iſidem cum id non inveniret, ſimulachrum ejus adornaſſe, idque ut honoraretur et phallus geſtaretur inſtituiſſe: ea huc facit, docetque genitalem vim et ſemen dei pro materia prima habuiſſe humorem, et humoris interventu coaluiſſe cum his quæ naſcendi facultate erant prædita. Alia etiam apud Ægyptios fertur fabula, Apopin Solis fratrem bellum moviſſe adverſus Jovem, et Oſiridem a Jove, cui in hoſte debellando auxilium tuliſſet, adoptatum filii loco, Dionyſiumque, id eſt Bacchum, fuiſſe appellatum. Hanc quoque fabulam veritati et naturæ con-

δείξαι τῆς περὶ φύσιν ἀληθείας ἀπόμυσον. Δια μὲν γὰρ Αἰγύπτιοι τὸ πνεῦμα καλοῦσιν, ᾧ πολέμιον ὂν αὐχμηρὸν καὶ πυρῶδες· τοῦτο δὲ ἥλιος μὲν οὐκ ἔστι, πρὸς δὲ ἥλιον ἔχει πολὺ συγγένειαν· ἡ δὲ ὑγρότης σβεννύουσα τὴν ὑπερβολὴν τῆς ξηρότητος, αὔξει καὶ ῥώννυσι τὰς ἀναθυμιάσεις, ὑφ' ὧν τὸ πνεῦμα τρέφεται καὶ τέθηλεν. E

λζ'. Ἔπι τε τὸν κισσὸν, ὃν Ἕλληνές τε καθιεροῦσι τῷ Διονύσῳ, καὶ παρ' Αἰγυπτίοις λέγεται χενόσιρις ὀνομάζεσθαι, σημαίνοντος τὸ ὄνόματος, ὡς φασι, φυτὸν Ὀσίριδος. Ἀρίστων πάντων ὁ γεγραφὼς Ἀθηναίων ἐπιστολήν τινι Ἀλεξάρχου περιέπεσε· ἐν ᾗ Διὸς ἱερεῖται καὶ Ἶσιδος υἱὸς ὢν ὁ Διόνυσος οὐκ Ὀσιρις ἀλλὰ Ἀρσαφὴς, ἐν τῷ ἄλφα γράμματι λέγεσθαι, δηλοῦντος τὸ ἀνδρεῖον τὸ ὀνόματος. Ἐμφαίνει F

D. 6. περὶ φύσιν] Legendum περὶ φύσιν cum Xyl. Mez. Markl.

E. 2. κισσὸν, ὃν Ἕλληνες] ὃν delendum cum Reiſkio.

E. 5. ἀπωκίαν] Legendum videtur ἀποικίας, ut Marklandus monuit.

E. 6. περιέπεσε ἐν ᾗ Διὸς ἱερεῖται καὶ Ἶσιδος] Palmaria hæc eſt emendatio Valckenarii ad Euripid. Phœniſſ. p. 251. Vulgo περιπεσεῖν παῖδες, ἱερεῖται δὲ καὶ Ἶσιδος.

E. 8. Ἀρσαφὴς] Squirius Ἀσιρὶς. Vulgatum tuetur idoneus judex Jablonſkius Panth. Æg. P. I. p. 289. cui aſſentior: tum vero illa, ἐν τῷ ἄλφα γράμματι, delenda videantur; quod etiam Reiſkio viſum.

gruere, demonſtrari poteſt. Jovem enim Ægyptii ſpiritum vocant, cui ſicca et ignea natura eſt adverſa et inimica: ea vero non eſt Sol, ſed quandam habet cum Sole cognationem: humor autem exſtinguens nimium ſiccitatis, auget et roborat exhalationes, quibus ſpiritus alitur et viget.

XXXVII. Præterea et hederam Græci Baccho conſecrant, et hæc ab Ægyptiis dicitur nominari *Chenoſiris*, quod ſignificat plantam Oſiridis. Proinde Ariſto, qui coloniam Athenienſium ſcripſit, in epiſtolam quandam Alexarchi incidit, in qua perhibebatur Bacchus Jovis et Iſidis filius ab Ægyptiis haberi, qui non Oſiris, ſed Arſaphes nomen gerat, quo fortis ſignificatur. Indicat hoc etiam Hermæus pri-

δὲ τοῦτο καὶ ὁ Ἑρμαῖος, ἐν τῇ πρώτῃ περὶ τῶν Αἰγυπτίων· ὄμβριμον γὰρ φησι μεθερμηνεύεσθαι τὸν Ὄσιριν. Ἐοῦ δὲ Μνασέας τῷ Ἐπάφῳ παρεσπάρθαι τὸν Διόνυσον καὶ τὸν Ὄσιριν, καὶ τὸν Σάραπιν· ἐοῦ καὶ Ἀντικλείδην, λέγοντα τὴν Ἶσιν Προμηθέως οὖσαν θυγατέρα, Διονύσῳ συνοικεῖν. Αἱ γὰρ εἰρημέναι περὶ τὰς ἑορτὰς καὶ τὰς θυσίας οἰκειότητες ἐναργεστέραν τῶν μαρτύρων τὴν πίστιν ἔχουσι.

λη'. Τῶν τε ἄστρων τὸν σείριον, Ἴσιδος νομίζουσι, 366 ὑδραγωγὸν ὄντα. Καὶ τὸν λέοντα τιμῶσι, καὶ χάσμασι λεοντείοις τὰ τῶν ἱερῶν θυρώματα κοσμοῦσιν, ὅτι πλημμυρεῖ Νεῖλος

Ἡελίῳ ταπρῶτα συνιχομένοις λίοντι.

Ὡς δὲ Νεῖλον Ὀσίριδος ἀπορρύην, οὕτως Ἴσιδος σῶμα γῆν ἔχουσι καὶ νομίζουσιν, οὐ πᾶσαν, ἀλλ' ἧς ὁ Νεῖλος ἐπιβαίνει σπερμαίνων καὶ μιγνύμενος. Ἐκ δὲ τῆς σωτηρίας ταύτης γεννῶσι τὸν Ὧρον· ἔστι δὲ Ὧρος ὁ πάντα σώζουσα

F. 4. Μνασέαν] Ita Mez. Salmaſ. Valckenarius loco memorato. Squir. Reiſk. Vulgo Μνάσαν.
A. 6. ἴχνεσι] Portalis, λίγυσι.

mo de Ægyptiis libro, *validum* eſſe ſi interpretetur Oſirin inquiens. Omitto Mnaſean, qui Epapho apponit Liberum, Oſiridem, et Sarapin: omitto Anticleidam, qui Iſidem Promethei filiam, Liberi uxorem facit. Nam quas retuli feſtorum et ſacrificiorum ſimilitudines, apertius quam teſtes rei fidem faciunt.

XXXVIII. Et de ſideribus Seirium Iſidi adſcribunt, cum aquam ducat: et Leonem venerantur, rictibuſque leoninis januas templorum ornant, quia Nilus exundat

Titanis primum curru tangente Leonem.

Sicut autem Nilum Oſiridis defluxum, ita corpus Iſidis terram putant, non univerſam, ſed quam Nilus invadens ac coiens fœtam reddit. Hoc ex coitu Orum naſci perhibent. Eſt autem Orus tempeſtas ac

καὶ τρέφουσα τὸ περιέχοντος ὦρα καὶ κρᾶσις ἀέρος· ὃν
δὲ τοῖς ἕλεσι τοῖς περὶ Βούτον ὑπὸ Λητοῦς τεθραμμένα
λέγουσιν· ἡ γὰρ ὑδατώδης καὶ ἀβάθεσχος γῆ μάλιστα B
τὰς σβεννυούσας καὶ χαλώσας τὴν ξηρότητα καὶ τὸν
αὐχμὸν ἀναθυμιάσεις πιθανεῖται. Νέφθυν δὲ καλοῦσι
τὴν γῆς τὰ ἔσχατα καὶ παράκτια καὶ φαύσιμα τῆς θαλάττης·
διὸ καὶ Τελευταίαν ἐπονομάζουσι τὴν Νέφθυν, καὶ Τυφῶνι
δὲ συνοικεῖν λέγουσιν. Ὅταν δὲ ὑπερβαλὼν καὶ πλεο-
νάσας ὁ Νεῖλος, ἐπέκεινα πλησιάσῃ τοῖς ἐρημαίοις,
τοῦτο μίξιν Ὀσίριδος πρὸς Νέφθυν καλοῦσιν, ὑπὸ τῆς
ἀναβλαστανόντων φυτῶν ἐλεγχομένην· ὧν καὶ τὸ μελί-
λωτόν ἐστιν, οὗ φησι μῦθος ἐκπορνεύσαντος καὶ ἀπολειφθέντος,
αἰσθέσθαι γενέσθαι Τυφῶνι τῆς πρὸς τὸν γάμον ἀδικίας.
Ὅθεν ἡ μὲν Ἶσις ἔτεκε γνησίως τὸν Ὧρον, ἡ δὲ Νέφθυς C
σκότιον τὸν Ἄνουβιν. Ἐν μέντοι ταῖς ἀναδοχαῖς τῶν
βασιλέων ἀναγράφουσι τὴν Νέφθυν Τυφῶνι γεγαμένην,
πρώτην γενέσθαι φασίν. Εἰ δὲ τοῦτο μὴ περὶ γυναι-

B. 5. Τελευταίαν] Forte rectius Τελευτὰν, quod Squirius e ſua ipſe correctione recepit. Mox pro γνησίως Markl. γήσιον.

temperies aeris ambientis omnia ſervans atque alens: quem in paludibus apud Butum a Latona dicunt enutritum; quia aquoſa et irrigua terra maxime educit exhalationes quibus ſiccitas reſtinguitur atque laxatur. Nephthyn porro appellant extremas terræ partes quæ mare attingunt: ideoque eam *ultimam* nominant, et Typhonis uxorem dicunt. Cum autem exundans Nilus etiam in iſtas partes diffluit, hoc Oſiridis cum Nephthy coitum nuncupant, quem ſtirpes germinantes arguerint, inter quas et melilotum eſt: quo fabula fert delapſo et relicto Typhonem adulterium deprehendiſſe. Itaque Iſis Orum juſto partu edidit, Nephthys autem Anubin furtivo. Sane in deſcriptione ſucceſſionis regum ſcribunt Nephthyn Typhoni nuptam principio fuiſſe ſterilem. Quod ſi non de muliere, ſed dea dicunt, ſignificare volunt

κὸς, ἀλλὰ θεὶ τῆς γεῦ λέγουσιν, αἰνίττον) τὸ παντελὲς τῆς γῆς ἄγονον καὶ ἄκαρπον ὑπὸ ξηρότητος.

λθ'. Ἡ δὲ Τυφῶνος ἐπιβουλὴ καὶ τυραννὶς, αὐχμῶ δυνάμει ὢν ὑπερατήσαντος, καὶ ἀφορήσαντος τὴν τε γεννῶσαν ὑγρότητα τὸν Νεῖλον καὶ αὔξουσαν. Ἡ δὲ συνεργὸς αὐτῷ βασιλὶς Αἰθιόπων αἰνίττεται πνοὰς νοτίους ἐξ Αἰθιοπίας· ὅταν γὰρ αὗται τοὺς ἐτησίων ὑπερατήσωσι τὰ νέφη πρὸς τὴν Αἰθιοπίαν ἐλαυνόντων, καὶ κωλύσωσι τοὺς τὸν Νεῖλον αὔξοντας, ὄμβρους καταῤῥαγῆναι, κατέχων ὁ Τυφὼν ἐπιφλέγῃ, καὶ τότε κρατήσας παντάπασι τὸν Νεῖλον εἰς στενὸν ὑπὸ ἀσθενείας συστελέσθαι καὶ ῥυῆναι, κοῖλον καὶ ταπεινὸν ἐξέωσεν εἰς τὴν θάλασσαν. Ἡ γὰρ λεγομένη καθειρξις εἰς τὸν σοφὸν Ὀσίριδος, οὐδὲν ἔοικεν ἀλλ' ἢ κρύψιν ὕδατος καὶ ἀφανισμὸν αἰνίττεσθαι· διὸ μυθοῦσι Ἀθὺρ ἀφανισθῆναι τὸν Ὄσιριν λέγουσιν, ὅτε τοὺς ἐτησίων ἀπολειπόντων παντάπασιν ὁ μὴν Νεῖλος ὑποστέλλει, γυμνοῦται δὲ ἡ χώρα· μικρομοίρης

C. 5. σταττικὴς] Malim ἀλιτενής: qualem ſententiam et Squirius deſideravit.
D. 4. εἰς ἑαυτὸν] εἰς ἑαυτὴν e ſua et Bentleii correctione recepit Squirius.

terram ſoliditatis ſuæ cauſa omnino ſterilem fuiſſe et infrugiferam.

XXXIX. Jam Typhonis inſidiæ ac tyrannis vim ſignificat ſiccitatis obtinentis, et conſumentis humorem quo naſcitur et augetur Nilus. Regina vero Æthiopum quæ Typhonem adjuverit, flatus auſtrinos ex Æthiopia notat: qui ſi vincant Eteſias a quibus verſus Æthiopiam nubes pelluntur, prohibeantque imbres decidere quibus Nilus augetur, tum prævalens Typhon æſtu urit, ac plane obtinens, Nilum in diverſam partem ob imbecillitatem fluentem, cavo alveo et humili in mare expellit. Quod enim incluſus in arcam dicitur Oſiris, eo nihil aliud ſignificatur quam aquæ occultatio et defectus. Itaque menſe Athyr periiſſe Oſiridem dicunt, quando Eteſiis omnino deficientibus Nilus recedit, et ſolum nudatur. Quando

δὲ τῆς νυκτὸς, αὔξεται τὸ σκότος· ἡ δὲ τοῦ φωτὸς μαραίνει καὶ κρατεῖται δυνάμις, οἱ ἱερεῖς ἄλλά τε δρῶσι σκυθρωπὰ, καὶ βοῦν ἀμφίχρυσον ἱματίῳ μέλανι βυσσίνῳ περιβάλλοντες, ὅτι πένθος τῆς θεοῦ δεικνύουσι (Βοῦν γὰρ Ἴσιδος εἰκόνα καὶ γλοῦν νομίζουσιν) ὅτι τέσσαρας ἡμέρας ἀπὸ τῆς ἑβδόμης ὅτι δέκα ἕξης. Καὶ γὰρ τὰ πενθούμενα τέσσαρα· πρῶτον μὲν ὁ Νεῖλος ἀπολείπων καὶ ὑποσυρόμενος, δεύτερον δὲ τὰ βόρεια πνεύματα καταπεσόντα κωλύει τοὺς νοτίους ὑπερκατοιοῦντας, τρίτον δὲ τὸ τὴν ἡμέραν ἐλάττονα γίνεσθαι τῆς νυκτὸς, ὅτι πᾶσιν ἡ τῆς γῆς ἀπογύμνωσις ἅμα τῇ τοῦ φυτοῦ φιλότητι τὴν κατὰ φυλλορροούντων. Τῇ δὲ ἑνάτῃ ὅτι δέκα νυκτὸς, ὅτι θάλασσαν κάτεισι, καὶ τὴν ἱερὰν κίστην οἱ στολισταὶ καὶ οἱ ἱερεῖς ἀναφέρουσι χρυσοῦν ἔντος ἔχουσαν κιβώτιον, εἰς ὃ ποτίμου λαβόντες ὕδατος ἐγχέουσι, καὶ τοῦ κραυγὴ τοῦ F

E. 3. οἱ ἱερεῖς] οἱ δὲ ἱερεῖς postulat nexus.

E. 6. Ἴσιδος εἰκόνα] Hoc ratio ipsa postulat et confirmant codices A. et E. Vulgo Ὀσίριδος εἰκόνα.

F. 3. κάτεισι] Reisk. κατίασι.

autem nox fit longior, tenebræ crescunt, lucisque superatur et tabescit vis: tunc sacerdotes cum alios tetricos ritus exercent, tum bovem auratum nigro byssino amictu ostentant in luctu deæ, (bovem enim Isidis ducunt imaginem) per quatriduum continuum a decima septima mensis die. Quatuor enim sunt quæ lugentur: primum, Nilus recedens atque deficiens: secundum, septentrionales flatus, qui invalescentibus australibus ventis admodum exstinguuntur: tertium, quod dies minor fit nocte: ultimum, denudatio terræ, simul etiam tunc stirpibus folia objicientibus. Decima nona mensis die, noctu ad mare descenditur, et sacram cistam Stolistæ (quasi vestitores dicas) una cum sacerdotibus efferunt, in qua est intus aurea arcula, cui infunditur ab iis aqua potabilis, ac clamor tollitur ab his

παρόντων, ὡς εὑρημένου τοῦ Ὀσίριδος· εἶτα τοῦ καρπίμου φυρῶσι τῷ ὕδατι, καὶ συμμίξαντες ἀρώματα καὶ θυμιάματα τοῦ πολυτελῶν, ἀναπλάττουσι μιμουμένοις ἀγαλμάτιον καὶ τοῦτο κολάζουσι καὶ κοσμοῦσιν, ἐμφαίνοντες ὅτι γῆς οὐσίαν καὶ ὕδατος τοὺς θεοὺς τούτους νομίζουσι.

μ'. Τῆς δὲ Ἴσιδος πάλιν ἀναλαμβανούσης τὸν Ὄσιριν, 367 καὶ αὐξανούσης τὸν Ὧρον, ἀναθυμιάσεσι καὶ ὁμίχλαις καὶ νέφεσι ῥωννύμενον, ἐκρατήθη μὲν, οὐκ ἀνῃρέθη δὲ ὁ Τυφών· οὐ γὰρ ἔασεν ἡ κυρία τῆς γῆς θεὸς ἀναιρεθῆναι παντάπασι τοῦ ἀντιτιμωμένου τῇ ὑγρότητι φύσιν, ἀλλ' ἐχάλασε καὶ ἄνηκε, βουλομένη συμμένειν τοῦ κρίσιν· οὐ γὰρ ἦν κόσμον εἰ τέλειον, ἐκλείποντος καὶ ἀφανιζέντος τοῦ πυρώδους. Εἰ δὲ ταῦτα μὴ λέγεται παρ' αὐτοῖς ἑαότως οὐδὲ ἐκεῖνον ἄν τις ἀποῤῥίψαι τὸν λόγον, ὡς Τυφὼν μὲν ἐκράτη πάλαι τῆς Ὀσίριδος μοίρας· θάλασσα γὰρ

F. 6. τὸν κάρπιμον] γῆν κάρπιμον Xyl. Bentl. Squir.

A. 5. τὸν κρίσιν] Legendum τὴν κρῆσιν ut vertit Xyl. correxit Bentl. recepit Squir.

A. 7. μὴ λέγεται παρ' αὐτοῖς εἰκότως] Malim πῶς, vel δὲ, λέγεται παρ' αὐτοῖς εἰκότως,—. Alii aliter corrigunt.

qui adſunt, vociferantibus Oſiridem eſſe inventum: exinde tellurem frugiferam aqua permiſcent, additiſque mixturæ aromatibus et ſuffimentis ſumptuoſis, effingunt imagunculam luniformem, et hanc amiciunt et ornant, ſignificantes deos iſtos ab ipſis putari eſſe naturam terræ et aquæ.

XL. Rurſum ubi Oſirin Iſis recepit, et Orum educat, exhalationibus, et nebulis ac nubibus creſcentem ac roboratum; ſuperatus quidem, non tamen etiam interfectus eſt Typhon: non enim paſſa eſt Dea, quæ terræ domina eſt, undiquaque aboleri naturam humori contrariam: ſed dimittit eam et laxat, cupiens temperiem relinqui; quia non poterat mundus eſſe perfectus, abolita ignea natura. Quod ſi hæc ab iis non abſurde dicuntur, par eſt ne hanc quidem repudiari rationem, qua dicitur antiquitus Typhon partem Oſiridi debitam obtinuiſſe. Nam Ægyptus olim mari fuit

λῦ ἡ Αἴγυπτος· διὸ πολλὰ μὴν ἐν τοῖς μετάλλοις καὶ τοῖς ὄρεσιν εὑρίσκεται μέχρι νῦν κογχύλια ἔχειν· πᾶσαι δὲ πηγαὶ καὶ φρέατα πάντα, πολλῶν ὑπαρχόντων, ἀλ- B
μυρὸν ὕδωρ καὶ πικρὸν ἔχουσιν, ὡς ἂν ὑπολείμμα τῆς πάλαι θαλάττης ἔωλον ἐνταυθοῖ συνερρυηκός. Ὁ δὲ Ὦρος χρόνῳ τῷ Τυφῶνος ἐπεκράτησε· τεκμήριον, εὐκαιρίας ὀμβρίων γενομένης, ὁ Νεῖλος ἐξώσας τὴν θάλατταν, ἀνέφηνε τὸ πεδίον καὶ ἀνεπλήρωσε ταῖς προχώσεσιν. Ὃ δὴ μαρτυροῦσαν ἔχει τὴν αἴσθησιν· ὁρῶμεν γὰρ ἔτι νῦν ὑποφέροντι τῷ ποταμῷ νέαν ἰλὺν καὶ προσαγαγόντι τὴν γῆν, καὶ μικρὸν ὑποχωροῦν ὀπίσω τὸ πέλαγος, καὶ τὴν θάλατταν, ὕψος τοῦ ἐν βάθει λαμβανόντων ἀφ' ὧν προχώσεις, ὑποῤῥέουσαν· τὸν δὲ Φάρον, ἣν Ὅμηρος C
ἡμέρου δρόμου ἡμέρας ἀπέχουσαν Αἰγύπτου, νῦν μέρος ὄντα αὐτῆς, οὐκ αὐτὴν ἀναδραμοῦσαν, οὐδὲ προσαναβᾶσαν, ἀλλὰ τὸ μεταξὺ θαλάττης ἀναπλάτυνον τῷ ποταμῷ καὶ

B. 3. συνεῤῥυηκὸς] Recepi Bentleii correctionem poſt Squirium. Vulgo συνεῤῥυηκέναι.
B. 5. ὀμβρίων—ἐξώσας] Malim ὄμβριον—ἐξώσας. Prius jam Reiſkius monuit.

tecta: itaque in metallis et montibus multa etiamnum inveniuntur conchylia: et omnes fontes, omnes putei, cum quidem eorum tanta ſit multitudo, ſalſam atque amaram habent aquam, utpote quod eo reliquiæ veteris maris obſoletæ confluxerint. Succeſſu autem temporis Orus Typhone eſt factus ſuperior: id eſt, cum tempeſtive imbres oborti eſſent, Nilus mari expulſo planitiem detexit, et terræ aggeſtione complevit. Ipſe ſenſus huic rationi teſtimonium fert. Etenim hodieque cernimus fluvio novum aggerente limum, terramque adducente, paulatim recedere mare, atque retro defluere; fundo ob aggeſtionem materiæ altitudinem nanciſcente. Pharum certe, quam Homerus curſu unius diei abeſſe ab Ægypto norat, nunc partem eſſe Ægypti conſtat; non quod ipſa ſuo loco mota acceſſerit, ſed quod mare intermedium flumine opplente et complanante continenti ad-

τρέφοντι τὴν ὑπερον ἀναζαλείσης. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὅμοια τοῖς ὑπὸ τῶν Στωϊκῶν θεολογουμένοις ἐστί. Καὶ γὰρ ἐκεῖνοι τὸ μὲν γόνιμον πνεῦμα καὶ τρόφιμον, Διόνυσον φασὶ λέγουσι· τὸ πληκτικὸν δὲ καὶ αἱρετικὸν, Ἡρακλέα· τὸ δὲ δεκτικὸν, Ἄμμωνα· Δήμητρα δὲ καὶ Κόρην, τὸ ἀφ' ἧς γῆς καὶ τῶν καρπῶν δῶσιν· Ποσειδῶνα δὲ, τὸ ἀφ' ἧς θαλάττης.

μα'. Οἱ δὲ τοῖσδε τοῖς φυσικοῖς καὶ τῶν ἀπ' ἀστρολογίας μαθηματικῶν ἔνια μιγνύντες, Τυφῶνα μὲν οἷον τὸν ἡλιακὸν κόσμον, Ὄσιριν δὲ τὸν σεληνιακὸν λέγεσθαι· τὴν μὲν γὰρ σελήνην γόνιμον τὸ φῶς καὶ ὑγρεποιὸν ἔχουσαν, εὐμενῆ καὶ γοναῖς ζώων καὶ φυτῶν βλαστήσεσι· τὸν δὲ ἥλιον ἀκράτῳ πυρὶ κεκληρωκότα θάλπειν τε καὶ καταυαίνειν τὰ φυόμενα καὶ τεθηλότα, καὶ τὸ πολὺ μέρος τῆς γῆς παντάπασιν ὑπὸ φλογμοῦ ποιεῖν ἀοίκητον, καὶ καλαχρατεῖν πολλαχοῦ καὶ τὴν σελήνης. Διὸ τὸν

D. 4. κεκληρωκότα] Hoc ſi retineas, delendum erit καὶ ante τὸ πολύ: quæ ratio vel ſic non ſatis placet. Forte aliud latet, aut legendum καὶ σκληροτάτην.

jecta eſt. Verum enimvero hæc ſimilia ſunt eorum quæ Stoici de ſacris rebus diſputant. Nam genitabilem et alendo aptum ſpiritum Bacchi nomine afficiunt illi: qui vim percellendi ac dividendi habet, Herculis: qui recipiendi facultatem, Ammonis: id quod per tellurem et fruges penetrat, Cererem ac Proſerpinam: quod per mare, Neptunum nominant.

XLI. Qui autem naturalibus iſtis etiam mathematica quædam aſtrologica admiſcent, ii putant Typhonem eſſe mundum ſolarem, Oſiridem lunarem. Lunam enim quæ lumen habet genitabile et humectans, proſperam eſſe et animalium procreationi, et ſtirpium pullulationi. Solem hoc ſortitum, ut intemperato igni calefaciat exſiccetque natas et florentes ſtirpes: et ſuo ardore magnam partem terræ feciſſe habitationibus ineptam, ac ſæpe etiam Lunam ab eo ſuperari. Itaque Ægyptii Typhonem

Τυφῶνα σηθ ἀεὶ Αἰγύπτιοι καλοῦσιν, ὅπερ ὁδὶ καταδυναστεῦον ἢ καταβιαζόμενον· καὶ τῷ μὲν ἡλίῳ τὸ Ἡρακλέα μυθολογοῦσιν ἐνιδρυμένον συμπεριπολεῖν, τῇ δὲ σελήνῃ τὸν Ἑρμῆν· λόγου γὰρ ἔργοις ἔοικε καὶ πρᾶξις σοφίας τὰ τῆς σελήνης, τὰ δὲ ἡλίου πλημμῆς ὑπὸ βίας καὶ ῥώμης περαινομένης. Οἱ δὲ Στωϊκοὶ τὸν μὲν ἥλιον ἐκ θαλάττης ἀναπλεῖν, καὶ τρέφεσθαί φασι, τῇ δὲ σελήνῃ τὰ κρηναῖα καὶ λιμναῖα νάματα γλυκεῖαν ἀναπέμπειν καὶ μαλακὴν ἀναθυμίασιν. E

μβ'. Ἑβδόμῃ ὀπὶ δέκα τοῦ Ὀσίριδος γενέσθαι τελευτὴν Αἰγύπτιοι μυθολογοῦσιν, ἐν ᾗ μάλιστα τὸ πλησυμμὴν καταδήλως ἡ πανσέληνος. Διὸ καὶ τὴν ἡμέραν ταύτην Ἀντίφραξιν οἱ Πυθαγόρειοι καλοῦσι, καὶ ὅλως τὸν ἀριθμὸν τοῦτον ἀφοσιοῦνται· τοῦ μὲν ἑξκαίδεκα τετραγώνου, καὶ τοῦ ὀκτωκαίδεκα ἑτερομήκους, οἷς μόνοις ἀριθμῶν ὑπιπέδων συμβέβηκε τὰς περιμέτρους ἴσας ἔχειν τοῖς F

E. 2. καὶ παρὰ σοφίας τὰ τῆς σελήνης;] Transponendum καὶ σοφίας τὰ παρὰ τῆς σελήνης: quod monuit Markl.

E. 3. τὰ δὲ ἡλίου—περαινομένης] Prius ex Baſ. et Xyl. quos ſequitur Squirius, pro vulgato τὰ δ' ἐν ἡλίῳ. Poſterius mutandum in περαιούμενα: Squirius dedit περαινομέναις.

Seth nominant: id ſignificante vocabulo, *quod vi prævalet:* et in Sole ſitum Herculem una circumagi, in Luna Mercurium, fabulantur: quæ enim Luna efficit, ea orationis et ſapientiæ operum ſunt ſimilia: Solis autem, verberum, vi et robore effecta. Stoici Solem e mari incendi atque ali aiunt: Lunæ a fontanis et lacuſtribus aquis dulcem mollemque ſubmitti exhalationem.

XLII. Decima ſeptima menſis die interiiſſe Oſiridem Ægyptii fabulantur, qua die maxime plenilunium fit evidens. Ideo diem iſtam Pythagorie vocant antiphraxin, quaſi oppoſitionem cum obſtructione conjunctam: et omnino numerum ſeptemdecim averſantur. Nam inter ſedecim, qui quadratum, et octodecim, qui altera dimenſionum longius parallelogrammum refert, atque hi duo ſoli omnium numerorum planorum ambitus

πεμπομένοις ὑπ' αὐτοῦ χωρίοις, μέσος ὁ τοῦ ἑπτακαίδεκα παρεμπίπτων, ἀντιφράττει καὶ διαζεύγνυσιν ἀπ' ἀλλήλων, καὶ διαιρεῖ τὸν ἐπόγδοον λόγον εἰς ἄνισα διαστήματα πεμπόμενος. Ἔτους δ' ἀριθμὸν οἱ μὲν βιῶσαι τὸν Ὄσιριν, οἱ δὲ βασιλεῦσαι λέγουσιν ἑκτὼ καὶ εἴκοσιν·
368 τοσαῦτα γὰρ ὅσα φῶτα τῆς σελήνης, καὶ τοσαύταις ἡμέραις τὸν αὐτῆς κύκλον ἐξελίσσει. Τὸ δὲ ξύλον ἐν ταῖς λεγομέναις Ὀσίριδος θάφαις τέμνοντες, κατασκευάζουσι λάρνακα μηνοειδῆ· διὰ τὸ τὴν σελήνην, ὅταν τῷ ἡλίῳ πλησιάζῃ, μηνοειδῆ γινομένην ἀποκρύπτεσθαι. Τὸν δὲ εἰς δεκατέσσαρα μέρη τοῦ Ὀσίριδος διασπασμὸν αἰνίττονται πρὸς τὰς ἡμέρας ἐν αἷς φαίνει μὴ πανσέληνον ἄχρι νουμηνίας τὸ ἄστρον. Ἡμέραν δὲ ἐν ᾗ φαίνεται πρῶτον ἐκφυγοῦσα τὰς αὐγὰς καὶ παρελθοῦσα τὸν
B ἥλιον, ΑΤΕΛΕΣ ΑΓΑΘΟΝ προσαγορεύουσιν· ὁ δὲ Ὄσιρις ἀγαθοποιὸς, καὶ τὔνομα πολλὰ φράζει, οὐχ ἥκιστα δὲ κράτος ἐνεργὸν καὶ ἀγαθοποιόν, ὡς λέγουσι. Τὸ δ' ἕτερον

F. 7. διαιρεῖ] Forte διατμεῖ. Sed de hac re, in Animadverſionibus dicetur.
A. 5. μηνοειδῆ γινομένην] Sic Baſ. Xyl P. Mez. Squir. Vulgo μοναειδῆ γινομένην.
B. 3. ἐνεργὸν—ὡς λέγουσι] Forte ἐνεργέτην—ἃς λέγουσι. Prius Marklando placuerat.

habent areis ſuis æquales, medius interveniens ſeptemdecim obſtruit et disjungit eos invicem, inque partes ſciſſus inæquales, ſeſquioctavam proportionem conſtituit. Annos viginti et octo alii vixiſſe, alii regnaſſe Oſiridem dicunt: toties enim lucet Luna, totque diebus ſuam circuitionem abſolvit. Lignum autem in ſepultura, ut vocant, Oſiridis ſecantes, arcam apparant lunata forma: quia Luna Soli appropinquans falcatur et occulitur. Quod autem in quatuordecim partes diſcerptus dicitur Oſiris, referendum eſt ad dies quibus a plenilunio uſque ad novilunium deficit Luna. Diem, qua primum conſpicitur evitatis et præteritis radiis Solis, *imperfectum bonum* nominant. Eſt enim Oſiris beneficus: et nomen hoc multa ſignificans, præcipue *vim efficacem et beneficam* deſignat. Alterum dei hujus nomen quod

ὄνομα τῷ θεοῦ τὸν ΟΜΦΙΝ εὐεργέτιν ὁ Ἑρμαῖός φησιν ἑλληνιστὶ ἐμπεδοῦμφον.

μγ'. Οἰονται δὲ περὶς τὰ φῶτα τῆς σελήνης ἔχειν πρὸς λόγον τὸν Νείλου τὰς ἀναβάσεις. Ἡ μὲν γὰρ μεγίστη περὶ τὴν Ἐλεφαντίνην, ἑκκαίδεκα καὶ εἴκοσι πήχεων, ὅσα φῶτα καὶ μέτρα τοῦ ἐμμηνιαίου περιόδου ἐκάστης ἐστίν· ἡ δὲ περὶ Μένδητα καὶ Ξοΐν βραχυτάτη πήχεων ἓξ περὶς τὴν διχόμηνον· ἡ δὲ μέση περὶ Μέμφιν, ὅταν ἡ δικαία, δεκατεσσάρων πηχῶν περὶς τὴν πανσέληνον. Τὸν δὲ Ἆπιν, εἰκόνα μὲν Ὀσίριδος ἔμψυχον εἶναι, γενέσθαι δὲ ὅταν φῶς ἐρείσῃ γόνιμον ἀπὸ τῆς σελήνης, καὶ καθάψηται βοὸς ὀργώσης. Διὸ καὶ τοῖς τῆς σελήνης σχήμασιν ἔοικε πολλὰ τοῦ Ἄπιδος, περιμελαινομένου τὰ λαμπρὰ τοῖς σκιεροῖς, ὅτε τῇ νουμηνίᾳ τοῦ Φαμενὼθ μηνὸς ἑορτὴν ἄγουσιν, ΕΜΒΑΣΙΝ ΟΣΙΡΙΔΟΣ ΕΙΣ ΤΗΝ ΣΕΛΗΝΗΝ ὀνομάζοντες, ἔαρος ἀρχὴν οὖσαν. Οὕτω τ' Ὀσίριδος δυνάμιν ἐν τῇ

B. 10. βραχυτάτη] Sic E. Xyl. verſ. Salm. Bentl. Squir. Vulgo βραχυτάτην.
C. 5. σκιεροῖς, ὅτι] Inter has voces quædam excidiſſe putat Markl. Ferte novi enunciati initium pendendum, legendo σκιεροῖς. Ὅτι quale quid Bentleio et Squirio viſum.

eſt Omphis, Hermæus interpretatur *beneficum*.

XLIII. Exiſtimant autem Nili incrementa ratione quadam illuminationibus Lunæ reſpondere. Maximum enim apud Elephantinam, cubitorum fit viginti et octo, quot dies ſunt menſtruæ circuitionis Lunæ: apud Mendetem et Xoin, ubi eſt minimum, cubitos æquat ſex, quot diebus Lunæ orbis fit dimidiatus: medium apud Memphin, ſi juſtum ſit, quatuordecim cubitis convenit, et reſpondet tempori plenilunii. Porro Apin animatam dicunt Oſiridis eſſe imaginem. Itaque etiam figuris Lunæ ſimilia habet multa, atratus circum ſplendidas partes et umbroſis tectus: et in novilunio menſis Phamenoth feſtum celebrant, quod *ingreſſum Oſiridis in Lunam* appellant. Eſt autem id veris initium. Hoc pacto vim Oſiridis in Luna collocantes, Iſidem

σελήνῃ τίθενται, τὸν Ἶσιν ἀπὸ γένεσιν ὄσαν σωτῆρα λέγουσι· διὸ καὶ μητέρα τὸν σελήνην τὸ κόσμου καλοῦσι, καὶ φύσιν ἔχειν ἀρσενόθηλυ οἴονται, πληρουμένην μὲν ὑπὸ ἡλίου καὶ κυϊσκομένην, αὐτὸν δὲ πάλιν εἰς τὸν ἀέρα προϊεμένην γεννητικὰς ἀρχὰς καὶ καταπαιέουσαν· οὐ
D γὰρ ἀεὶ τὸν φθορέα ὑπερατεῖν τὸν Τυφώνειον, πολλάκις δὲ κρατουμένου ὑπὸ τῆς γενέσεως ἡ σωζομένην, αὖθις ἀναδύεσθαι καὶ ἀγωνίζεσθαι πρὸς τὸν Ὧρον· ἔτι δ' ὕτος ὁ πρῶτος κόσμος, ὅτε φθορᾶς ἀπαλλαττόμενος παντάπασιν, ὅτε γενέσεως.

μδ'. Ἔνιοι δὲ καὶ τῷ σκληπτικῷ αἴνιγμα ποιοῦσι τὸν μῦθον· σκλήπτει μὲν γὰρ ἡ σελήνη πανσέληνος, σκαπτὸν τὸ ἡλίου φάσιν ἔχοντος πρὸς αὐτὸν, εἰς τὸν σκιὰν ἐμπίπτουσα τῆς γῆς, ὥσπερ φασὶ τὸν Ὄσιριν εἰς τὸ
E σορόν· αὐτὴ δὲ πάλιν ἀποκρύπτει καὶ ἀφανίζει τοῖς τελευταίοις, οὐ μὴν ἀναιρεῖ παντάπασι τὸν ἥλιον, ὥσπερ

C. 9. τίθενται] Legendum vel τιθέντες, vel τίθενται καὶ
D. 3. διαδύεσθαι] Forte διαλύεσθαι.

ei uxorem, ex qua prolem procreet, adſcribunt. Ideo et Lunam *mundi matrem* appellant, et naturam ex utroque mixtam ſexu adſignant ei: quod impleta et gravida facta a Sole, rurſum a ſe in aerem emittat ac diſſeminet genitabilia principia. Non enim ſemper obtinere corruptelam Typhonicam, ſed ſæpe victam a vi procreatrice atque vinctam, rurſum emergere, et cum Oro decertare. Orus autem eſt mundus terreſtris, neque interitus unquam omnino expers, neque ortus.

XLIV. Neque deſunt, qui defectus hac fabula per ambages notari cenſeant. Etenim in plenilunio deficit Luna, Sole ipſi ex adverſo ſtante in terræ umbram incidens: ſicut in arcam fertur incidiſſe Oſiris. Rurſum ipſa Solem occultat et conſpectui ſubtrahit ultima menſis die, neque tamen Solem omnino interimit,

οὐδὲ τὸν Τυφῶνα ἡ Ἶσις. Γεννώσης τῆς Νέφθυος τὸν Ἄνουβιν, Ἶσις ὑποβάλλεται. Νέφθυς γὰρ ἐστι τὸ ὑπὸ γῆν καὶ ἀφανὲς, Ἶσις δὲ τὸ ὑπὲρ τὴν γῆν καὶ φανερόν· ὁ δὲ τούτῳ ὑποφαύων καὶ καλύμμιος ὁρίζων κύκλος, ἑπάτερος ὢν ἀμφοῖν, Ἄνουβις κέκληται, ᾗ κυνὸς τὸ εἶδος ἀπεικάζεται. Καὶ γὰρ ὁ κύων χρῆται τῇ ὄψει νυκτός τε καὶ ἡμέρας ὁμοίως· καὶ αὐτὸν ἔχειν δοκεῖ πάρ' Αἰγυπτίοις τὴν δύναμιν ὁ Ἄνουβις οἵαν ἡ Ἑκάτη πάρ' Ἕλλησι, χθόνιος ὢν ὁμοῦ καὶ οὐλύμπιος. Ἐνίοις δὲ δοκεῖ Κρόνος ὁ Ἄνουβις εἶναι· διὸ πάντα τίκτων ἐξ ἑαυτοῦ καὶ κύων ὢν ἑαυτῷ, τὴν τοῦ κυνὸς ἐπίληψιν ἔχει· ἔτι δ' οὖν τοῖς σεβομένοις τὸν Ἄνουβιν, ἀπόρρητόν τι καὶ πάλαι μὴν τὰς μείζους ἐν Αἰγύπτῳ τιμὰς ὁ κύων ἔσχεν· ἐπεὶ δὲ Καμβύσου τὸν Ἆπιν ἀνελόντος καὶ ῥίψαντος, οὐδὲν ᾠφελήθη οὐδὲ ἐγεύσατο τοῦ σώματος

E. 5. τάτερ ὑποφαίνει] Malim τάτερον ἐστὶ φαῖνον, ut Bentl. et Squir.

E. 7. ἀπεικάζεται] Sic E. P. Pal. Xyl. Vulgo, ἐπεικάζεται.

F. 3. Κρόνος] Squir. Markl. Χρόνος. Non neceſſe.

F. 5. ἀπόῤῥητόν τι] Quædam hîc excidiſſe patent Mez. et Squir. Puto legendum ἔτι γάρ: *Nunc enim e Manethone cognitus eſt canem nominare.*

ut neque Iſis Typhonem. Pariente Anubin Nephthy, Iſis ſubjicitur. Nephthys enim eſt id quod infra terram ſitum non cernitur: Iſis quod ſupra terram manifeſtum exſtat: at circulus iſthæc ambo tangens et dirimens, qui a definiendo Horizon dicitur, ambobus communis, Anubis vocatur, ac forma cani adſimilatur; quia canis viſu perinde noctu utitur atque interdiu. Videturque Anubis apud Ægyptios eam obtinere vim, quam apud Græcos Hecate numen ſcilicet terreſtre ſimul et cœleſte. Nonnullis Anubis Saturnus eſſe videtur, quia omnia gignens ex ſe et in ſe tanquam prægnans mulier gerens, (quod Kyein Græce dicitur) Kyon (id eſt canis) appelletur. Et vero antiquitus canem violare Ægyptiis religio erat, ſummiſque id animal honoribus afficiebatur: ſed poſtquam Apis a Cambyſe necati et pro-

ἀλλ' ἢ μόνος ὁ κύων, ἀπώλεσε τὸ θεῖον τῆς μάλιστα τιμᾶσθαι τῶν ἑτέρων ζώων. Εἰσὶ δέ τινες οἱ τὸ σκίασμα τῆς γῆς, εἰς ἣν τὴν σελήνην ὀλισθαίνουσαν ἐκλείπειν νομίζουσι, Τυφῶνα καλοῦντες.

369 με'. Ὅθεν οὐκ ἀπέοικεν εἰπεῖν, ὡς ἰδίᾳ μὲν οὐκ ὀρθῶς ἕκαστος, ὁμοῦ δὲ πάντες ὀρθῶς λέγουσιν· οὐ γὰρ αὐχμὸν, οὐδὲ ἄνεμον, οὐδὲ θάλατταν, οὐδὲ σκότον, ἀλλὰ πᾶν ὅσον ἡ φύσις βλαβερὸν καὶ φθαρτικὸν ἔχει μόριον, τῷ Τυφῶνός ἐστιν. Οὔτε γὰρ ἐν ἀψύχοις σώμασι τὰς τοῦ παντὸς ἀρχὰς θετέον, ὡς Δημόκριτος καὶ Ἐπίκουρος· οὔτε ἀποίῳ δημιουργὸν ὕλης, ἕνα λόγον καὶ μίαν προμήθειαν, ὡς οἱ Στωϊκοὶ, προσνομοθετοῦσι ἁπάντων καὶ κρατοῦσαν· ἀδύνατον γὰρ ἦν φλαῦρον ὁποιοῦν, ὅπου πάν-
B των, ἢ χεῖρον, ὅπου μηδενὸς ὁ θεὸς αἴτιος, ἐγγενέσθαι·

A. 7. ἀκεῖν] Vera eſt hæc correctio Mez. Bentl. Squir. item Lennepii ad Phalar. p. 149. Vulgo ἄκριον, οὐ.

A. 9. ἢ φλαῦρον ὁτιοῦν, ὅτου πάντων] Vulgo ἢ καὶ φλαῦρον ὁτιοῦν ἐμοῦ πάντων. Ex mea et Meziriaci correctione dedi ὅτου: delevi καὶ auctoritate codicum E. Flor. P.

jecti cadaver nullum extra canem animal adiit vel guſtavit; primos inter animalia honores canis perdidit. Sunt qui umbram terræ, in quam delapſam Lunam deficere putant, Typhonis nomine accipiant.

XLV. Itaque ergo abſurdum dictu non eſt, ſingulos non recte, univerſos recte, pronunciaſſe. Non enim ſiccitas duntaxat, aut ventus, mare, tenebræ: ſed quæcunque naturæ pars damnoſa eſt et corrumpendis rebus apta, Typhonis eſt. Quippe nec in corporibus animæ exſortibus principia Univerſi ſunt conſtituenda, ut fecere Democritus et Epicurus: neque qualitatis expers materiæ opifex providentia unica, quæ omnia ſuperet atque contineat, hunc titulum meretur, qui fuit Stoicorum error; neque enim poſſit, ſi Deus omnium ſit rerum auctor, una eſſe mala, aut ſi nullius rei ſit auctor, una eſſe bona. Nam, Heraclito teſte, ut lyræ et arcus, ita

"Παλίντονος γὰρ ἁρμονία κόσμου ὥσπερ λύρης ἡ τάξις," καθ' Ἡράκλειτον· καὶ κατ' Εὐριπίδην,

Οὐκ ἂν γένοιτο χαρὰ ἰσθλὰ καὶ κακά,
Ἀλλ' ἔστι τις σύγκρασις, ὡς' ἔχειν καλῶς.

Διὸ καὶ παμπάλαιος αὕτη κατέσπαρται παρὰ θεολόγων καὶ νομοθετῶν εἰς τε ποιητὰς καὶ φιλοσόφους δόξα, τὴν ἀρχὴν ἀδέσποτον ἔχουσα, τὴν δὲ πίστιν ἰσχυρὰν καὶ δυσεξάλειπτον, οὐκ ἐν λόγοις μόνον, οὐδὲ ἐν φήμαις, ἀλλὰ ἔν τε τελεταῖς, ἔν τε θυσίαις, καὶ βαρβάροις καὶ Ἕλλησι πολλαχοῦ διαφερομένη, ὡς ὅτ' ἄνουν καὶ ἄλογον καὶ ἀκυβέρνητον αἰωρεῖται τῷ αὐτομάτῳ τὸ πᾶν, ὅτε εἷς ὅδιν C ὁ κρατῶν καὶ κατευθύνων, ὥσπερ οἴαξιν ἢ πισὶ σειθίοις χαλινοῖς, λόγος, ἀλλὰ πολλὰ καὶ μεμιγμένα κακοῖς καὶ ἀγαθοῖς· μᾶλλον δὲ μηδέν, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, ἄκρατον ἐνοῦσθαι τῆς φύσεως φερούσης, οὐ δυεῖν πίθων εἰς ταμίας, ὥσπερ νάματα τὰ πράγματα καπηλικῶς

B. 2. ὥσπερ λύρης] Ald. Baſ. Xyl. A. E. Venet. ὅπως περ: unde Ionica forma ὁκως περ apparet.

mundi quoque concinnitas contentionem et remiſſionem admittit: et ſi Euripidem audimus,

Sejungi non poſſunt a bonis mala:
Sed eſt eorum, ut res habeant ſatis bene,
Commixtio quædam.

Vetuſtiſſima proinde a ſacrarum profeſſoribus rerum et legumlatoribus derivata eſt opinio, auctore incognito, fide firma et indelebili, non in ſermonibus ea tantum et rumoribus, ſed et in myſteriis ac ſacrificiis tam barbaris quam Græcanicis exſtans; neque caſu ferri et a fortuna pendere Univerſum, mente, ratione, ac gubernatore deſtitutum: neque unicam eſſe rationem quæ contineat id et dirigat tanquam clavum aut fræna moderans: ſed cum permulta e bonis juxta maliſque ſint confuſa, immo nihil hæc natura ſincerum (ut verbo dicam) proferat; non eſſe unum aliquem promum qui e duobus doliis res nobis veluti aliquem liquorem, cauponis in morem, diſtribuat at-

ἀγαθῶν ἀναχεράσησιν ἡμῖν· ἀλλ' ἀπὸ δυεῖν ἐναντίων ἀρχῶν, καὶ δυεῖν ἀντιπάλων δυνάμεων, τῆς μὲν ἐπὶ τὰ δεξιὰ καὶ κατ' εὐθεῖαν ὑφηγουμένης, τῆς δ' ἔμπαλιν
D ἀναστρεφούσης καὶ ἀνακλώσης, ὅ, τε βίος μικτὸς, ὅ, τε κόσμος, εἰ καὶ μὴ πᾶς, ἀλλ' ὁ περίγειος ἅπτος καὶ μιᾶς σελήνης, ἀνώμαλος καὶ ποικίλος γέγονε, καὶ μεταβολὰς πάσας δεχόμενος. Εἰ γὰρ ὅθεν ἀναιτίως πέφυκε γενέσθαι, αἰτίαν δὲ κακοῦ ταὐγαθὸν οὐκ ἂν ᾠήθησαν, δεῖ γένεσιν ὕλης καὶ ἀρχικὴν, ὥσπερ ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ, τὴν φύσιν ἔχειν.

μς'. Καὶ δοκεῖ τοῦτο τοῖς πλείστοις καὶ σοφωτάτοις. Νομίζουσι γὰρ οἱ μὲν θεοὺς εἶναι δύο, καθάπερ ἀντίτεχνους, τὸν μὲν γὰρ ἀγαθῶν, τὸν δὲ φαύλων δημιουργόν· οἱ δὲ τὸν μὲν ἀμείνονα, ΘΕΟΝ, τὸν δὲ ἕτερον, ΔΑΙΜΟΝΑ κα-
E λοῦσιν· ὥσπερ Ζωροάστρης ὁ μάγος, ὃν πεντακισχιλίοις ἔτεσι τοῦ Τρωϊκοῦ γεγονέναι παλαιότερον ἱστοροῦσιν. Οὗτος οὖν ἐκάλει τὸν μὲν, ΩΡΟΜΑΖΗΝ, τὸν δὲ, ΑΡΕΙΜΑΝΙΟΝ· καὶ προσαπεφαίνετο, τὸν μὲν εἰκέναι φαντὶ μάλιστα τοῦ

que miſceat; ergo a duobus principiis contrariis adverſiſque duabus facultatibus, quarum altera ad dextram et recta ducat, altera retrorſum avertatur atque reflectat, cum vitam eſſe mixtam, tum ipſum mundum (ſi non univerſum, eum ſaltem qui ad terram eſt et Lunæ ſubjacet) inæqualiter ferri, variiſque et omnis generis motibus agitari. Si enim nihil abſque cauſa fit, et mali cauſam bonum non præbet; neceſſe eſt in natura ut boni, ita etiam mali ortum peculiarem, ſuumque principium exſtare.

XLVI. Atque hæc quidem ſententia pleriſque, et iiſdem ſapientiſſimis probatur. Exiſtimant enim alii duos eſſe deos, quaſi contrariis deditos artibus, ut bona alter, alter mala opera conficiat: alii eum qui eſt melior, *Deum*, qui deterior, *Dæmonem* dicunt. In qua ſententia fuit Zoroaſtres magus, quem narrant quinquies mille annis antiquiorem bello Trojano exſtitiſſe. Is ergo Zoroaſtres melioris nomen *Oromazen*, pejoris *Arimanium* perhibuit; additque hoc enunciatum, de rebus ſub

αἰσθητοῦ, τὸν δὲ ἔμπαλιν σκότῳ καὶ ἀγνοίᾳ· μέσον δὲ ἀμφοῖν τὸν ΜΙΘΡΗΝ εἶ)· διὸ καὶ Μίθρην Πέρσαι τὸν μεσίτην ὀνομάζουσιν· ἐδίδαξε δὲ τῷ εὐκταῖα θύειν καὶ χαριστήρια, τῷ δὲ ἀποτρόπαια καὶ σκυθρωπά. Πόαν γάρ τινα κόπτοντες ΟΜΩΜΙ καλουμένην ἐν ὄλμῳ, τὶ ἄδην ἀναχαλῶσιν καὶ τὸν σκότον· εἶτα μίξαντες αἵματι λύκου σφαγέντος, εἰς τόπον ἀνήλιον ἐκφέρουσι καὶ ῥίπτουσι. Καὶ τῶν φυτῶν νομίζουσι τὰ μέν, τοῦ ἀγαθοῦ θεοῦ, τὰ δέ, τοῦ κακοῦ δαίμονος εἶ)· καὶ τῶν ζώων, ὥσπερ κύνας καὶ ὄρνιθας καὶ χερσαίους ἐχίνους, τοῦ ἀγαθοῦ· τοῦ δὲ φαύλου τοὺς ἐνύδρους εἶ), διὸ καὶ τὸν κτείναντα πλείστους εὐδαιμονίζουσιν. F

μζ. Οὐ μὴν κἀκεῖνοι πολλὰ μυθώδη περὶ τῶν θεῶν λέγουσιν· οἷα καὶ ταῦτά ἐστιν· ὁ μὲν Ὡρομάζης ἐκ τοῦ καθαρωτάτου φάους, ὁ δὲ Ἀρειμάνιος ἐκ τοῦ ζόφου γεγε-

F. 3. καὶ τῶν ζώων, ὥσπερ;] Legendum ὥσπερ καὶ τῶν ζώων.
F. 5. τοὺς ἐνύδρους;] μοῦς ἐνύδρους conjecit verisimiliter Squirius, recepit more suo audacter.

sensum cadentibus, illum maxime similem esse luci, hunc tenebris et ignorationi, medium horum esse Mithram. Quæ causa est ut Mithram Persæ Mesiten, id est mediatorem seu intermedium nuncupent. Docuit idem, votivas et pro gratiis agendis oblatas victimas illi immolandas; huic averruncandi mali causa institutas et tetricas. Herbam enim quandam, *Omomi* appellatam, in mortario tundentes, Ditem invocant et Tenebras: tum admixto lupi jugulati sanguine, efferunt et abjiciunt in locum quo Solis radii non pertingunt. Nam et de stirpibus ita judicant, quasdam boni dei esse, mali quasdam genii: et animalium alia, ut canes, aves, et echinos terrestres, bono, aquaticos malo adjudicant; itaque et beatum eum prædicant, qui plurimos interfecerit.

XLVII. Enimvero illi quoque multa de diis fabulosa narrant: cujus generis est quod referam. Oromazen natum aiunt e luce purissima, Arimanium e caligine: eos bellum

370 νὰς, πολεμῆσιν ἀλλήλοις· καὶ ὁ μὲν ἓξ θεὺς ἐποίησε, τὴν μὲν πρῶτον, εὐνοίας, τὸν δὲ δεύτερον, ἀληθείας, τὸν δὲ τρίτον, εὐνομίας· τοὺς δὲ λοιποὺς, τὸν μὲν σοφίας, τὴν δὲ πλούτου, τὸν δὲ τοὺς ὑπὸ τοῖς καλοῖς ἡδέων δημιουργόν· ὁ δὲ τούτοις ὥσπερ ἀντιτέχνας ἴσους τὸν ἀριθμόν. Εἶθ' ὁ μὲν Ὡρομάζης τοὺς ἑαυτὸν αὐξήσας ἀπέστησε τοῦ ἡλίου τοσοῦτον ὅσον ὁ ἥλιος τῆς γῆς ἀφέστηκε, καὶ τὸν οὐρανὸν ἄστροις ἐκόσμησεν· ἕνα δὲ ἀστέρα πρὸ πάντων, οἷον φύλακα καὶ προόπτην ἐγκατέστησε, τὸν σείριον· ἄλλους δὲ τοιήσας τεσσαράκοντα καὶ ἑπτὰ θεὺς, εἰς ᾠὸν ἔθηκεν. Οἱ δὲ ὑπὸ τοῦ Ἀρειμανίου γενόμενοι, καὶ αὐτοὶ τοσοῦτοι, διατρήσαντες τὸ ᾠὸν γαστρὶ, ἀναμέμικται τὰ κακὰ τοῖς ἀγαθοῖς. Ἐπεισι δὲ χρόνος εἱμαρμένος, ἐν ᾧ τὸν Ἀρειμάνιον, λοιμὸν ἐπάγοντα καὶ λιμὸν, ὑπὸ τούτων ἀνάγκη φθαρῆναι πανταπάσι καὶ ἀφανισθῆναι, τῆς δὲ γῆς ὑπεπέδου καὶ ὁμαλοῦς γενομένης, ἕνα βίον καὶ μίαν πολιτείαν

A. 6. ὁ μὲν Ὡρόμαζης] Supplendum ὡς ὁ μὲν Ὡρόμαζης.

B. 1. τὸ ᾠὸν γαστρὶ] Forte quædam exciderunt: forte corrigendum, διάτρησαν τὸ ᾠὸν· ἐξῆν—: quale Xylander conjecit.

inter ſe gerere: ſex deos feciſſe Oromazen: primum benevolentiæ, ſecundum veritatis, tertium æquitatis, reliquos ſapientiæ, divitiarum et voluptatis quæ honeſta conſequitur opificem. Arimanium totidem numero his adverſa efficientes. Deinde Oromazen ſeſe triplicaſſe, et a Sole tanto ſe intervallo removiſſe, quanto a terra Sol abeſt, ac cœlum ſtellis decoraſſe, unamque ante alias tanquam cuſtodem et ſpeculatorem conſtituiſſe Sirium: alios porro viginti et quatuor deos condidiſſe et in ovo poſuiſſe. At totidem numero factos ab Arimanio ovum illud perforaſſe, hinc mala bonis eſſe permixta. Appetere porro fatale tempus, quo neceſſe ſit, peſte et fame ab his adducta, Arimanium omnino perdi atque aboleri, terraque æquabili et plana facta, unam vitam u-

ἀνθρώπων μακαρίων καὶ ὁμογλώττων ἁπάντων γενέσθαι. Θεόπομπος δέ φησι κατὰ τοὺς Μάγους ἀνὰ μέρος τρισχίλια ἔτη τὸν μὲν κρατεῖν, τὸν δὲ κρατεῖσθαι τῶν θεῶν, ἄλλα δὲ τρισχίλια μάχεσθαι καὶ πολεμεῖν καὶ ἀναλύειν τὰ τοῦ ἑτέρου τὸν ἕτερον· τέλος δὲ ἀπολείπεσθαι τὸν ᾅδην· καὶ τοὺς μὲν ἀνθρώπους εὐδαίμονας ἔσεσθαι, μήτε C τροφῆς δεομένους, μήτε σκιὰν ποιουμένους· τὸν δὲ θεοῦτα μηχανησάμενον θεὸν, ἠρεμεῖν καὶ ἀναπαύεσθαι χρόνον, καλῶς μὲν οὐ πολλῷ τῷ θεῷ, ὥσπερ ἀνθρώπῳ κοιμωμένῳ μέτριον. Ἡ μὲν οὖν μάγων μυθολογία τοιοῦτον ἔχει τρόπον.

μη'. Χαλδαῖοι δὲ τῶν πλανητῶν τοὺς θεοὺς γενέσθαι, οὓς καλοῦσι, δύο μὲν ἀγαθοεργούς, δύο δὲ κακοποιούς, μέσους δὲ τοὺς τρεῖς ἀποφαίνουσι καὶ κοινούς. Τὰ δὲ Ἑλλήνων, πᾶσί που δῆλα, τὸν μὲν ἀγαθὸν, Διὸς ὀλυμ-

B. 10. ἀπολείπεσθαι τὸν ᾅδην] Acute Markl. ἀπολεῖσθαι: tamen quid remanet difficultatis in ᾅδην.

C. 4. καλῶς μὲν οὐ—μέτριον] Turbata hæc reſtituenda hunc in modum χρόνον, ὡς μὲν ἀνθρώπῳ κοιμωμένῳ σολὺν, ὡς δὲ θεῷ μέτριον. Reſtitui χρόνον pro χρόνῳ ex E. Flor. Venet. P.

namque civitatem beatorum hominum univerſorum unaque lingua utentium fore. Theopompus ait de ſententia Magorum vicibus ter mille annorum alterum deorum ſuperare, alterum ſuccumbere: et per alia tria annorum millia bellum eos inter ſe gerere, pugnare, et alterum alterius opera deleboliri: tandem Plutonem deficere: et tunc homines fore beatos, neque alimento utentes, neque umbram edentes: deum porro iſta qui machinetur, quieſcere ad aliquod tempus, non quod longum ſit deo, ſed rectum et mediocre tanquam hominis dormientis. Hoc modo ſe habent Magorum fabulæ.

XLVIII. Chaldæi planetas deos faciunt, quorum duos beneficos, totidem maleficos, reliquos tres medios affirmant et promiſcuos. Græcorum opinio nemini fere ignota eſt: qui bonam partem Jovi O-

πὺξ μερίδα, τὴν δὲ ἀποτροπαίῳ, Ἅιδου ποιμένων· ὃν
D δὲ Ἀφροδίτης καὶ Ἄρεως Ἁρμονίαν γεγονέναι μυθολογοῦσιν· ὧν ὁ μὲν ἀπλωνὴς καὶ φιλόνεικος, ἡ δὲ μάλιχος καὶ γενέθλιος. Σκόπει δὲ τοὺς φιλοσόφους τούτοις συμφερομένους. Ἡράκλειτος μὲν γὰρ ἄντικρυς πόλεμον ὀνομάζει πατέρα καὶ βασιλέα καὶ κύριον πάντων, καὶ τὸν μὲν Ὅμηρον, εὐχόμενον "ἔρι τε θεῶν ἔριν, ἔρι τ' ἀνθρώ-"πων ἀπολέσθαι," λανθάνειν φησὶ τῇ τῶν ὅλων γενέσῃ καταρώμενον, ὡς μάχης καὶ ἀντιπαθείας τὴν γένεσιν ἐχόντων· ἥλιον δὲ μὴ ὑπερβήσεσθαι τοὺς τροπικοὺς, ὅρους· εἰ δὲ μή, γλῶτται μὲν δίκης ἐπικύρους ἐξευρήσουσιν.
E Ἐμπεδοκλῆς δὲ, "τὴν μὲν ἀγαθοεργὸν ἀρχὴν, Φιλό-"τητα καὶ Φιλίαν, πολλάκις δὲ Ἁρμονίαν καλεῖσθαι "Μέντι, τὴν δὲ χείρονα, Νεῖκος ὀλόμενον καὶ Δῆριν "αἱματόεσσαν." Οἱ μὲν Πυθαγορικοὶ ἀμφοῖν πλειόνων

D. 10. γλῶτται] ἰρίνυας alio loco ubi hoc dictum memoratur a Plutarcho, infra p. 604. A. Mex. μοίρας vel τροπάς.

E. 3. Μέντι] Legendum Διμερῆτι ut Bentleius oſtendit Epiſt. ad Mill. p. 76. et uberius exponemus infra ad p. 474. B.

E. 4. Οἱ μὲν Πυθαγορικοὶ] μὲν mutandum in δὲ, judice Mex. Mox in τὸ πιπερασμένον, recepi τὸ ex E.

lympio, malam Diti averrunco adſignant: et Harmoniam (quaſi concinnitatem) e Venere et Marte natam fabulantur: quorum hic fævus eſt et contentioſus, illa comis et genitabilis. Jam philoſophos vide cum his conſentientes. Heraclitus enim aperte *bellum* nominat *patrem et regem et dominum omnium: et Homerum, dum optat,*

Ex diorum atque hominum ut pereat diſcordia cunctis,

occulte exſecrari univerſorum ortum, quia naſcuntur ex contentione et adverſatione: et Solem non tranſgreſſurum poſitos ſibi limites: alioqui fore ut in linguas incidat juſtitiæ patrocinantes. Empedocles principium boni efficax amorem ac amicitiam, ſæpe etiam harmoniam appellat: deterius autem

Rixam perniciſam, et litem ſanguinolentam.

Pythagorici pluribus utrumque principium afficiunt no-

ὀνομάτων καταμηνύουσι, τῷ μὲν ἀγαθῷ τὸ ἕν, τὸ περιττὸν, τὸ μόνιμον, τὸ εὐθύ, τὸ φωτοειδὲς, τὸ τετράγωνον, τὸ δεξιὸν, τὸ λαμπρόν· τῷ δὲ κακῷ, τὴν δυάδα, τὸ ἄπειρον, τὸ φερόμενον, τὸ καμπύλον, τὸ ἄρτιον, τὸ ἑτερόμηκες, τὸ ἄνισον, τὸ ἀριστερὸν, τὸ σκοτεινόν· ὥστε ταύτας ἀρχὰς γενέσεως ὑποκειμένας. Ἀναξαγόρας δὲ νοῦν, καὶ ἄπειρον. Ἀριστοτέλης δὲ, τὸ μὲν εἶδος, τὸ δὲ στέρησιν. Πλάτων δὲ πολλαχοῦ μὲν οἷον ὑπολυγιζόμενος F καὶ ὡσκαλυπτόμενος, τὴν ἑαυτοῦ ἀρχὴν, τὴν μὲν Ταυτὸν ὀνομάζει, τὴν δὲ Θάτερον· ἐν δὲ τοῖς Νόμοις ἤδη πρεσβύτερος ὢν, οὐ δι' αἰνιγμῶν οὐδὲ συμβολικῶς, ἀλλὰ κυρίοις ὀνόμασιν, οὐ μιᾷ ψυχῇ φησὶ κινεῖσθαι τὸ κόσμον, ἀλλὰ πλείοσιν ἴσως, δυοῖν δὲ πάντως ἐκ ἐλάττοσιν· ὅθεν τὴν μὲν ἀγαθουργὸν (ἓν), τὴν δὲ ἑαυτοῦ ταύτῃ, καὶ τὴν ἑαυτοῦ δημιουργόν· ἀπολείπει δὲ καὶ τρίτην τινὰ μεταξὺ φύσιν, οὐκ ἄψυχον, οὐδὲ ἄλογον, οὐδὲ ἀκίνητον ἐξ

E. 9. ἅτε ταύτας] Forte ὡς ἑαυτοῦ ἀρχάς.

F. 1. ὑπολυγιζόμενος] Non temere damnem: ὑπολυγαζόμενος forma Attica elegans non ideo a Plutarcho posita.

minibus: Bonum, unitatis, finiti, quiescentis, recti, imparis, quadrati, æqualis, dextri, splendidi: Malum, binarii, infiniti, in motu versantis, curvi, paris, altera dimensione longioris, inæqualis, sinistri, tenebricosi: hæc esse principia ortus rerum statuunt. Anaxagoras mentem et infinitum. Aristoteles formam et privationem. Plato multis locis quasi occultans et obumbrans suam sententiam, alterum contrariorum principiorum Idem, alterum appellat Diversum. At in libris de Legibus jam senior non per ambages aut notas, sed disertis verbis pronunciat, mundum non unica anima, sed compluribus fortasse, ad minimum autem duabus cieri: quarum una boni sit efficax, altera ejus contraria et contrariorum opifex: relinquit etiam tertiam quandam in medio naturam, non animæ, non rationis expertem,

αὐτῆς, ὥσπερ ἔνιοι νομίζουσιν, ἀλλ' ἀναχεμμύλιω ἀμφοῖν
371 ἐκείναις· ἐφιεμμύλιω δὲ τῆς ἀμείνονος ἀεὶ, καὶ προθυμουσαν, καὶ διώκουσαν, ὡς τὰ ὁμοιότατα δηλώσει τῷ λόγῳ, τῇ Αἰγυπτίων θεολογίαν μάλιστα ταύτῃ τῇ φιλοσοφίᾳ συνοικειοῦτες.

μθ'. Μεμιγμένη γὰρ ἡ τῶνδε τοῦ κόσμου γένεσις καὶ σύστασις ἐξ ἐναντίων, οὐ μὴν ἰσοσθενῶν, δυνάμεων, ἀλλὰ τῆς βελτίονος τὸ κράτος ἔχειν· ἀπολέσθαι δὲ ἢ φαύλην παντάπασιν ἀδύνατον, πολλοῦ μὲν ἐμπεφυκυῖαν τῷ σώματι, πολλοῦ δὲ τῇ ψυχῇ τοῦ παντὸς, ἀεὶ πρὸς τὸ βελτίονα καὶ δυσμαχοῦσαν. Ἐν μὲν οὖν τῇ ψυχῇ νοῦς καὶ λόγος ὁ τῶν ἀρίστων πάντων ἡγεμὼν καὶ κύριος, Ὄσιρίς ἐστιν· ἐν δὲ γῇ καὶ πνεύμασι καὶ ὕδασι καὶ ἠέρι καὶ ἄστροις τὸ τεταγμένον καὶ καθεστηκὸς καὶ ὑγιαῖνον, ὥραις καὶ κράσεσι καὶ περιόδοις, Ὀσίριδος ἀπορροὴ καὶ εἰκὼν ἐμφαινομένη· Τυφὼν δὲ, τῆς ψυχῆς τὸ παθητικὸν καὶ

A. 9. δεῖ πρὸς τὸ βελτίονα καὶ δυσμαχοῦσαν] Transponenda καὶ et δεῖ ita: καὶ πρὸς τ. β. δεῖ δ. Markl.

neque ex ſeſe immobilem, ut nonnulli putant, ſed utrique harum expoſitam: ita ut ſemper appetat ac deſideret meliorem et ſectetur: id quod ſequens oratio explicabit, ubi Ægyptiorum theologiam maxime ad hanc accommodabimus philoſophiam.

XLIX. Mixta eſt enim hujus mundi origo atque compages ex contrariis facultatibus: ſed quarum non ſint æquales vires: melior enim prævalet quidem: deteriorem autem funditus aboleri nefas eſt, cum et in corpore ea valide inhæreat, et in anima univerſi, et meliori ſemper repugnet. In anima ergo mens et ratio optimorum omnium princeps atque dominus, Oſiris eſt: in terra autem, ſpiritibus, aquis, cœlo, et ſtellis quod ordinatum eſt, æquabile, et ſanum, id defluxus et imago eſt Oſiridis, tempeſtatum, temperamentorum, ac converſionum vicibus conſpicua. Typhon autem animæ pars rationis va-

πτανικὸν καὶ ἄλογον καὶ ἔμπληκτον· τῷ δὲ σωματικοῦ τὸ ἐπίκλητον καὶ νοσώδες, καὶ ταραχτικὸν αἰθρίαις καὶ δυσκρασίαις, καὶ κρύψεσιν ἡλίου καὶ ἀφανισμοῖς σελήνης, οἷον ἐκδρομαὶ καὶ ἀφανισμοὶ Τυφῶνος· καὶ τοὔνομα κατηγορεῖ τὸ σηθ αὖ τὸν Τυφῶνα καλοῦσι· φράζει μὲν τὸ καταδυναστεῦον καὶ καταβιαζόμενον, φράζει δὲ τὸ πολλάκις ἀναστροφὴν καὶ πάλιν ἐπιστροφήν. Βεβῶνα δὲ τινες μὲν ἕνα τῶν τοῦ Τυφῶνος ἑταίρων γεγονέναι λέγουσιν, Μάνεθος αὖ τὸν Τυφῶνα, καὶ Βέβωνα καλεῖσθαι· σημαίνει δὲ τοὔνομα κώλυσιν, ὡς τοῖς πρᾶγμασιν ὁδῷ βαδίζουσι καὶ πρὸς ὃ χρὴ φερομένοις, ἐνισταμένης τῆς τοῦ Τυφῶνος δυνάμεως. c

ν'. Διὸ καὶ τῶν μὲν ἡμέρων ζώων ὀνηνέμησιν αἰτοῦσι τὸ ἀμαθέστατον, ὄνον· τῶν δὲ ἀγρίων τὰ θηριωδέστατα,

B. 5. ἐπίκλητον—καλοῦσι] Legendum ἐπίκηρον cum Markl. vel ἐπιλησμόνιον cum Mez. Tum ἀερίαις pro αἰθρίαις cum Bentl. et Squir. Porro ἀφανισμοὶ Τυφῶνος cum Markl. pro vulgato ἀφανισμοὶ καὶ Τυφῶνες, cujus duas ultimas voces καὶ Τυφῶνες in unam Τυφῶνος mutavimus auctoritate codicum A. E. Venet. Denique, αὖ mutandum in ᾧ.

B. 8. φράζει μὲν—τὸ πολλάκις] Corrigendum ὃ φράζει—τὸν πολλάκις.

B. 10. Βεβῶνα] Recepi priore loco ex A. E. pro vulgato Βεβαιῶνα. Mox αὖ mutandum in δέ.

cua eſt, et variis motibus exagitata, tumultuoſa et bruta: in corpore facultas morbos et mutationes adſciſcens: tum aeris intemperies et inconſtantia, ſoliſque et lunæ defectus, veluti excurſiones ſunt Typhonis. Et ipſum nomen Typhonis, quod eum Seth appellant, rem arguit; notat enim id quod vi obtinet, ac multas converſiones admittit, ſæpe tranſilit. Quidam dicunt Bebæonem unum de ſociis Typhonis fuiſſe; Manethos Typhoni etiam Bebonis nomen factum: voce obſtaculum ſeu impedimentum ſignificante; quod rebus recta incedentibus et ad ſuum finem tendentibus vis Typhonis obſiſtat.

L. Itaque de cicuribus animalibus inertiſſimum ei tribuunt aſinum: de feris ſæviſſi-

κροκόδειλον καὶ τὸν ποτάμιον ἵππον. Περὶ μὲν τοῦ ὄνου προδεδηλώκαμεν. Ἐν Ἑρμουπόλει δὲ Τυφῶνος ἄγαλμα δεικνύουσιν ἵππον ποτάμιον· ἐφ' οὗ βέβηκεν ἱέραξ, ὄφιν μαχόμενος· τῷ μὲν ἵππῳ τὸν Τυφῶνα δεικνύντες, D τῷ δὲ ἱέρακι δύναμιν καὶ ἀρχήν, ὑφ' ἧς βίᾳ κτώμενος ὁ Τυφὼν πολλάκις οὐκ ἀνίεται ταραττόμενος ὑπὸ τῆς κακίας καὶ ταράττων· διὸ καὶ ἑβδόμῃ τοῦ Θὼθ μηνὸς, ὑφ' ἣν καλοῦσιν ΑΦΙΞΙΝ ΙΣΙΔΟΣ ΕΚ ΦΟΙΝΙΚΗΣ, ὁπλάτταις τοῖς πορπάνοις ἵππον ποτάμιον δεδεμένον. Ἐν δὲ Ἀπόλλωνος πόλει νενομισμένον ὑπὸ κροκοδείλου φαγεῖν πάντως ἕκαστον· ἡμέρᾳ δὲ μιᾷ θηρεύσαντες ὅσους ἂν δύωνται, καὶ κτείναντες ἀπαρτιὰν τοῦ ἱεροῦ προβάλλουσι, καὶ λέγουσιν ὡς ὁ Τυφὼν τὸν Ὧρον ἀπέδρα κροκόδειλος γενόμενος, πάντα καὶ ζῶα καὶ φυτὰ καὶ πάθη E τὰ φαῦλα καὶ βλαβερὰ, Τυφῶνος ἔργα καὶ μέρη καὶ κινήματα ποιούμενοι.

C. 8. *Περὶ μὲν τοῦ ὄνου*] Supplendum vel cum Mez. Καὶ περὶ μὲν: vel cum Markl. Περὶ μὲν οὖν: vel cum Reisk. Ὧν περὶ μέν.
D. 2. *οὐκ ἀνίεται*] Forte αὖ κινεῖται: vel ἐξανίσταται.

ma, crocodilum et equum fluvialem. Ac de aſino quidem dictum eſt ſupra. Cæterum apud Hermupolin ſimulachrum oſtenditur Typhonis, equus fluvialis, cui accipiter inſiſtit in ſerpentem pugnans; equo Typhonem indicante, accipitre vim et principium, quibus vi potitus ille ſæpenumero non defatigatur præ malitia turbatus atque turbans: itaque etiam ſeptima menſis Tybi ſacrificantes, quam diem nominant *Iſidis e Phœnice adventum*, placentis adfingunt equum fluvialem vinctum. In urbe Apollinis ſtatutum eſt ut quiſque omnino de crocodilo edat: certa autem die quadam venati quotquot poſſunt crocodilos, interficiunt, et ex adverſo templi abjiciunt, Typhonem dicentes in crocodilum mutatum Oro ſe fuga eripuiſſe: ita omnia animalia, ſtirpes, et eventa mala atque damnoſa Typhonis opera et effecta putant.

να'. Τὸν δὲ Ὄσιριν αὖ πάλιν ὀφθαλμῷ καὶ σκήπτρῳ γράφουσιν, ὧν τὸ μὲν τῷ προνοίαν ἐμφαίνει, τὸ δὲ τῷ δυνάμιν, ὡς Ὅμηρος τὸν ἄρχοντα καὶ βασιλεύοντα πάντων Διῖ ὕπατον καὶ μήστωρα καλῶν, ἔοικε τῷ μὲν ΥΠΑΤΩ τὸ κράτος αὐτῷ, τῷ δὲ ΜΗΣΤΩΡΙ τῷ εὐβουλίαν καὶ τῷ φρόνησιν σημαίνειν. Γράφουσι καὶ ἱέρακι τὸν θεὸν τοῦτον πολλάκις· εὐτονίᾳ γὰρ ὄψεως ὑπερβάλλει, καὶ πτήσεως ὀξύτητι, καὶ βραχεῖαν αὐτὸν ἐλαχίστῃ τῇ τροφῇ πέφυκε· λέγεται δὲ καὶ νεκρῶν ἀτάφων ὄμμασι γῆν ὑπερπετόμενος ὑπιβάλλειν· ὅταν δὲ πιούμενος ὑπὲρ τὸν ποταμὸν καταίρει, τὸ πτερὸν ἵστησιν ὀρθόν· πιὼν δὲ κλίνει τοῦτο πάλιν, ᾧ δῆλος ὅτι σεσωσμένος καὶ ἀλαπτρόβλητος τὸ κροκόδειλον· ἂν γὰρ ἁρπασθῇ, μένῃ τὸ πτερὸν ὥσπερ ἔφη πεπηγός. Παντοχοῦ δὲ καὶ ἀνθρωπομορφὸν Ὀσίριδος ἄγαλμα δεικνύουσιν, ὀρθριάζον τῷ αἰδοίῳ, διὰ ὃ γόνιμον καὶ τὸ τέρφιμον· ἀμπεχόνη δὲ φλογοειδὴς φέλλεσα αὐτῷ

E. 10. αὐτὸν ἐλαχίστῃ] Ita correxi pro vulgato αὐτὸν ἐλάχιστα.
E. 11. ὄμμασι—ὑπὲρ τὸν ποταμὸν] Prius mutandum in σώμασι cum Xyl. Posterius ex A. E. Venet. loco vulgati ἐπὶ τῶν ποταμῶν.

LI. Contra Oſirin oculo et ſceptro pictis exprimunt, oculo providentiam, ſceptro potentiam demonſtrante: ſicut Homerus etiam Jovem omnium regem atque principem appellat

Induſiatorem, conſultoremque:

priore voce imperium, poſteriore prudentiam notante. Accipitre etiam picto Oſirin ſæpe proponunt: avis enim ea pollet acumine viſus et volatus celeritate, eaque eſt natura, ut celerrime alimentum digerat: fertur etiam cadaveribus inhumatis terram injicere ſupervolans: et cum in Nilum bibendi cauſa devolat, pennam conſtituit rectam, ac inclinans eam poſtquam bibit, oſtendit ſe evitato crocodilo incolumem evaſiſſe: ſi enim rapiatur, manet penna recta ſicut eam fixerat. Ubique porro oſtenditur ſimulachrum Oſiridis humana ſpecie, recto pene, ob vim gignendi et alendi. At amiculum flammeum quo imagines ejus

372 τὰς εἰκόνας, ἥλιον σῶμα τῆς ταγαθοῦ δυνάμεως ὡς ὁρατὸν οὐσίας νοητῆς ἡγούμενοι. Διὸ καὶ καταφρονεῖν ἄξιόν ἐστι τοῦ τιμὴν ἡλίου σφαῖραν Τυφῶνι προσνεμόντων, ᾧ λαμπρὸν οὐδὲν οὐδὲ σωτήριον, οὐδὲ τάξις, οὐδὲ γένεσις, οὐδὲ κίνησις μέτρον ἔχουσα καὶ λόγον, ἀλλὰ τἀναντία, προσῆκεν· καὶ αὐχμὸν οἷς φθείρει πολλὰ τοῦ ζώων καὶ βλαστανόντων, οὐχ ἡλίου θητέον ἔργον, ἀλλὰ τῆ γῆ καὶ ἀέρι μὴ καθ' ὥραν κεραννυμένων πνευμάτων καὶ ὑδάτων, ὅταν ἡ τῆς ἀτάκτου καὶ ἀορίστου δυνάμεως ἀρχὴ πλημμελήσασα καθασθέσῃ τὰς ἀναθυμιάσεις.

B νβ'. Ἐν δὲ τοῖς ἱεροῖς ὕμνοις τοῦ Ὀσίριδος ἀναχαλοῦνται τὸν ἐν ταῖς ἀγκάλαις κρυπτόμενον τοῦ ἡλίου· ᾗ τῇ τελευταίᾳ τοῦ Ἐπιφὶ μηνὸς, ἑορτάζουσιν Ὀφθαλμῶν Ὥρου γενέθλιον, ὅτε σελήνη καὶ ἥλιος ὀπὶ μιᾶς εὐθείας γεγόνασιν, ὡς ὐ μόνον τοῦ σελήνου, ἀλλὰ καὶ τ' ἥλιον ὄμμα τοῦ Ὥρου καὶ φῶς ἡγούμενοι· τῇ δὲ ὀγδόῃ φθί-

A. 2. ἡγούμενοι] Hoc ſi mutaveris in σημαίνει, cum Mcz. plana erit oratio.

velantur, Solem exprimit, quem corpus adſpectabile Boni Principii intelligibilis, exiſtimant. Itaque merito contemptui habentur, qui globum Solis Typhoni adſcribunt: cui nihil ſplendoris, nihil ſalutare, nullus ordo, nulla procreatio aut motio ratione modoque conſtans, contraria omnia conveniunt: et æſtus, quo multa animalium ac terra naſcentium corrumpuntur, non Solis opus exiſtimari debet, ſed ſpirituum aquarumque in terra et aere intempeſtive confuſarum, quando principium incompoſitæ et infinitæ facultatis errore commiſſo exhalationes exſtinxerit.

LII. Porro in ſacris de Oſiride canticis invocant eum, qui in Solis occultatur ulnis: et ultima die menſis Epiphi, Sole et Luna in eadem linea coeuntibus, ferias agunt natalitias oculorum Ori; quippe non Lunam modo, ſed et Solem oculum lumenque Ori cenſentes. Vigeſima ſecunda die

νοντος τῷ Φαωφὶ Βακτηρίας ἡλίῳ γενέθλιον ἄγουσι μιᾷ φθινοπωρινῇ ἰσημερίαν, ἐμφαίνοντες οἷον ὑποφρέισματος δεῖσθαι καὶ ῥώσεως, τῷ τε θερμῷ γινόμενον καὶ τῷ φωτὶ συνδεᾶ, κλινόμενον καὶ πλάγιον ἀφ' ἡμῶν φερόμενον. Ἐπὶ δὲ τῷ βοῒ ὑπὸ τροπὰς χειμερινὰς ἑπτάκις περὶ τὸν ναὸν περιφέρουσι· καὶ καλεῖται ΖΗΤΗΣΙΣ ΟΣΙΡΙΔΟΣ ἡ περιδρομὴ τῷ ἡλίῳ, τὸ ὕδωρ χειμῶνος τῆς θεοῦ πολούσης· τοσαυτάκις δὲ περίεισιν, ὅπερ ἀπὸ τροπῶν χειμερινῶν ἐπὶ τροπὰς θερινὰς πάροδον ἑβδόμῳ μηνὶ συμπεραίνει. Λέγεται δὲ καὶ ᾿Ωρον τῷ ἡλίῳ τελεσθῆναι μηνὸς ἰσταμένου πάντων πρῶτος ᾿Ωρος ὁ ᾿Ισιδος, ὡς ἐν τοῖς ὑπογεγραμμένοις γενεθλίοις ᾿Ωρου γέγραπται. Καὶ μὴν ἡμέρας ἑκάστης τελοῦσι τῷ ἡλίῳ, ῥπτίνῃ μὲν ὑπὸ τὰς ἀνατολάς, σμύρναν δὲ μεσουρανοῦντι, τὸ δὲ κολλύμμιον κῦφι περὶ δυσμάς· ὧν ἕκαστον ὃν ἔχει λόγον,

B. 7. ἡλίῳ γενέθλιον] Recepi e certa correctione Bentleii, Marklandi, Squirii. Vulgo ἡλίου γενέσθαι ὄν.

B. 9. γινόμενον καὶ τῷ φωτὶ] Perperam repetitum ἐνδεᾶ poſt γινόμενον: delevimus aſſentiente P.

C. 3. ἡ περιδρομὴ] Forte rectius ἡ περιδρομὴ Mez.

menſis Phaophi, poſt æquinoctium autumnale, feſtum diem celebrant, tum Solis baculos natos dicentes, quo oſtendunt veluti fulcro et roboratione Solem jam indigere, qui inclinatus cum jam a nobis per obliquum ferri incipit, et caloris et luminis aliquam ſit paſſus diminutionem. Præterea bovem femellam ſub ſolſtitium hybernum ſepties circa templum circumferunt: vocaturque Oſiridis indagatio Solis circuitus, aquam hyeme deſiderante dea: toties autem circumeunt, quia ſeptimo menſe decurſus Solis ab hyberno ad æſtivum ſolſtitium conficitur. Omnium primus Orus Iſidis filius Soli ſacrificaſſe fertur quarta die menſis, ut ſcriptum eſt in libro, qui Natalitia Ori titulum habet. Et vero quavis die ter adolent Soli, reſinam ſub ortum, myrrham meridie, Kyphi (quod vocant) circa occaſum: quorum quodque

ὕστερον ἀφηγήσομαι. Τὸν δὲ ἥλιον πᾶσι τούτοις προσηρέπεσθαι καὶ θεραπεύειν οἴονται. Καὶ τί δεῖ πολλὰ τοιαῦτα συνάγειν; Εἰσὶ γὰρ οἱ τὸν Ὄσιριν ἄντικρυς ἥλιον εἶναι καὶ ὀνομάζεσθαι Σείριον ὑφ' Ἑλλήνων λέγοντες, εἰ καὶ παρ' Αἰγυπτίοις ἡ προσθήκη τοῦ ἄρθρου τοὔνομα πεποίηκεν ἀμφιγροεῖσθαι· τὴν δὲ Ἶσιν οὐχ ἑτέραν τῆς σελήνης ἀποφαίνοντες, ἐν ᾗ τοῦ ἀγαλματοῦ αὐτῆς, τὰ μὲν κεραστοφόρα τοῦ μίμου εἰδοῦς γεγονέναι μιμήματα, τοῖς δὲ μελανοστόλοις ἐμφαίνουσι τὰς κρύψεις καὶ τὰς προσκιασμούς, ἐν οἷς διώκει ποθοῦσα τὸν ἥλιον. Διὸ καὶ πρὸς τὰ ἐρωτικὰ τὴν σελήνην ἐπικαλοῦνται, καὶ τὴν Ἶσιν Εὔδοξός φησι βραβεύειν τὰ ἐρωτικά. Καὶ τούτοις μὲν ἄλλως γέ πως τοῦ πιθανοῦ μέτεστι· τοῦ δὲ Τυφῶνα ποιοῦντας τὸν ἥλιον, οὐδὲ ἀκούειν ἄξιον. Ἀλλ' ἡμεῖς αὖθις τὸν οἰκεῖον ἀναλάβωμεν λόγον.

νγ'. Ἡ γὰρ Ἶσις ἔστι μὲν τὸ τῆς φύσεως φίλον,

D. 9. ἓν καὶ τῶν] Delendum ἓν cum Mez.
E. 1. ἐμφαίνουσι] Rectius fit ἐμφαίνεσθαι, ut Markl. Mox ἄλλως γέ πως malim mutatum in ἅμως γε πως.

quam habeat rationem, infra exponam: ſingulis quidem iſtis conciliare, ſe et venerari Solem opinantur. Quanquam quid refert multa colligere talia? Sunt qui Oſirin diſerte dicant eſſe Solem, et a Græcis Sirium appellari, articulum O præpoſitum huic nomini apud Ægyptios obſcuritatem dubitationemque de vocabulo genuiſſe. Iſidem vero eandem ac Lunam eſſe pronuntiantes, etiam eadem utramque imagine repræſentant: in qua cornuta Lunæ indicant illuminationes falcatas, nigræ autem veſtes occultationes ejus et obumbrationes deſignant, quibus Solem deſiderans ſectatur. Itaque et ad res amatorias Lunam invocant: et iis rebus præeſſe Iſidem Eudoxus affirmat. Atque hæc quidem veri ſaltem aliquam habent ſimilitudinem: qui autem Typhonem faciunt Solem, indigni ſunt qui audiantur. Sed nos eo, unde abiit oratio, revertamur.

LIII. Eſt ergo Iſis naturæ

καὶ δεκτικὸν ἁπάσης γενέσεως, καθὸ πιθανὴ καὶ πανδεχὴς
ὑπὸ τοῦ Πλάτωνος, ὑπὸ δὲ τῶν πολλῶν μυριώνυμος
κέκληται, ἀφ' ὃ πάσας ὑπὸ τοῦ λόγου τρεπομένη F
μορφὰς δέχεσθαι καὶ ἰδέας· ἔχει δὲ σύμφυτον ἔρωτα τοῦ
θεοῦ καὶ κυριωτάτου πάντων, ὃ ταγαθῷ ἑαυτὸν ὅλη,
καὶ κεῖνο πυθέσθαι καὶ διώκει· τοῦ δὲ ἐκ τοῦ κακοῦ φεύγει
καὶ διωθεῖται μοῖραν, ἀμφοῖν μὲν ὔσα χώρα καὶ ὕλη,
ῥέπουσα δὲ ἀεὶ πρὸς τὸ βέλτιον ἐξ ἑαυτῆς, καὶ παρέ-
χουσα γενέσεων ἐκείνῳ καὶ καθαπείρειν εἰς ἑαυτὴν ἐπορ-
ρόας καὶ ὁμοιότητας, αἷς χαίρει καὶ γέγηθε κυϊσκομένη
καὶ ὑπερπιμπλαμένη τοῦ γενέσεων. Εἰκὼν γάρ ἐστιν
οὐσίας ἐν ὕλῃ γένεσις, ἢ μίμημα τοῦ ὄντος τὸ γινόμενον.
Ὅθεν οὐκ ἄπο τρόπου μυθολογοῦσι τὸν Ὀσίριδος ψυ- 373
χὴν ἀίδιον εἶναι καὶ ἄφθαρτον, τὸ δὲ σῶμα πολλάκις
θανατᾶν καὶ ἀφανίζειν τὸν Τυφῶνα, τί δ' ἔστιν, πλα-

F. 7. ἐκεῖνα] Recepi poſt Squirium ex indubitata correctione Bentleii et Marklandi, pro ἐκεῖνο.

F. 10. ὕλη γένεσις] Legendum ὕλη ἡ γένεσις. Rectius reddidimus ſententiam in Verſione.

ea pars, quæ quaſi fœminea, omnes in ſe recipit ortus, tanquam nutrix quædam et omnium commune receptaculum a Platone dicta, a pleriſque aliis Myrionymos (id eſt innumeris prædita nominibus) quod ratio eam in omnes formas ſpecieſque vertat. Huic Iſidi a natura inſitus eſt amor primæ omniumque principis et præſtantiſſimæ naturæ, quæ eſt Bonum: hoc ea deſiderat atque perſequitur, et portionem a malo ſibi obtingentem fugit atque repellit. Cum enim ſit receptaculum et ſubjectum utriuſque, ſua tamen ſponte ſemper vergit ad melius: ſeque præbet implendam et conſerendam defluxibus ac ſimilitudinibus, quibus fœta et rebus referta gignendis gaudet atque exſultat. Nam in materia imago Eſſentiæ eſt Generatio, et ſimulachrum Entis eſt Generatum. Itaque ergo non abs re fabulantur Oſiridis animam ſempiternam eſſe interituſque ſecuram: corpus ejus a Typhone ſubinde divelli atque aboleri, idque ab

πλαμβάνει καὶ ζητεῖν καὶ συναρμόττειν πάλιν. Τὸ γὰρ ὂν καὶ νοητὸν καὶ ἀγαθὸν, φθορᾶς καὶ μεταβολῆς κρεῖττόν ἐστι· τινὰς δὲ ἀπ' αὐτοῦ τὸ αἰσθητὸν καὶ σωματικὸν εἰκόνας ἐκμάττεται, καὶ λόγους, καὶ εἴδη καὶ ὁμοιότητας ἀναλαμβάνει, καθάπερ ἐν κηρῷ σφραγῖδες, οὐκ ἀεὶ διαμένουσιν, ἀλλὰ καταλαμβάνει τὸ ἄτακτον αὐτὰς καὶ ταραχῶδες, ἐκεῖθεν τῆς ἄνω χώρας ἀπελαυνόμενον.
B καὶ μαχόμενον πρὸς τὸν Ὧρον, ὃν ἡ Ἶσις εἰκόνα τοῦ νοητοῦ κόσμου αἰσθητὸν ὄντα γεννᾷ. Διὸ καὶ δίκην φεύγειν λέγεται νοθείας ὑπὸ Τυφῶνος, ὡς οὐκ ὢν καθαρὸς, οὐδὲ εἰλικρινὴς, οἷος ὁ πατὴρ λόγος αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν ἀμιγὴς καὶ ἀπαθὴς, ἀλλὰ νενοθευμένος τῇ ὕλῃ διὰ τὸ σωματικόν· παρεγίνονται δὲ καὶ νῖκαι, τῷ Ἑρμεῖ, τουτέστι τῷ λόγῳ, μαρτυρούντος ὅτι πρὸς τὸ νοητὸν ἡ φύσις μετασχηματιζομένη τὸν κόσμον ἀπο-

A. 6. ἐστι· τινὰς δὲ] Lege ἐστι· ἃς δὲ. Ita nil requiras ad integritatem loci,
B. 6. περιγίνονται δὲ καὶ νῖκαι] Scribendum περιγίνεται δὲ καὶ νικᾷ ut jam Xyl. vertit: poſtea Marklandus conjecit: Squirius recepit.

Iſide vagante conquiri, rurſumque componi. Id enim quod re vera eſt, ſolaque cernitur mente Bonum, extra interitus mutationiſque aleam ſitum habetur: ejus imagines quaſdam ſenſilis atque corporea natura impreſſas gerit, rationeſque ejus et formas ac ſimilitudines in ſe recipit, quomodo in cera ſigillorum ſimulachra figuntur: verum iſta non ſemper permanent, ſed confuſione et tumultibus excipiuntur in hac regione, ſuperiore expulſa, et adverſus Orum pugnantia, quem Iſis gignit ſenſile exemplum mundi ſola mente videndi. Eam ob rem pro ſpurio accuſatus a Typhone dicitur, utpote non purus, neque ſincerus ut pater ipſius forma per ſe mixtionis et motionis expers, ſed corporea materiei natura adulteratus. Cauſam tamen in judicio obtinet Orus, Mercurio, id eſt ratione, demonſtrante mundum a natura conformari imitatione ſubſtantiæ ſola in-

δωσιν. Ἡ μὲν γὰρ, ἔτι τῶν θεῶν ἐν γαστρὶ τῆς Ῥέας ὄντων, ἐξ Ἴσιδος καὶ Ὀσίριδος γενομένη γένεσις Ἀπόλλωνος αἰνίττεται τὸ, πρὶν ἐκφανῆ γενέσθαι τόνδε τὸν κόσμον καὶ συντελεσθῆναι τῇ λόγῳ, τὴν ὕλην, φύσει C ἐλεγχομένην ἐπ' αὐτὴν ἀτελῆ, τὴν προφύτην γένεσιν ἐξενεγκεῖν. Διὸ καί φασι τὸν θεὸν ἐκεῖνον ἀνάπηρον ὑπὸ σκότῳ γενέσθαι, καὶ πρεσβύτερον Ὧρον καλοῦσιν· οὐ γὰρ ἦν κόσμος, ἀλλ' εἰδώλόν τι καὶ κόσμου φάντασμα μέλλοντος.

νέ. Ὁ δὲ Ὧρος οὗτος, αὐτός ἐστιν ὡρισμένος καὶ τέλειος, οὐκ ἀνῃρηκὼς τὸν Τυφῶνα παντάπασιν, ἀλλὰ τὸ δραστήριον καὶ ἰσχυρὸν αὐτοῦ παρῃρημένος. Ὅθεν ἐν Κοπτῷ τὸ ἄγαλμα τοῦ Ὥρου λέγουσιν ἐν τῇ ἑτέρᾳ χειρὶ Τυφῶνος αἰδοῖα κατέχειν· καὶ τὸν Ἑρμῆν μυθολογοῦσιν, ἐξελόντα τοῦ Τυφῶνος τὰ νεῦρα, χορδαῖς χρήσασθαι, διδάσκοντες ὡς ὁ πᾶν ὁ λόγος ἁρμοσάμενος, σύμ- D φωνον ἐξ ἀσυμφώνων μερῶν ἐποίησε, καὶ τὴν φαρτακὴν

C. 1. τῷ λόγῳ, τὴν ὕλην—ἐπ' αὐτὴν] Markl. recte τῷ λόγῳ τὴν ὕλην ἐφ' αὑτῆς.
C. 7. Ὁ δὲ Ὧρος οὗτος] Forte Ὁ δὲ Ὧρις ὁ νέος.

telligentia perceptæ. Quod enim Apollo ex Iſide et Oſiride adhuc in utero Rheæ verſantibus dicitur natus, eo notant antequam hic mundus conſpicuus fieret et materiam forma perficeret, naturam ex ſeſe imperfectionis convictam primum ortum edidiſſe: ideoque illum deum mancum in tenebris natum eſſe aiunt, et ſeniorem Orum appellant; quod non mundus erat, ſed futuri mundi imago quædam ac ſpecies.

LV. Orus autem ipſe finitus eſt et perfectus, neque Typhonem omnino interfecit, ſed vim ejus efficacitatemque abſtulit. Itaque Copti ferunt ſimulachrum Ori altera manu Typhonis genitale membrum tenere: et Mercurium fabulantur Typhonis nervos exemiſſe, utique iis pro fidibus: docentes rationem concinnando univerſo id de diſſonante conſonum reddidiſſe, et vim

ἐκ ἀπώλεσεν ἀλλ' ἀνεπλήρωσε δύναμιν. Ὅθεν ἐκείνη μὲν ἀσθενὴς καὶ ἀφανὴς εἰκῶθα, φυσομένη καὶ φθειρομένη τοῖς παθητικοῖς καὶ μεταβολικοῖς μέλεσι, σφοδρῶν μὲν ἐν γῇ καὶ τρόμων, αὐχμῶν, δὲ ἐν ἀέρι καὶ πνευμάτων ἀτόπων, αὖθις δὲ πρηστήρων καὶ κεραυνῶν δημιουργὸς ὄζει· φαρμάττει δὲ καὶ λοιμοῖς ὕδατα καὶ πνεύματα, καὶ μέχρι σελήνης ἀνατείνει καὶ ἀναχαιτίζει, σωέχουσα καὶ μελαίνουσα πολλάκις τὸ λαμπρόν, ὡς Αἰγύπτιοι νομίζουσι, καὶ λέγουσιν ὅτι τῶ Ὥρου νιὸν μὲν
E ἐπάταξε, νιὸν δὲ ἐξελὼν κατέπιεν ὁ Τυφὼν τὸν ὀφθαλμὸν, εἶτα τῷ ἡλίῳ πάλιν ἀπέδωκε· πληγὴν μὲν αἰνιττόμενοι τὴν τῆς μείωσιν τ σελήνης, πίρωσιν δὲ τὴν ἔκλειψιν, ὧν ὁ ἥλιος ἴαται διαφυγόσης τ σκιὰν τῆς γῆς εὐθὺς ἀνταλάμπων. Ἡ δὲ κρείττων καὶ θειοτέρα

D. 3. ἀνεπλήρωσε] Forte ἀνεπήρωσε ut Baxter. Bentl. Markl. et Squirius recepit. Nec tamen aufim vulgatam loco movere. Mox Squir. μίξεσι, pro μίλεσι, corrigit.

D. 6. τρόμων, αὐχμῶν, δὲ ἐν ἀέρι καὶ πνευμάτων] Ita recepimus ex Baſ. et Xyl. Vulgo τρόμων καὶ αὐχμῶν καὶ ἐν ἀέρι δὲ καὶ πνευμάτων—.

D. 10. συνίχουσα] Corrigendum συγχέουσα Baxt. Bentl. Markl.

E. 3. πίρωσιν δὲ] Ita vulgatum πλήρωσιν δὲ corrigunt Meſ. Bentl. Markl. et recepi, quando in A, quamvis a ſecunda manu, notatum reperi.

E. 4. διαφυγούσης] Non vitioſum: melius tamen διαφεγούσης Bentl. Markl. Squir.

interimendi non aboleviſſe ſed impleviſſe. Quo fit, ut ea imbecillis atque languida in hoc mundo rebus mutationum affectionumque variarum capacibus adhæreſcat: et in terra quidem concuſſiones tremoreſque, in aere æſtus ventoſque intempeſtivos, tum turbines igneos atque fulmina moliatur: aquas etiam et ſpiritus peſtilenti lue inficiat: et uſque ad Lunam excurrat ſeque efferat, ſæpe ſplendidum obfuſcans aerem: quod ſentientes Ægyptii, Typhonem dicunt alias percuſſiſſe, alias erutum deglutiſſe oculum Ori, deinde Soli reddidiſſe: ictu menſtruam Lunaris luminis diminutionem ſignificantes, impletione autem defectum, cui Sol medetur, Lunam, ubi ea umbram terræ evitavit, adverſus illuſtrans. Jam præſtantior ac divinior natura e tribus con-

φύσις ἐκ τριῶν ἐστι, τοῦ νοητοῦ, καὶ τῆς ὕλης, καὶ τοῦ ἐκ τούτων ὃν κόσμον Ἕλληνες ὀνομάζουσιν. Ὁ μὲν οὖν Πλάτων, τὸ μὲν νοητὸν, καὶ ἰδέαν καὶ παράδειγμα καὶ F πατέρα, τὴν δὲ ὕλην, καὶ μητέρα καὶ τιθήνην, ἕδραν τε καὶ χώραν γενέσεως, ὃ δὲ ἐξ ἀμφοῖν, ἔγγονον καὶ γένεσιν ὀνομάζειν εἴωθεν. Λιγυπτίους δ' ἂν τις εἰκάσειε τῶν τριγώνων τὸ κάλλιστον, μάλιστα τούτῳ τὸν τοῦ παντὸς φύσιν ὁμοιοῦσθαι, ᾧ καὶ Πλάτων ἐν τῇ Πολιτείᾳ δοκεῖ τούτῳ τῷ σχήματι χρῆσθαι, τὸ Γαμήλιον διάγραμμα συντάττων. Ἔχει δὲ ἐκεῖνο τὸ τρίγωνον, τριῶν τὴν τοῦ ὀρθίαν, καὶ τετράρων τὴν βάσιν, καὶ πέντε τὴν ὑποτείνουσαν ἴσον ταῖς περιεχούσαις δυναμένην· εἰκαστέον οὖν τὴν μὲν 374 τοῦ ὀρθὰς ἄρρεσι, τὴν δὲ βάσιν θηλείᾳ, τὴν δὲ ὑποτείνουσαν ἀμφοῖν ἐγγόνῳ· καὶ τὴν μὲν Ὄσιριν ὡς ἀρχήν, τὴν δὲ Ἶσιν ὡς ὑποδοχὴν, τὴν δὲ Ὧρον ὡς ἀποτέλεσμα. Τὰ

F. 5. τὸ κάλλιστον—ᾧ καὶ Πλάτων] Scriptum ab Auctore videtur τῷ καλλίστῳ μάλιστα οὕτως τ. τ. π. φ. ὁμοιοῦσθαι, ὡς καὶ Πλάτων. Mox περὶς ὀρθίαν, aut delendum περὶς; aut legendum ὀρθὰς.

ſtat, eo quod mente cernitur et materia, et quod ex his compoſitum Græcis Koſmos (id eſt Mundus) dicitur. Ac Plato quidem primum illud ideam, exemplar, patremque nominat: Materiam matris, nutricis, ſedis, et regionis ortuum capacis vocabulo notat: quod ex utroque conſtat; prolem ortumque nominare adſolet. Ægyptios autem probabile eſt triangulorum pulcherrimo in primis comparaſſe Univerſi naturam: qua comparatione etiam Plato in republica videtur uſus, ubi figuram Nuptialem componit. Conſtat id triangulum tribus lateribus, quorum baſis eſt quatuor, angulum rectum ad eam conficiens trium, et huic ſubductum angulo latus quinque ſcrupulorum, tantum poteſt quantum latera eum conficientia. Intelligendum eſt autem linea ad rectum angulum alteri inſiſtente marem, baſi fœminam, ſubtendente prolem utriuſque, repræſentari: et Oſirin eſſe principium, Iſidem receptaculum, Orum effectum. Terna-

μὺ γὰρ τρία, πρῶτος περισσός ἐστι καὶ τέλειος· τὰ δὲ τέτρακα, τετράγωνος ἀπὸ πλευρᾶς ἀρτίου ἡ δυάδος· τὰ δὲ πέντε, ὃν μὲ τῷ πατρὶ, πὴ δὲ τῇ μητρὶ προσέοικεν, ἐκ τριάδος συγκείμενα καὶ δυάδος· ἀφ' ὧν τὰ ΠΑΝΤΑ τὸν ΠΕΝΤΕ γίγνεσθαι παράνυμα, καὶ τὸ ἀριθμήσασθαι ΠΕΜΠΑΣΑΣΘΑΙ λέγεσθαι. Ποιεῖ δὲ τετράγωνον ἡ πεντὰς ἀφ' ἑαυτῆς, ὅσον τῶν γραμμάτων παρ' Αἰγυπτίοις τὸ πλῆθός ἐστι, καὶ ὅσον σύνεστιν ἔζη χρόνον ὁ Ἆπις. Τὸν μὺ οὖν Ὧρον εἰώθασιν ΚΑΙΜΙΝ προσαγορεύειν, ὅπερ ἐστὶν ὁρώμενον· αἰσθητὸν γὰρ καὶ ὁρατὸν ὁ κόσμος. Ἡ δ' Ἶσις ἔστιν ὅτε καὶ ΜΟΥΘ καὶ πάλιν ΑΘΥΡΙ καὶ ΜΕΘΥΕΡ προσαγορεύεται· σημαίνουσι δὲ τὸ μὺ πρώτῳ τῶν ὀνομάτων μητέρα· τὸ δὲ δευτέρῳ οἶκον Ὧρου κόσμιον, ὡς καὶ Πλάτων χώραν γενέσεως καὶ δεξαμενήν· τὸ δὲ τρίτον σύνθετον ἐστιν ἔκ τε τοῦ πλήρους καὶ τοῦ αἰτίου· πλήρης

B. 1. χρόνον ὁ Ἆπις. Τὸν μὲν οὖν] Omnes libri exceptis Baſ. et Xyl. monſtroſe χρόνον, ὁ ἄπις ὃν μὲν οὖν.

B. 5. προσαγορεύεται] Item ex ſolis Baſ. et Xyl. Cæteri προσαγορεύει.

B. 8. τοῦ αἰτίου—τῷ ἀγαθῷ] Markl. et Squir. τοῦ αἰτίου mutandum cenſent in τῷ ἀγαθῷ, ob ſequens τῷ ἀγαθῷ. Immo ob prius αἰτίου mutandum poſterius τῷ ἀγαθῷ in τοῦ αἰτίου. Nam τοῦ αἰτίου ſanum eſſe patet e Jablonſkii animadverſione Panth. Æg. P. I. p. 224. et P. II. p. 123.

rius quippe primus eſt impar ac perfectus numerus: quaternio eſt quadratum lateris paris binarii: quinarius qua patri, qua matri, congruit, conflatus e binario et ternione, is Græcis eſt *pente* a qua voce manaſſe videtur *panta*, quo Univerſum, et *pempaſaſthai*, quo numerare intelligitur vocabulo: quadratum porro quinarius producit a ſe, quantus eſt numerus litterarum apud Ægyptios, et quot annos vixit Apis. Orum ſolent ii *Kæmin* appellare, quod eſt *viſui expoſitum*: eſt enim mundus res ſenſilis et adſpectabilis. Iſis aliquando *Muth*, nonnunquam *Athyri*, quandoque *Methyer* nominatur: prima voce *mater* intelligitur, ſecunda *domus Ori mundana*, ſicut et Plato locum ortus et receptaculum fecit, tertia ex *plenitudine* et *cauſa* componi-

γὰρ ἔστιν ἡ ὕλη τοῦ κόσμου, καὶ τῷ ἀγαθῷ καὶ καθαρῷ καὶ κεκοσμημένῳ συνέστιν.

νζ'. Δόξειε δ' ἂν ἴσως καὶ Ἡσίοδος τὰ θεῖα πάντα χάος καὶ γῆν καὶ τάρταρον καὶ ἔρωτα ποιῶν, C οὐχ ἑτέρας λαμβάνειν ἀρχάς, ἀλλὰ ταύτας γε δή, τοῖς ὀνόμασιν, τῇ μὲν Ἴσιδι τὸ τῆς γῆς, τῷ δὲ Ὀσίριδι τὸ τοῦ ἔρωτος, τῷ δὲ Τυφῶνι τὸ τοῦ ταρτάρου μεταλαμβάνοντες, ὡς ἀποδίδομεν· τὸ γὰρ χάος δοκεῖ χώραν τινὰ καὶ τόπον τοῦ παντὸς ὑποπτῆσθαι. Μεμυκαλεῖται δὲ καὶ τὸν Πλάτωνος ἀμυθητότατα τὰ περὶ γάμου μῦθον, ὃν Σωκράτης ἐν Συμποσίῳ περὶ τῆς τοῦ Ἔρωτος γενέσεως διῆλθε, τὴν Πενίαν λέγων τέκνων δεομένην τῷ Πόρῳ καθεύδοντι παρακλιθῆναι, καὶ κυήσασαν ἐξ αὐτοῦ τεκεῖν τὸν Ἔρωτα, φύσει μικτὸν ὄντα καὶ παντοδαπόν, D ἅτε δὴ πατρὸς μὲν ἀγαθοῦ καὶ σοφοῦ καὶ πᾶσιν αὐτάρκους, μητρὸς δὲ ἀμηχάνου καὶ ἄπορου, καὶ δι' ἔνδειαν ἀεὶ γλι-

C. 2. ταύτας γε δή, τῶν ὀνομάτων—ὡς ἀποδίδομεν] Legendum, ταύτας· εἰ γε δὴ τοῖς ὀνόμασιν—ἀποδίδομεν: deleto ὡς. Xylander ſenſum jam viderat.

D. 1. μικτὸν] Legendum μικτὸν cum Xyl. Voſſ. Mez. Bentleio. Plutarchus non verba, ſed ſententiam, Platonis reddidit.

tur: plena enim eſt materies mundi, et cum bono, puro, probeque compoſito ſubſiſtit.

LVII. Fortaſſis etiam Heſiodus prima omnia faciens chaos, terram, tartarum, et amorem, videri poteſt non diverſa, ſed eadem rerum principia ponere: ſiquidem Iſidis nomine terram, Oſiridis amorem, Typhonis tartarum accipimus; nam chaos videtur quaſi locum quendam et regionem Univerſo ſubjeciſſe. Enimvero res ipſa quodammodo citare videri poteſt fabulam quam in convivio Platonico Socrates de ortu Amoris narrat. Paupertatem ſcilicet cum prolem deſideraret, Poro (id eſt copiæ) dormienti accubuiſſe, atque ex eo gravidam factam, Amorem peperiſſe, natura varium et ad omnia ſeſe vertentem: ut qui patre bono, ſapiente, atque in ſe ipſo omnium habente rerum copiam, matre autem inope,

χρωμένης ἑτέρου, καὶ τοῦ ἕτερον λιπαρούσης, γεγεννημένον. Ὁ γὰρ Πόρος οὐχ ἕτερός ἐστιν τοῦ πρώτου ἐρασθεὶς καὶ ἐφετὸς καὶ τελείου καὶ αὐτάρκους. Πενίαν δὲ τὴν ὕλην προσεῖπεν, οἰκεῖα μὲν ὄσαν αὐτὴν καθ' ἑαυτὴν τοῦ ἀγαθοῦ, πλεονεμένην δὲ ὑπ' αὐτοῦ, καὶ πολυτρόπως ἀεὶ καὶ μεταλαμβάνουσαν· ὁ δὲ γινόμενος ὑπ' αὐτῶν κόσμος καὶ Ὧρος, οὐκ ἀίδιος οὐδὲ ἀπαθὴς, οὐδὲ ἄφθαρτος, ἀλλ' ἀΐδιος ὢν, μηχανᾷ τῆς τῶν παθῶν μεταβολῆς καὶ τροπῆς ἀεὶ νέος καὶ μηδέποτε φθαρησόμενος ἀφανίζειν.

νη'. Χρηστέον δὲ τοῖς μύθοις, οὐχ ὡς λόγοις πάμπαν οὖσιν, ἀλλὰ τὸ προσφορὸν ἑκάστου τὸ κατ' ὁμοιότητα λαμβάνοντας. Ὅταν οὖν ὕλην λέγωμεν, οὐ δεῖ πρὸς οἰκίων φιλοσόφων δόξας ἀποφερομένους ἄψυχόν τι σῶμα καὶ ἄποιον ἀργόν τε καὶ ἀπρόσκτον ἐξ ἑαυτοῦ διανοεῖσθαι. Καὶ γὰρ ἔλαιον ὕλην μύρου καλοῦμεν, καὶ

E. 4. ἐκάστου τοῦ] Delendum τοῦ.

ac ob paupertatem ſemper aliorum appetente natus eſſet. Porus enim ille nihil eſt aliud quam id quod primo amatur atque appetitur perfectum et ſeipſo contentum. Materiæ autem nomen paupertatis indidit, quæ ſuapte natura indiga eſt boni, ab eoque impletur, et id ſemper expetit atque recipit. Ex his natus Orus ſive mundus, non ſempiternus eſt, neque mutationum exſors et interitus, ſed identidem naſcens, vicibus mutationum ſubinde atque affectionum novus recuditur, permanetque ut nunquam periturus.

LVIII. Porro autem fabulis utendum eſt, non quaſi eæ rem prorſus doceant, ſed quod ob ſimilitudinem cum re ipſa aliquam commodum ad ejus explicationem offertur, deſumendum inde eſt. Ergo ubi materiam nominamus, non debemus philoſophorum quorundam opiniones ſecuti, corpus aliquod animæ expers ac qualitatum, et otioſum ſuapte natura atque inefficax imaginari; nam et oleum unguenti materiam vocamus, et aurum

χρυσὸν ἀγάλματος, οὐκ ὄντα πάσης ἕρμα ποιότητος· αὐτῷ τε τῷ ψυχῷ καὶ τῷ διανοίᾳ τῷ ἀνθρώπῳ, ὡς ὕλῃ ὀπισήμης καὶ ἀρετῆς τῷ λόγῳ κοσμεῖν καὶ F ῥυθμίζειν παρέχομεν· τόν τε νοῦν ἔνιοι τόπον εἰδῶν ἀπεφήναντο, καὶ τῷ νοητῷ οἷον ἐκμαγεῖον· ἔνιοι δὲ καὶ τὸ σπέρμα τῆς γυναικὸς, οὐ δύναμιν οὐδὲ ἀρχήν, ὕλην δὲ καὶ τροφὴν γενέσεως εἶναι δοξάζουσιν. Ὧν ἐχομένους χρὴ καὶ τὸν θεὸν οὕτω διανοεῖσθαι τοῦ πρώτου θεοῦ μεταλαγχάνουσαν ἀεὶ καὶ σπεύδουσαν ἔρωτι τοῦ περὶ ἐκεῖνον ἀγαθῶν καὶ καλῶν, οὐκ ἐπανίστασθαι· ἀλλ' 375 ὥσπερ ἄνδρα νόμιμον καὶ δίκαιον ἐρᾶν ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ γυναῖκα χρηστὴν ἔχουσαν ἄνδρα καὶ σωζοῦσαν, ὅμως πάθος λέγομεν· ὕπως ἀεὶ γλιχομένην ἐκείνου, καὶ περὶ ἐκεῖνον παροῦσαν καὶ ἀναπιμπλαμένην τοῖς κυριωτάτοις μέρεσιν καὶ καθαρωτάτοις.

E. 9. ποιότητος] Ita legendum monuit Xyl. poſt cum omnes fere Annotatores Mez. Bentl. Markl. Squir. Vulgo ὁμοιότητος.

A. 1. οὐκ ἐπανιστᾶν] Quidvis mihi perſuadeatur, quam hoc ſanum eſſe. An ἐπανιεῖσαν, *quæ non remittat amorem?*

A. 2. ἐν δικαιοσύνῃ] Monachum ſapit, judice Marklando. Corrigo γυναικὶ ἐν συζυγίᾳ. Senſum in Verſione reddidi.

A. 5. παροῦσαν] Veriſimiliter idem Markl. λιπαροῦσαν.

ſtatuæ, non omni plane carentia qualitate: ipſumque animum et intellectum hominis tanquam virtutis et ſcientiæ materiam rationi expoliendam atque componendam tradimus: et mentem quidam formarum locum, et in qua rerum intellectu percipiendarum quaſi expreſſa ſint ſimulachra appellant: ſunt etiam qui ſemen muliebre non facultatem aut principium, ſed materiam et alimentum fœtus cenſeant. Hæc tenentes, etiam Deam hanc ſic intelligere debemus participem fieri primi dei, et amore perpetuo bonorum ejus duci, non ut ei adverſam, ſed prouti maritus legitimus et juſtus amare dicitur uxorem quacum vivit, itemque probam mulierem cum ſuo viro degentem, tamen ejus deſiderio trahi dicimus: ita eam ſemper eum avere, eique adeſſe, ac præcipuis et puriſſimis repleri partibus.

νθ'. Ὅπου δὲ ὁ Τυφὼν περιπίπτει τοῖς ἐσχάτοις ἀπόρροις, σῶμα δοκοῦσαν ἐπισκυθρωπάζειν καὶ πενθεῖν λεγομένην, καὶ λείψανα ἄττα καὶ ἀπαρτήματα τοῦ Ὀσίριδος ἀναζητεῖν καὶ φυλάττειν, ὑποδεχομένην τὰ φθειρόμενα καὶ ἀποκρύπτουσαν, ὥσπερ ἀναφαίνῃ πάλιν τὰ
B γινόμενα, καὶ ἀνίησιν ἐξ ἑαυτῆς. Οἱ μὲν οὖν ἐν οὐρανῷ καὶ ἄστροις λόγοι καὶ εἴδη καὶ ἀπορροαὶ τοῦ θεοῦ μένουσι, τὰ δὲ τοῖς παθητοῖς διεσπαρμένα, γῇ καὶ θαλάττῃ καὶ φυτοῖς καὶ ζώοις, ἀφανιζόμενα, καὶ φθειρόμενα καὶ ἀπτόμενα, καὶ πολλάκις αὖθις ἐκλάμπει καὶ ἀναφαίνεται ταῖς γενέσεσι. Διὸ τὸν Τυφῶνα τῇ Νέφθυϊ συνοικεῖν φησὶν ὁ μῦθος, τὸν δὲ Ὄσιριν κρύφα συγγενέσθαι· τὰ γὰρ ἔσχατα μέρη τῆς ὕλης ἡ Νέφθυς καὶ Τελευτὴ καλοῦσιν, ἡ φθαρτικὴ μάλιστα κατέχει δύναμις· ἡ δὲ γόνιμος καὶ σωτήριος ἀθενὲς σπέρμα καὶ ἀμαυρὸν εἰς ζῶντα
C ἀφανίζουσιν, ἀπολλυμένη, ὑπὸ τοῦ Τυφῶνος, πολλὰ

B. 4. διαλεγόμενα] Placet præ cæteris conjecturis, Baxteri διαλυόμενα. Modo: malim ἐνδιασπαρμένα. Mox in καὶ πολλάκις, deleam καί.

C. 1. ἀπολλυμένη] Immo ἀπολλυμένου: nimirum σπέρμα. Ita Bentleius.

LIX. Ubi autem Typhon extrema tangens incidit, ibi videri eam mœſtam, ac dici lugere, et reliquias quaſdam fruſtaque diſcerpti Oſiridis conquirere ac velare, dum ea quæ intereunt excipit atque occultat, ut rurſum ex ſeſe edat atque emittat res naſcentes. Etenim quæ in cœlo et ſideribus ſunt formæ ac defluxus dei, permanent: quæ autem ſparſa ſunt in res motibus obnoxias, terram, mare, ſtirpes, animalia, ea mutantur, intereunt, ſepeliunturque, et ſæpenumero rurſum exſiſtunt, in lucemque emicant orta. Itaque fabula Typhonem maritum Nephthyos facit, et cum hac occulte coiiſſe Oſirin. Extremas enim materiæ partes, quæ Nephthyos et Finis nomine intelliguntur, vis maxime interitum rebus adferens continet: vis autem genitalis et conſervatrix rerum, imbecillum ſemen et languidum in

ὅσον ἡ Ἶσις ὑπολαμβάνουσα, σώζει καὶ τρέφει καὶ σωίζησι.

ξ'. Καθόλου δὲ ἀμείνων οὗτός ἐστιν, ὥσπερ καὶ Πλάτων ὑπονοεῖ καὶ Ἀριστοτέλης· κινεῖται δὲ ἡ φύσεως τὸ μὲν γόνιμον καὶ σωτήριον ἐπ' αὐτὸν, καὶ πρὸς τὸ εἶ), τὸ δὲ ἀναιρετικὸν καὶ φθαρτικὸν, ὑπ' αὐτοῦ, καὶ πρὸς τὸ μὴ εἶ). Διὸ τὸ μὲν Ἶσιν καλοῦσι, πρὸς τὸ ΙΕΣΘΑΙ μετ' ἐπιστήμης καὶ φέρεσθαι, κίνησιν οὖσαν ἔμψυχον καὶ φρόνιμον. Οὐ γὰρ ἐστί τύνομα βαρβαρικὸν, ἀλλ' ὥσπερ τοῖς θεοῖς πᾶσιν ἀπὸ δυεῖν γραμμάτων τῷ θεατῷ καὶ τῷ θέοντός ἐστιν ὄνομα κοινὸν, ὕτω τῷ θεὸν ταὐτῷ ἀπὸ D τῆς ἐπιστήμης ἅμα καὶ τῆς κινήσεως, Ἶσιν μὲν ἡμεῖς, Ἶσιν δ' Αἰγύπτιοι καλοῦσιν. Οὕτω δὲ καὶ Πλάτων φησὶ τῷ ὄσιαν δηλοῦν τὰς παλαιὰς, Ἰσίαν καλοῦσας· ὕτω καὶ τῷ νόησιν καὶ τῷ φρόνησιν, ὡς νοῦ φορὰν καὶ κίνησιν

C. 4. Καθόλου δὲ—τὸ μὲν εἶναι] Corrigo: Καθόλου δὲ ἄμεινον, ὅτως ὥσπερ καὶ Πλάτων ὑπονοεῖν καὶ Ἀριστοτέλης· κινεῖσθαι τὴς φύσεως τὸ μὲν γόνιμον καὶ σωτήριον ἐπὶ τὸ ὂν καὶ πρὸς τὸ εἶναι· τὸ δὲ ἀν. κ. φθ. ἀπ' αὐτοῦ καὶ πρὸς τὸ μὴ εἶναι.

C. 11. γραμμάτων] Legendum ῥημάτων, cum Markl.

D. 4. ὀσίαν—Ἰσίαν] Apud Platonem Cratyl. p. 264. F. Mox τῶν καλὰ mutem in τὸ κακὸν ex Platone p. 270. niſi ipſa verba, certe rem ſubjiciente.

eas didit, quod a Typhone perimitur, niſi quantum ejus Iſis excipiens ſervat, alit, atque conſtituit.

LX. In univerſum autem ille eſt præſtantior, ſicut et Plato opinatur, et Ariſtoteles. Ad hunc naturæ pars genitabilis et ſalutaris, et ad exſiſtendum movetur: ab eodem facultas interimens atque abolens ciętur et ad interitum impellitur. Itaque illi Iſidis nomen eſt factum, quod ſcienter proficiſcatur atque procedat; quippe motus cum ſit animatus ac prudens. Non enim barbaricum eſt nomen, ſed ſicut omnibus diis a *theato* et *theonte*, (id eſt ſpectabili et currente) nomen *theos* inditum fuit: ſic iſtam Deam a ſcientia ſimul et motu cum nos Iſidem, tum Ægyptii appellant. Sic etiam Plato ait *Uſiam* (quod eſt ſubſtantia) veteres nomine *Iſias* expreſſiſſe: et intelligentiam ac prudentiam

ὕσαν, ἰεμβύε καὶ φερεμβύε, καὶ τὸ σωιένεαι καὶ ταὶ γαθὸν ὅλως, καὶ ἀρετιὼ ὅτι τοῖς εὐρέσι καὶ ϑέυσι ϑέσθαι· καθάπερ αὖ πάλιν τοῖς ἀντιφωνέσιν ὀνόμασι λοιδορεῖσθαι τὸ κατὰ τὸ τιὼ φύσιν ἐμποδίζον καὶ σωδέον καὶ ἴχρον καὶ κωλύον ἴεσθαι καὶ ἰέναι, κακίαν, ἀπορίαν, δειλίαν, ἀνίαν προσαγορεύοντων.

Ξ ξα'. Ὁ δὲ Ὄσιρις ἐκ τοῦ ὅσιον καὶ ἱερὸν τὄνομα μεμιγμένον ἔχει· κοινὸς γὰρ ὅδε τῶν ἐν οὐρανῷ καὶ τῶν ἐν ᾅδου λόγος· ὧν τὰ μὲν, ἱερά, τὰ δὲ, ὅσια τοῖς παλαιοῖς ἐῶ προσαγορεύειν. Ὁ δὲ ἀναφαίνων τὰ οὐράνια καὶ τῶν ἄνω φερομένων Ἄνουβις λόγος, ἔστι δὲ, ὅτε καὶ Ἑρμάνουβις ὀνομάζεται, τὸ μὲν, ὡς τοῖς ἄνω, τὸ δὲ, ὡς τοῖς κάτω προσῆκον· διὸ καὶ ϑύουσιν αὐτῷ τὸν μὲν λευκὸν ἀλεκτρύονα, τὴν δὲ κεγχρίαν, τὰ μὲν, εἰλικρινῆ καὶ φανὰ, τὰ δὲ, μικτὰ καὶ ποικίλα νομίζοντες. Οὐ δεῖ δὲ ϑαυμάζειν τῶν ὀνομάτων τιὼ εἰς τὸ Ἑλληνικὸν

E. 4. τῶς παλαιοῖς ἦν] Lego τοῖς πάλαι ἴϑος ἦν. Mox προσήκων habet Venet.

vocaſſe itidem, quaſi mentis agitationem, vocibus omnibus ab *ienai* (quod eſt ire) deductis, hinc *ſynienai* intelligere eſt: et omnino ſimili ratione ab eo boni, virtutiſque explicantur vocabula: ſicut contrariis notantur traducunturque appellationibus ea quæ naturam impediunt ejuſque progreſſionibus moram obſtando injiciunt, ut malum, indigentia, timiditas, moleſtia.

LXI. Sic ergo Oſiris nomen habet ex *boſio* et *hiero* (quod eſt *ſanctō* et *ſacro*) conflatum: communis enim eſt ratio eorum quæ in cœlo et apud inferos ſunt, quorum altera hiera, altera hoſia veteres nuncupabant. Jam qui cœleſtia oſtendit Anubis, ſuperiorum quaſi ratio, (*ano* enim ſupra eſt) aliquando etiam Hermanubis uſurpatur: altero nomine ſuperioribus, altero inferis ſcilicet conveniente: itaque ei immolant alias album, alias flavum gallum: ſupera ſincera et manifeſta, infera mixta et varia eſſe docentes. Neque vero mira debet videri

ἀνάπλασιν. Καὶ γὰρ ἄλλα μυρία τοῖς μεθισταμένοις F
ἐκ τῆς Ἑλλάδος συνεκπεσόντα, μέχρι νῦν συναμένει
καὶ ξενιτεύει παρ' ἑτέροις· ὧν ἔνια τὴν ποιητὴν ἀνα-
καλουμένην ἐμβάλλουσιν ὡς βαρβαρίζουσαν οἱ γλώτ-
τας τὰς τοιαύτας συνταγορεύοντες. Ἐν δὲ ταῖς Ἑρμοῦ
λεγομέναις βίβλοις ἱστοροῦσι γεγράφθαι περὶ τῶν ἱερῶν
ὀνομάτων, ὅτι τὴν μὲν ὑπὸ τῆς τοῦ ἡλίου περιφορᾶς
τεταγμένην δύναμιν Ὧρον, Ἕλληνες δὲ Ἀπόλλωνα
καλοῦσι· τὴν δὲ ὑπὸ τοῦ πνεύματος, οἱ μὲν Ὄσιριν, οἱ
δὲ Σάραπιν, οἱ δὲ, Σωθὶ, Αἰγύπτιοι· σημαίνει δὲ κύησιν 376
ἢ τὸ κύειν· διὸ καὶ συμπαθοῦς γενομένης τοῦ ὀνόματος,
Ἕλληνες Κύων κέκληται τὸ ἄστρον, ὅπερ ἴδιον τῆς Ἴσιδος
νομίζουσιν. Ἥκιστα μὲν οὖν δεῖ φιλοτιμεῖσθαι περὶ τῶν
ὀνομάτων, οὐ μὴν ἀλλὰ μᾶλλον ὑφείμην ἂν τοῦ Σαρά-
πιδος Αἰγυπτίοις ἢ τοῦ Ὀσίριδος· ἐκεῖνο μὲν οὖν ξενικὸν,

F. 5. τὰς τοιαύτας] τὰ τοιαῦτα Mez. Salm. poſt Xyl. notam.

F. 7. μὲν—Ὧρον] Squir. delet μὲν: et poſt Ὧρον inſerit μὲν Αἰγύπτιοι. Neutro eſt opus.

A. 5. ὑφείμην ἂν] Ita ex correctione Bentl. et Markl. recepit Squirius: haud temere. Vulgo ἰφιεμάην.

nominum ad Græcum ſermonem effictio. Nam innumera alia hodieque manent una cum migrantibus e Græcia ad exteros propagata: quorum quædam revocantem poeticam vituperant tanquam barbariciſſantem ii qui id genus res gloſſas appellant. Cæterum memoria proditum eſt in libris qui Mercurii libri dicuntur, ſcriptum eſſe de ſacris nominibus, facultatem quæ præeſt converſioni Solis Orum, Græcis Apollinem vocari: quæ vento, ab aliis Oſirin, ab aliis Sarapin, Ægyptice Sothi: quæ vox *Kyoſin* (id eſt, graviditatem ſive fœturam) notat: atque hinc facta inclinatione ſtella Caniculæ, quæ propria Iſidis cenſetur, dicta eſt *Kyon* ſive Canis. Minime quidem de nominibus eſt contendendum: ego tamen Sarapidis potius quam Oſiridis nomen Ægyptios ſibi vindicare ſinam; illud enim peregrinum, hoc

τοῦτο δὲ Ἑλληνικόν, ἄμφω δὲ ἑνὸς θεοῦ καὶ μιᾶς δυνάμεως ἡγούμενος.

ξβ'. Ἔοικε δὲ τούτοις καὶ τὰ Αἰγύπτια· τὴν μὲν γὰρ Ἶσιν πολλάκις τῷ τῆς Ἀθηνᾶς ὀνόματι καλοῦσι, φράζοντι τοιοῦτον λόγον, ΗΘΩΝ ΑΠ' ΕΜΑΥΤΗΣ· ὅπερ ἐστὶν αὐτοκινήτου φορᾶς δηλωτικόν· ὁ δὲ Τυφὼν, ὥσπερ ἥρπται, ΣΗΘ, καὶ ΒΕΒΩΝ, καὶ ΣΜΥ ὀνομάζεται, βίαιόν τινα καὶ κωλυτικὴν ἐπιοχέσιν, ὑπεναντίωσιν, ἢ ἀναστροφὴν ἐμφαίνειν βουλομένων τοῦ ὀνόματος. Ἐπὶ τὴν σιδηρῖτιν λίθον, ὀστέον Ὥρου, Τυφῶνος δὲ τὸν σίδηρον, ὡς ἱστορεῖ Μάνεθος, καλοῦσιν. Ὥσπερ γὰρ ὁ σίδηρος πολλάκις μὲν ἑλκομένῳ καὶ ἑπομένῳ πρὸς τὸν λίθον ὅμοιός ἐστι, πολλάκις δὲ ἀποστρέφεται καὶ ἀποκρούεται πρὸς τοὐναντίον, ὕτως ἡ σωτήριος καὶ ἀγαθὴ καὶ λόγον ἔχουσα τοῦ κόσμου κίνησις ἐπιστρέφεταί τε καὶ προσάγεται καὶ μαλακώτερον ποιεῖ, πείθουσα τὴν σκληρίαν ἐκείνην καὶ

A. 10. Ἀθηνᾶς ὀνόματι] Xyl. nomen propriumexcidiſſe putans, locum in verſione afteriſcis notavit. Atqui non opus fuit Plutarcho, nomen diſerte ponere. Num Θ voluiſſe videtur Jablonſkio Panth. Æg. P. I. p. 76.

B. 10. μαλακώτερον—ἀνακτιθεῖσα] Legendum μαλακαλίζειν—συναχθεῖσα εἰς ἑαυτήν. Non mutem σκληρίαν: at ἀπειρίαν, *infinitatem*, malim pro ἀπορίαν.

Græcum, ambo unius dei ſeu facultatis vocabula cenſeo.

LXII. His conveniunt etiam Ægyptia. Iſidem enim ſæpenumero nomine Minervæ ſignificant, quæ vox ſignificat motum a ſeipſo profectum. Typhon autem, ſicut monſtratum fuit, *Seth*, *Bebon*, et *Smy* appellatur: quibus verbis indicatur violenta quædam inhibitio, contrarietas, aut inverſio. Præterea magnetem lapidem oſſis Ori, ferrum oſſis Typhonis nomine afficiunt, ut Manethos narrat. Sicut enim ferrum ſæpe ſimile eſt tracti a lapide et eum ſequentis, ſæpe avertitur in diverſam partem, ita motus mundi ſalutaris, bonus, et ratione conſtans aliquando verſat, ad ſe ducit atque molliorem reddit obſequentem ſibi duram illam ac

τυφώνιον, εἶτ' αὖθις ἀναχθεῖσα εἰς ἑαυτὸν ἀνέστρεψε καὶ C
κατέδυσεν εἰς τὴν ἀπορίαν. Ἐπὶ φησὶ τῷ Διὸς ὁ
Εὔδοξος μυθολογεῖν Αἰγυπτίους, ὡς τῶν σκελῶν συμπε-
φυκότων ἀπ' μὴ δυνάμενος βαδίζειν, ἐπ' αἰσχύνης
ἐρημίᾳ διέτριβεν· ἡ δὲ Ἶσις ἀφαπτομένη καὶ ἀφαγή-
σασα τὰ μέρη ζῶντα τῷ σώματος, ἀρτίποδα τὴν πο-
ρείαν παρέσχεν. Αἰνίττεται δὲ καὶ ἀφ' τούτων ὁ μῦθος,
ὅτι καθ' ἑαυτὸν ὁ τοῦ θεοῦ νοῦς καὶ λόγος, οὐ τῷ ἀο-
ράτῳ καὶ ἀφανεῖ βέβηκώς, εἰς γένεσιν ἐπὸ κινήσεως
προῆλθεν.

ξγ'. Ἐμφαίνει καὶ τὸ σεῖστρον, ὅτι σείεσθαι δεῖ τὰ
ὄντα καὶ μηδέποτε παύεσθαι φορᾶς, ἀλλὰ οἷον ἐξεγεί-
ρεσθαι καὶ κλονεῖσθαι καταδαρθάνοντα καὶ μαραινόμενα·
τὸν γὰρ Τυφῶνα φασὶ τοῖς σείστροις ἀποτρέπειν καὶ ἀπο- D
κρύεσθαι, δηλοῦντες ὅτι τῆς φθορᾶς σωζούσης καὶ ἰάσης,
αὖθις ἀναλύει τὴν φύσιν καὶ ἀνίστησι μετὰ τῆς κινήσεως ἡ
γένεσις. Τῷ δὲ σείστρῳ προσφερὲς ἄνωθεν ὄντος ἡ ἁψὶς

C. 5. ἐρημίᾳ] Forte ἐν ἐρημίᾳ.
D. 4. ἁψὶς] Ita ex Pol. et Leonic. quibus accedunt correctores Mez. Bentl. Baxter. Markl. Squir. Vulgo ἅψις.

Typhoniam vim: aliquando hæc in ſeſe revertitur, et in infinitatem relabitur. Ad hæc de Jove perhibet Eudoxus fabulam Ægyptios celebrare, eum pedibus inter ſe connatis cum ire non poſſet, ob pudorem in ſolitudine vixiſſe: Iſidem autem diſſectis et diductis iis membris Jovi greſſum expediviſſe: qua fabula hoc docetur, dei mentem ſuapte natura in inviſibili et inconſpicuo degentem, motu ad res procreandas proceſſiſſe.

LXIII. Siſtrum quoque arguit quati omnia naturalia et nunquam motu vacare debere, ſed veluti excitari atque exagitari ubi torpere et tabeſcere cœperint: aiunt enim ſiſtris Typhonem averti atque depelli: oſtendentes interitu res vinciente et inhibente, ortum rurſus motu naturam ſolvere atque expedire. Et ſiſtri ſu-

περιέχει τὰ σεισμὰ τέτταρα· ἡ γὰρ γενναμένη ἡ φθειρομένη μέρος τοῦ κόσμου περιέχεται μὲν ὑπὸ τῆς σεληνιακῆς σφαίρας, κινεῖται δὲ ἐν αὐτῇ πάντα· καὶ μεταβάλλεται ἀφ' ἑνὸς τεττάρων στοιχείων, πυρὸς, καὶ γῆς, καὶ ὕδατος, καὶ ἀέρος. Τῇ δὲ ἀφέδρᾳ τοῦ σείστρου ἐπικορυφοῦ ἐπιτρέπουσιν αἴλουρον ἀνθρώπου προσώπου ἔχοντα· κάτω δὲ ὑπὸ τὰ σφόμματα, ταῖς μὲν Ἴσιδος, ταῖς δὲ Νέφθυος προσώποις, αἰνιττόμενοι τοῖς μὲν προσώποις γένεσιν καὶ τελευτὴν, αὗται γὰρ εἰσι τῶν στοιχείων μεταβολαὶ καὶ κινήσεις, τῷ δὲ αἰλούρῳ τὴν σελήνην, ἀφ' ὃ τὸ ποικίλον καὶ νυκτερινὸν καὶ γόνιμον τοῦ θηρίου· λέγεται γὰρ ἓν τίκτειν, εἶτα δύο καὶ τρία καὶ τέτταρα καὶ πέντε, καὶ καθ' ἓν ἕπως ἄχρι τῶν ἑπτὰ προστίθησιν, ὥστε ὀκτὼ καὶ εἴκοσι τὰ πάντα τίκτειν, ὅσα καὶ τῆς σελήνης φῶτά ἐστιν. Τοῦτο μὲν οὖν ἴσως μυθωδέστερον· αἱ δὲ ἐν τοῖς ἔμμασιν αὐτῆς κόραι πληροῦσθαι μὲν καὶ πλατύνεσθαι

D. 5. γενναμένη] Sic Ald. Baſ. Xyl. A. E. At γενομένη Steph.

periore parte rotundi apex admonet de quatuor corporibus quæ concutiuntur; nam quæ pars mundi ortui et obitui eſt obnoxia, ea continetur globo Lunæ: inque ea omnia moventur ac mutantur ratione quatuor elementorum, ignis, terræ, aquæ, et aeris. Apici ſiſtri autem in vertice infigunt felem humana facie, imæ parti infra ea quæ quatiuntur, aliquando Iſidis, interdum Nephthyos faciem: his faciebus notant ortum et interitum, quæ ſunt elementorum mutationes atque motus: fele Lunam repræſentante, ob animalis iſtius varietatem, ac vim noctu agendi et fœcunditatem; dicitur enim unum principio catulum parere, deinceps duos, tres, quatuor, unoque ſubinde plures donec ſeptem uno partu edat, itaque duodetriginta in ſumma parit, qui eſt numerus dierum Lunæ. Verum hoc fortaſſe fabulæ ſit ſimilius: ſed felis oculorum pupillæ impleri dilatarique videntur ſub pleni-

δοκοῦσιν ἐν πανσελήνῳ, λεπτύνεσθαι δὲ καὶ μαραίνεσθαι ἐν ταῖς μειώσεσι τῇ ἀρχῇ. Τῷ δὲ ἀνθρωπομόρφῳ τοῦ αἰλούρου τὸ νοερὸν καὶ λογικὸν ἐμφαίνεται τοῦ περὶ τὰς σελήνας μεταβολῶν.

ξδ'. Σωκράτη δὲ εἰπεῖν, ὅτε ὕδωρ, ὅτε ἥλιον, ὅτε γῆν, ὅτε οὐρανόν, Ὄσιριν ἢ Ἶσιν ὀρθῶς ἔχει νομίζειν, ὅτε πῦρ Τυφῶνα πάλιν, ὅτ' αὐχμόν, οὐδὲ θάλατταν· ἀλλ' ἁπλῶς ὅσον ὄψιν ἐν τούτοις ἄμετρον καὶ ἄτακτον ὑποβολαῖς καὶ ὑπονοίαις Τυφῶνι προσνέμοντες, τὸ δὲ 377
κεκοσμημένον καὶ ἀγαθὸν καὶ ὠφέλιμον, ὡς Ἴσιδος μὲν ἔργον, εἰκόνα δὲ καὶ μίμημα καὶ λόγον Ὀσιριδος, σεβόμενοι καὶ τιμῶντες, οὐκ ἂν ἁμαρτάνοιμεν. Ἀλλὰ καὶ τὸν Εὔδοξον ἀπιστοῦντα παύσομεν καὶ διαπορουμένην πῶς ὅτε Δήμητρι τῆς τ' ἐρωτικῆς ὀπιμελείας μέτεστιν, Ἀλλὰ Ἴσιδι· τόν τε Διόνυσον οὐ τὸν Νεῖλον αὔξειν, ὅτε τοῦ τεθνηκότων ἄρχειν δυνάμενον. Ἑνὶ γὰρ λόγῳ κοινῷ

A. 7. οὐ τὸν Νεῖλον—δυνάμενον] Prius Mez. mutat in οὔτε Νεῖλον, probabiliter: posterius Markl. in διανούμενον, ſcil. *Eudoxum*, acute.

lunium, et Lunæ lumine decreſcente attenuari atque langueſcere: humana autem felis facie innuitur Lunæ mutationes mente ac ratione gubernari.

LXIV. Sed ut rem in pauca verba contraham, neque aquam, neque Solem, neque terram, neque cœlum Oſirin vel Iſidem eſſe rectum eſt putare: neque Typhonis nomen ignem, æſtum, aut mare intelligere verum: ſed ſimpliciter, quantum in his modo et ordine caret ob exceſſum aut defectum, Typhoni imputantes, quæ ordine et compoſite fiunt, quæ bona ſunt et utilia, ut Iſidis opus, imitationem autem et imaginem ac ſpeciem Oſiridis venerantes atque colentes, non peccabimus. Quin et Eudoxi dubitationibus finem imponemus, anxie quærentis cur non Cereri procuratio rerum amatoriarum adſcribatur, ſed Iſidi, et cur non Bacchus Nilum augeat, neque mortuis poſſit præeſſe. Una

τὰς θεὰς τύτας περὶ πᾶσαν ἀγαθοῦ μοῖραν ἡγούμεθα τετάχθαι, καὶ πᾶν ὅσον ἔνεστι τῇ φύσῃ καλὸν καὶ ἀγαθὸν, ἀφ' τύτων ὑπάρχειν, τὸν μὲν, διδόντα τὰς ἀρχὰς, B τὴν δὲ, ὑποδεχομένην καὶ ἁρμόττουσαν.

ξε'. Οὕτω δὲ καὶ τοῖς πολλοῖς καὶ φορτικοῖς ὀπιχειρήσομεν, εἴτε ταῖς κατ' ὥραν μεταβολαῖς τῶν περιέχοντος, εἴτε ταῖς καρπῶν γενέσεσι καὶ σποραῖς καὶ ἀρόσεσι χαίρουσι, τὰ περὶ τὰς θεὰς τύτας συνοικειοῦντες, καὶ λέγοντες θάπτεσθαι μὲν τὸν Ὄσιριν ὅτε κρύπτεται τῆς γῆς σπειρόμενος ὁ καρπὸς, αὖθις δὲ ἀναβιῶσθαι καὶ ἀναφαίνεσθαι ὅτε βλαστήσεως ἀρχή· διὸ καὶ λέγεσθαι, τὴν Ἶσιν αἰσθομένην ὅτι κύει, περιάπτεσθαι φυλακτήριον, ἕκτῃ μηνὸς ἰσταμένυ Φαωφί· τεκεῖν δὲ τὸν Ἁρποκράτην περὶ τροπὰς χειμερινὰς, ἀτελῆ καὶ νεαρὸν ἔτι τοῖς C περιοῦσι καὶ περιλαχάνυσι· διὸ καὶ φακῆν αὐτῷ φυο-

B. 1. διαμένυσαν] In promptu eſt correctio διανέμυσαν, quæ Squirium non latuit.

B. 4. ἀρότοις] Sic A. E. Flor. P. Vulgo ἀρότροις. Mox pro ἀρχὴ Reiſk. ἄρχει: bene. Tum τῆς γῆς mutandum in τῇ γῇ cum Bentl. Markl. Squir.

enim ratione communi hos deos omni bonorum portioni præeſſe cenſemus, et quidquid in natura pulchrum bonumve ineſt, iis acceptum ferimus: illo principia ſuppeditante, hac vim excipiente et conſervante.

LXV. Eodem pacto vulgares quoque et moleſtas ſententias refellemus eorum, qui vel aeris ſecundum anni partes mutationibus, vel frugum procreationi, ſementi, arationi gaudent accommodare ea quæ de his diis memorantur: ut cum dicunt Oſiridem ſepeliri quando ſemen terra occulitur: in vitam redire et rurſum apparere quando pullulare incipit; ideoque dici, Iſin cum ſe ſentiret eſſe gravidam, appendiſſe ſibi amuletum, ſexta die menſis Phaophi, et peperiſſe Harpocratem ſub ſolſtitium hybernum, imperfectum ac recentem, quod tum prævii flores et germina prima enaſcuntur: ideoque ei fabarum naſcentium

μήνων ἀπαρχὰς ὀπιφέρουσι, τὰς δὲ λοχείους ἡμέρας ἑορτὰ-
ζειν μετὰ τὴν ἐαρινὴν ἰσημερίαν. Ταῦτα γὰρ ἀκούοντες
ἀγαπῶσι, καὶ πιστεύουσιν, αὐτόθεν ἐκ τῶν παρόντων καὶ
συνήθων τὸ πιθανὸν ἕλκοντες.

ξϛ'. Καὶ δεινὸν οὐδὲν ἂν πρῶτον μὴν ἡμῖν τοὺς
θεοὺς φυλάττωσι κοινούς, καὶ μὴ ποιῶσιν Αἰγυπτίων ἰδίους,
μηδὲ Νεῖλον, ᾧ τε Νεῖλος ἄρδει μόνην χώραν τοῖς ὀνό-
μασι τούτοις καταλαμβάνοντες, μηδὲ ἕλη, μηδὲ λωτούς,
μὴ θεοποιΐαν λέγοντες, ἀποστερῶσι μεγάλων θεῶν τοὺς
ἄλλους ἀνθρώπους, οἷς Νεῖλος μὲν οὐκ ἔστιν, οὐδὲ Βῆτος, D
οὐδὲ Μέμφις. Ἴσιν δὲ καὶ τοὺς περὶ αὐτὴν θεοὺς ἔχουσι
καὶ γινώσκουσιν ἅπαντες, οἱονεὶ μὴν οὐ πάλαι τοῖς παρ'
Αἰγυπτίων ὀνόμασι καλεῖν μεμαθηκότες, ἐκάστου δὲ τὴν
δύναμιν ἐξαρχῆς ὀπιζάμενοι καὶ τιμῶντες. Δεύτερον,
ὃ μεῖζόν ἐστιν, ὅπως σφόδρα προσέξουσι καὶ φοβήσονται

C. 10. μὴ θεοποιΐαν] Hic locum vix habet. Correxeram μηδὲ πόλεων: poſtea vidi Reiſkium probabiliter item conjeciſſe μηδὲ Αἰθιοπίας. Judicent periti utrum aptius ad hunc ſit locum.

D. 2. ἴσασι καὶ γινώσκουσιν ἅπαντες] Sententiam impeditam expedias, legendo ἅπαντας ſcil. *Deos*, et ἴσασι ἢ γινώσκουσιν ut Dativos, referendo ad οἷς.

primitias offerunt: dies autem puerperii poſt æquinoctium vernum ſolennes agunt. Hæc enim vulgo audientes amplectuntur atque credunt, illico ab iis quæ in promptu ſunt petita probabilitate.

LXVI. Neque reprehendam illud, ſiquidem Deos non peculiares faciant et proprios Ægyptiorum, ſed communes ſervent omnium hominum, nec Nili, Ægypti, paludum, loti, herbæ, nomine ſolum comprehendant Nilum, ſolamque quam Nilus rigat terram; itaque non vereantur magnis diis alios ſpoliare homines, quibus nullus Nilus eſt, neque Butus, neque Memphis: cum tamen hi Iſin alioſque id genus deos univerſi habeant atque norint, et quoſdam ſane Ægyptiis nominibus afficere non ita pridem didicerint, ſingulorum autem vim jam inde ab initio cognoverint atque honoraverint. Deinde majus etiam incommodum eſt. Niſi enim attentiſſime caverint, imprudentes numina ut

μὴ λάβωσιν εἰς πνεύματα, καὶ ῥεύματα, καὶ αὔρας, καὶ ἀέρτας, καὶ πάθη γῆς καὶ μεταβολὰς ὡρῶν ἀγγεάφοντες τὰ θεῖα καὶ ἀφανίζοντες, ὥσπερ οἱ Διόνυσον τὸν οἶνον,
E Ἥφαιστον δὲ τὴν φλόγα· Φερσεφόνην δὲ φησί που Κλεάνθης τὸ διὰ τῶν καρπῶν φερόμενον καὶ φονευόμενον πνεῦμα· ποιητής δέ τις ὅπου τὸν θερίζοντων,

Τῆμος ὅτ' αἰζηοὶ Δημήτερα κωλοτομεῦσιν.

Οὐδὲν γὰρ τούτοις διαφέρουσι τῶν ἰσία καὶ κάλως καὶ ἄγκυραν ἡγουμένων κυβερνήτην, καὶ νήματα καὶ κέρκας ὑφάντην, καὶ σπονδεῖον ἢ μελίκρατον ἢ τρυπανίνην ἰατρόν· ἀλλὰ δεινὰς καὶ ἀθέους ἐμποιοῦσι δόξας, ἀναισθήτοις καὶ ἀψύχοις καὶ φθερομέναις ἀναγκαίως ὑπ' ἀνθρώπων δεομένων καὶ χρωμένων φύσεσι καὶ σχήμασιν ὀνόματα θεῶν ὑπιφέροντες. Ταῦτα μὲν οὖν αὐτοὶ νοήσαι θεὸς ἂν ἔχοι.
F ξζ'. Οὐ γὰρ οἷόν τε οὐδὲ ἄψυχον ἀνθρώποις ὁ θεὸς

D. 8. ἀρότους—διαγράφοντες] Prius dedimus ex A. E. P. Posterius ex A. E. Venet. P. Mez. Vulgo ἀρότρους—διαγλάφοντες.

F. 1. Οὐ γὰρ ὃν—ὑπομείναμεν] Locus ita e conjectura refingatur. Οὐ γὰρ ἄνουν, οὐδὲ ἄψυχον, οὐδὲ ἀνθρώποις ὁ θεὸς ὑποχείριον· ἀπὸ τούτων δὲ (scil. καρπῶν) τῶν χαριζομένων αὐτὰ καὶ δεομένους ἡμῶν—ὑπομείναμεν. Aliter alii: ἄνουν etiam Reiskius vidit.

ſpiritus, fluxus, ſementes, arationes, terræque adfectiones et tempeſtatum mutationes permutent atque diſſipent: ut ii qui Bacchum pro vino, Vulcanum pro flamma accipiunt: ſic et Cleanthes alicubi Proſerpinam (quæ Græcis eſt Pherſephone) ait eſſe ſpiritum qui per fruges dum fertur, interimitur: et quidam poeta de meſſoribus dixit:

Cum lecti juvenes Cereris jam membra ſecarent,

Hi ſane nihil ab iis differunt, qui vela, rudentes et anchoram pro gubernatore, et fila ac ſtamina pro textore, et cyathum, mulſum, vel ptiſanam pro medico habent. Adde quod peſſimas et impias iſti opiniones excitant, qui deorum nomina rebus ſenſu animaque carentibus, et uſu hominum neceſſario pereuntibus imponunt: quæ ut dii ſint, nullo modo intelligi poteſt.

LXVII. Non enim deus res eſt animæ expers, et ma-

ὑποχείριον· ἀπὸ τύπων δὲ τὰς χρωμένας αὐτοῖς καὶ δωρεμένας ἡμῖν, καὶ παρέχοντας ἀέναον καὶ ἀφθορίαν, θεοὺς νομίσαμεν, οὐχ ἑτέρους παρ' ἑτέροις, οὐδὲ βαρβάρους ἢ Ἕλληνας, οὐδὲ νοτίους καὶ βορείους· ἀλλ' ὥσπερ ἥλιος ἢ σελήνη καὶ οὐρανὸς καὶ γῆ ἢ θάλασσα κοινὰ πᾶσιν, ὀνομάζεται δὲ ἄλλως ὑπ' ἄλλων, ὕπως ἑνὸς λόγου τοῦ τῶν ὅλων κοσμοῦντος καὶ μιᾶς προνοίας ἐπιτροπεύουσης, ἢ δυνάμεων ὑπουργῶν ἐπὶ πάντας τεταγμένων, ἑτέραις 378
παρ' ἑτέροις κατὰ νόμους γενέσεσι τιμαὶ καὶ προσηγορίαι· καὶ συμβόλοις χρῶνται, καθιερώμενοι μὲν, ἀμυδροῖς, οἱ δὲ τραχυτέροις, ἐπὶ τὰ θεῖα τὴν νόησιν ὁδηγοῦντες· οὐκ ἀκινδύνως. Ἔνιοι γὰρ ἀποσφαλέντες παντάπασιν εἰς δεισιδαιμονίαν ὤλισθον· οἱ δὲ φεύγοντες ὥσπερ ἕλος τὴν δεισιδαιμονίαν, ἔλαθον αὖθις ὥσπερ εἰς χρημνὸν ἐμπεσόντες τὴν ἀθεότητα.

ξή. Διὸ δεῖ μάλιστα πρὸς ταῦτα λέγον ἐκ φιλο-

A. 3. καθιερωμένοι μὲν] Lege cum Salmaſ. καθιερωμένοις οἱ μέν.

nibus hominum ſubjecta aut obnoxia: ſed deos inde cenſuimus eſſe, quod ii noſtris uſibus res perpetuas atque perdurantes largiti ſunt. Neque vero alii apud alios ſunt dii, aut ſui Græcis, barbaris item ſui, alii ſeptentrionalibus, alii auſtrinis. Sed quemadmodum Sol, Luna, cœlum, terra, mare, communia ſunt omnibus, tantum aliter ab aliis appellantur: ita unius mentis hoc Univerſum temperantis, uniuſque providentiæ huic præfectæ, et facultatum adminiſtrarum omnibus rebus deſtinatarum, alii apud alios honores, alia nomina legibus inſtituta habentur: notiſque utuntur obſcurioribus ii qui ſacris ſunt dedicati, alii apertioribus intellectum ad divinas res quaſi manu deducunt: quæ res periculo non vacat. Nonnulli enim a recto itinere deviantes, prorſus in ſuperſtitionem delapſi, alii fugiendo, ut par erat, ſuperſtitionem, imprudentes in, præcipitium quaſi quoddam, impietatem delati ſunt.

LXVIII. Itaque oportet

σοφίας μυσταγωγὸν ἀναλαβόντας, ὁσίως διαγνοεῖσθαι τῶν
B λεγομένων καὶ δρωμένων ἕκαστον· ἵνα μὴ, καθάπερ Θεό-
δωρος εἶπε, τὰς λόγους αὐτῷ τῇ δεξιᾷ διορθοῦντος,
οἱ μὲν τῇ ἀριστερᾷ δέχεσθαι τὰ ἀκουσμένων, ὥσπερ ἡμεῖς ἃ
καλῶς οἱ νόμοι περὶ τὰς θυσίας καὶ τὰς ἑορτὰς ἔταξαν,
ἕτερος ὑπολαμβάνοντες, ἐξαμάρτωμεν. Ὅτι γὰρ ὀπὶ
τὸν λόγον ἀνοιστέον ἅπαντα, καὶ παρ' αὐτῶν ἐκείνων ὀπὶ
λαβεῖν. Τῇ μὲν γὰρ ἑβδόμῃ ὀπὶ δέκα τῶν φθόρτων μηνὸς
ἑορτάζοντες τῷ Ἑρμεῖ, μέλι καὶ σῦκον ἐσθίουσιν, ὀπιλέ-
γοντες, ΓΛΤΚΥ Η ΑΛΗΘΕΙΑ. Τὸ δὲ τῆ Ἴσιδος φυλακ-
τήριον, ὃ περιάπτεσθαι μυθολογοῦσιν αὐτῇ, ἑρμηνεύε-
ΦΩΝΗ ΑΛΗΘΗΣ. Τὸν δὲ Ἁρποκράτη ὅτε θεὸν ἀτελῆ
C καὶ νήπιον, ὅτε χεροπῶν τινα νομιστέον, ἀλλὰ τῶ περὶ
θεῶν ἐν ἀνθρώποις λόγου νεαρῶ καὶ ἀτελῶς καὶ ἀδιαρ-
θρώτω προσφέροντι καὶ σοφρονιστῇ· διὸ τῷ φόβῳ τὸν

B. 5. ἱστίους] Sic Baſ. Xyl. E. Mez. Squir. Vulgo ἱστίους.

B. 5. ἐπὶ τὸν λόγον ἀναστέον] Ita præbuit Exempl. Turneb. quocum conſentit varia lectio in marg ne Venet. codicis ἀναστέον. Meziriacus haud inepte περὶ τὸν λόγον ἀναστέον. Vulgo περὶ τὸν λόγον ἀναστέον.

B. 11. Θεὸν ἀτελῆ] Sic E. Ald. Baſ. Xyl. Vulgo Θεῶν.

comparata ſolam a Deo prima in ſede collocatam, ac donarii ſacri et ſpectaculi conditione ornatam fuiſſe: ſed eos, qui primi de hoc deo philoſophati ſunt, ita hoc dictum recepiſſe ac probaſſe, quod aut ejus vim quandam peculiarem et inſignem perſpicerent, aut hac nota et teſſera feriæ alicujus rei uti vellent. Qua de re quæſtionem cum ſæpenumero in ſchola propoſitam ſenſim declinando evitaviſſem, nuper deprehenſus ſum a filiis cum hoſpitibus quibuſdam concertans, quos ſtatim Delphis abituros decorum non erat aut differre, aut excuſando repudiare aliquid omnino audire cupientes. Cum ergo apud templum conſediſſemus, et alia ipſe inquirere, alia ex iſtis interrogare cœpiſſem: ipſe locus, ipſaque diſputatio eorum memoriam mihi renovavit, quæ quo tempore Nero apud Delphos eſt peregrinatus, eodem in loco eademque quæſtione oborta Ammonium diſſerere audiveramus.

β'. Ὅτι μὲν γὰρ οὐχ ἧττον ὁ θεὸς φιλόσοφος ἢ μάντις, ἐδόκει πᾶσιν ὀρθῶς τοῖς τοῦτο τοῦ ὀνόματος ἔκαστον Ἀμμώνιος πίθεσθαι, καὶ διδάσκειν ὡς Πύθιος μὲν ὀνομάζοιτο τοῖς ἀρχομένοις μανθάνειν καὶ διαπυνθάνεσθαι· Δήλιος δὲ καὶ Φαναῖος, οἷς ἤδη τι δήλυται καὶ ἐπιφαίνεται τῆς ἀληθείας· Ἰσμήνιος δὲ, τοῖς ἔχουσι τὴν ἐπιστήμην· καὶ C Λεσχηνόριος δὲ, ὅταν συνεργῶσι καὶ συναλαύωσι, χρώμενοι τῷ διαλέγεσθαι καὶ φιλοσοφεῖν πρὸς ἀλλήλους. Ἐπεὶ δὲ τῆς φιλοσοφεῖν, ἔφη, τὸ ζητεῖν, τὸ θαυμάζειν καὶ ἀπορεῖν, εἰκότως τὰ πολλὰ τοῦ περὶ τὸν θεὸν ἔοικεν αἰνίγμασι κατακεκρύφθαι, καὶ λόγον τινὰ ποθεῖσθαι διά τι, καὶ διδασκαλίαν τῆς αἰτίας· οἷον ὅτι τῆς πυρὸς τῆς ἀθανάτου, τὸ καίεσθαι μόνον αὐτόθι τοῦ ξύλων ἐλάτην, καὶ δάφνην ὀπτᾶσθαι, καὶ τὸ δύο Μοίρας ἱδρύσθαι, πανταχοῦ τριῶν νομιζομένων· καὶ τὸ μηδεμιᾷ γυναικὶ

B. 7. ἐδόκει] Sic, loco vulgati δοκεῖ Xyl. Anon. T. V.

C. 2. Λεσχηνόριος δὲ] Re ipſa jubente recepi cum Baſ. Xyl. Amiot. Mez. R: loco vitioſi λέσχην ἐμοὶς δεῖ.

C. 6. συνεσθίοντα] Legendum συνεδῶν τῶν: quorum prius eſt in Ven. a ſecunda manu.

II. Jam primum omnibus Ammonius recte videbatur eo Dei iſtius nomina accommodaſſe, ut non minus philoſophum eum quam vatem eſſe oſtenderet: ac docuiſſe, Pythium vocari iis, qui diſcere incipiunt et percunctantur: Delium autem et Phaneum iis, quibus jam aperitur et eluceſcit veritatis aliquid: Iſmenium ſcientibus: Leſchenorium, iis qui jam utuntur ac fruuntur ſcientia, et inter ſe diſputant ac philoſophantur. Quoniam autem philoſophiæ eſt inquirere, mirari, dubitare: aiebat non abs re pleraque de Diis occultata eſſe ænigmatis, rationemque aliquam et cauſæ explicationem deſiderare: verbi gratia, cur ad ignem ſempiternum de omnibus lignis ſola uratur abies; cur ſola laurus ſuffiatur: cur duæ ſint poſitæ Parcæ, cum ubique tres cenſeantur: cur nulli mulieri liceat ad cortinam acce-

πρὸς τὸ χρηστήριον τὸ εἰ) προσελθεῖν· καὶ τὸ τῦ τρίποδος·
D καὶ ὅσα τοιαῦτα, τοῖς μὴ παντάπασιν ἀλόγοις καὶ ἀψύχοις ὑφειμένα δελεάζει καὶ προκαλεῖ πρὸς τὸ σκοπεῖν τι καὶ ἀκούειν καὶ διαλέγεσθαι περὶ αὐτῶν. Ὅρα δὲ καὶ ζητεῖ τὰ προγεγράμματα, τὸ ΓΝΩΘΙ ΣΑΥΤΟΝ, καὶ τὸ ΜΗΔΕΝ ΑΓΑΝ, ὅτις ζητήσας κεκίνηκε φιλοσόφους, καὶ ὅσων λόγων πλῆθος ἀφ' ἑκάστου, καθάπερ ἀπὸ σπέρματος ἀναπέφυκεν· ὧν οὐδενὸς ἧττον οἶμαι γόνιμον λόγον τὸ εἰ) τῦ ζητεῖσθαι.

γ'. Εἰπόντος δὲ ταῦτα τῦ Ἀμμωνίου, Λαμπρίας ὁ ἀδελφὸς εἶπεν, Καὶ μὴν ὃν ἡμεῖς ἀκηκόαμεν λόγον ἁπλοῦς τις ὢν καὶ κομιδῇ βραχύς· λέγουσι γὰρ ἐκείνους
E τοὺς σοφούς, ὑπ' ἐνίων δὲ σοφιστὰς προσαγορεύεσθαι, αὐτοὺς μὲν τοὺς εἰ) πέντε, Χίλωνα καὶ Θαλῆν καὶ Σόλωνα καὶ Βίαντα καὶ Πιττακόν· ἐπεὶ δὲ Κλεόβουλος ὁ Λινδίων τύραννος, εἶτα Περίανδρος ὁ Κορίνθιος, οὐδὲν αὐτοῖς

D. 6. ὧν] P. ἔτι.
D. 7. τὸ] A. B. P. Vulgo τό.
D. 10. ἀδελφὸς] Ven. Bas. Xyl. Mez. Vulgo Δελφός.

dere: quæ tripodis ratio: atque alia, quæ non plane brutis et dementibus ſubmiſſa, alliciunt eos, et ad conſiderandum audiendumque et diſſerendum aliquid de iis incitant. Iſta quoque vide veſtibulo præſcripta, *Noris teipſum*, ac, *Ne quid nimis*, quantas philoſophorum excitarint diſputationes, quantaque de ſingulis ſermonum multitudo tanquam e ſemine pullularit. Quarum equidem nulli præſentem quæſtionem fœcunditate cedere exiſtimo.

III. Hæc locuto Ammonio, Lamprias frater meus: Atqui, inquit, ratio quam nos adduci audivimus ea de re, perbrevis eſt ac ſimplex. Dicunt enim ſapientes iſtos, qui a nonnullis ſophiſtæ appellantur, numero fuiſſe quinque, Chilonem, Thaletem, Solonem, Biantem, Pittacum. Poſtquam vero Cleobulus Lindiorum tyrannus, et Periander Corin-

ἀρετῆς μετὸν οὐδὲ σοφίας, ἀλλὰ δυνάμει καὶ φίλοις καὶ χάρισι καταβιαζόμενοι τὴν δόξαν, ἐνέβαλον εἰς τὸνομα τῶν σοφῶν, καὶ τινας γνώμας καὶ λόγους ἐξέπεμπον, καὶ διέσπειρον εἰς τὴν Ἑλλάδα τοῖς ὕστερον ἐκείνων λεγομένοις ὁμοίους, δυσχεράναντας ἄρα τοὺς ἄνδρας, ἐξελέγχειν μὴ σὺν ἐθέλειν τὴν ἀλαζονείαν, οὐδὲ φανερῶς ὑπὲρ δόξης ἀπεχθάνεσθαι καὶ διαμάχεσθαι τοῖς ἀνθρώποις F μέγα δυναμένοις· ἐκεῖθεν δὲ συνελθόντας αὐτοὺς καθ' ἑαυτούς, καὶ διαλεχθέντας ἀλλήλοις, ἀναθεῖναι τὸ γράμματον ὃ τῇ τε τάξει πεμπτόν ἐστι καὶ τῷ ἀριθμῷ τὸ πέντε δηλοῖ· μαρτυρομένους μὴ ὑπὲρ αὐτῶν τοῖς τὸν θεὸν ὅτι πέντε εἰσί, τὸν δὲ ἕβδομον καὶ τὸ ἕκτον ἀποποιουμένους καὶ ἀποβάλλοντας, ὡς οὐ προσήκοντας αὐτοῖς. Ὅτι δὲ οὐκ ἀπὸ σκοποῦ ταῦτα λέγεται, γνοίη τις ἂν ἀκούσας τῶν περὶ τὸ ἱερόν, τὸ μὲν χρυσοῦν ΕΙ Λιβίας τὸ Καίσαρος γυναικὸς ὀνομαζόντων, τὸ δὲ χαλκοῦν Ἀ-

E. 8. διίστειρα] A. T. Xyl. Mez. Vulgo διίσπειρον.
E. 9. ἑμοίους] B. Ven Vulgo ὁμοίους.
F. 5. μαρτυρομένους] Ven. R. Vulgo μαρτυρομένους.

thius, quanquam virtutis eſſent ſapientiæque expertes, potentia, amicis, officiiſque vim famæ fecerunt, et ſe in nomen ſapientum ingeſſerunt, itidemque ut quinque illi ſententias quaſdam et dicta emiſerunt ac per Græciam ſparſerunt: ibi tum quinque iſtos, qui moleſte hoc ferrent, arrogantiam quidem horum refellendum, aut de gloria palam inimicitias ſuſcipiendum, et contendendum cum præpotentibus viris non cenſuiſſe: ipſos autem huc conveniſſe, interque ſe collocutos, literam eam, quæ et in ordine eſt quinta, et quinque numerum deſignat, dedicaviſſe, coram Deo proteſtatos ſe quinque numero eſſe, ac ſextum et ſeptimum ut nihil ad ſe pertinentes repudiaſſe et abdicaſſe. Quæ non dici abs re, cognoſcere poteſt ſi quis audiat eos quibus templi cura eſt commiſſa. EI enim aureum illi Liviæ Auguſtæ nominant, æreum Athenienſium, ligneum au-

386 θλωαίων· τὸ δὲ πρῶτον καὶ παλαιότατον, τῇ δὲ ὑσίᾳ ξύλινον, ἐπὶ νεῶ τῶν σοφῶν καλοῦσιν, οὐχ ἑνός, ἀλλὰ κοινὸν ἀνάθημα πάντων γενόμενον.

δ'. Ὁ μὲν οὖν Ἀμμώνιος ἡσυχῇ διεμειδίασεν, ὑποτοπήσας ἰδίᾳ τὸν Λαμπρίαν δόξῃ κεχρῆσθαι, πλάττεσθαι δ' ἱστορίαν καὶ ἀκοὴν ἑτέρων πρὸς τὸ ἀνυπεύθυνον. Ἕτερος δέ τις ἔφη τῶν παρόντων, ὡς ὅμοια ταῦτ' ἔστιν οἷς πρόσθεν ὁ Χαλδαῖος ἐφλυάρει ξένος, ἐπὶ μὲν τῇ τὰ φωνὰ ἰδίαν ἀφιέντα τῶν γραμμάτων, ἐπὶ δὲ τὴν κίνησιν αὐτοτελῆ καὶ ἀσύνδετον ὑπ' οὐρανῷ κινουμένους
B ἀστέρας· τῇ δὲ τάξει δεύτερον τότε ΕΙ τῶν φωνηέντων ἀπ' ἀρχῆς, καὶ τὸν ἥλιον ἀπὸ σελήνης τῶν πλανητῶν· ἡλίῳ δ' Ἀπόλλωνα τὸν αὐτὸν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, πάντας Ἕλληνας νομίζειν· ἀλλὰ ταυτὶ μὲν, ἔφη, παντάπασιν οὐ πίνακος καὶ πυλαίας· ὁ δὲ Λαμπρίας ἔλαθεν, ὡς ἔοικε, τοὺς ἀφ' ἱερῶν κινήσας ὑπὲρ τὸν αὑτοῦ λόγον· ἃ μὲν γὰρ ἐκεῖνος εἶπεν, οὐδεὶς ἐγίνωσκε Δελφῶν, τὸ δὲ κοινὴν

tem, antiquiſſimum ac primum omnium, hodieque ſapientum appellant, non ab uno, ſed communiter ab omnibus dedicatum.

IV. Ad hæc Ammonius placide ſubriſit, ſuſpicatus Lampriam peculiari quadam opinione duci, et ne ejus rationem cogeretur reddere, fingere hiſtoriam ab aliis ſe audiviſſe. Alius autem quidam de iis qui una aderant, ſimile aiebat eſſe hoc nugis quas proxime Chaldæus hoſpes protuliſſet; ſeptem ſcilicet eſſe vocales literas, ſeptem in cœlo ſtellas quæ ſuo proprio et primi cœli motui non alligato ferantur motu. E autem eſſe in ordine vocalium ſecundam ab initio, et Solem a Luna ſecundum: omnes autem fere Græcos uno ore eundem cum Apolline Solem perhibere. Verum iſthæc plane ſunt inepta et trivialia. Cæterum Lamprias non ſenſerat ſe templi curatores commoviſſe adverſus ſuam orationem. Quæ enim ipſe dixit, ea nemo Delphorum agnoſcebat; ſed communem ii et

καὶ παρεισπαίειν δόξαν εἰς τὸ μέσον παρῆγον, ὅτε τὴν ὄψιν ἀξιοῦντες, ὅτε τὸν φθόγγον, ἀλλὰ τοὔνομα μόνον τῶν γραμμάτων ἔχειν τι σύμβολον.

ε'. Ἔστι γὰρ ὡς ὑπολαμβάνουσι Δελφοὶ, καί τε C παρηγορῶν ἔλεγε Νίκανδρος ὁ ἱερεὺς, σχῆμα καὶ μορφὴ τῆς πρὸς τὸν θεὸν διατεύξεως, καὶ τάξιν ἡγεμονικὴν ἐν τοῖς ἐρωτήμασιν ἔχει τῶν χρωμένων ἑκάστοτε, ἢ ἀφαιρουμένων Εἰ νικήσουσιν, Εἰ γαμήσουσιν, Εἰ συμφέρει πλεῖν, Εἰ γεωργεῖν, Εἰ ἀποδημεῖν. Τοῖς δὲ διαλεκτικοῖς χαίρειν ἔλεγε σοφὸς ὢν ὁ θεὸς, οὐδὲν οἰομένοις εἶναι τὸ εἰ μόριον, καὶ τὸ μετ' αὐτὸ ἀξίωμα παντελῶς γίνεσθαι, πάσας τὰς ἐρωτήσεις ὑποτεταγμένας τούτῳ καὶ νοῦν ὡς πράγματα καὶ πρόσωπον. Ἐπεὶ δὲ ἴδιον τὸ ἐρωτᾶν ὡς πρὸς μάντιν ἐστὶν ἡμῖν, καὶ τὸ εὔχεσθαι κοινὸν ὡς πρὸς D

C. 1. καὶ τι παρηγορῶν] Ita fere libri omnes. Forte καὶ τότε παρηγορῶν; καὶ τότε παρὼν, ut verti, et jam Amiotus reddidit.
C. 2. ὄχημα] Forte σχῆμα Mez.
C. 7. οἰομένοις] Xyl. Am. Mez. Vulgo οἰόμενος.
C. 8. μεῖον] Forte μόνου.
C. 10. ἐρωτᾶν ἀς] Ita D. ὡς vulgo deeſt.

interpretum opinionem in medium producebant, contendentes neque formam, neque ſonum, ſed ſolum nomen literæ notare aliquid.

V. Eſt enim, ut Delphi opinantur, et Nicander ſacerdos tum præſens dicebat, quaſi vehiculum et forma ſermonis quo deum compellant homines, ſyllaba EI, (quod Latine *Si* dixeris) principemque locum obtinet in interrogationibus: dum conſultores identidem quærunt ac ſcitantur, *Si victoria ſint potituri, Si ducenda uxor, Si expediat navigare, Si agriculturam exercere, Si peregrinari.* Dialecticis autem valere juſſis Apollo ſapiens Deus, qui ex particula SI et pronunciato ei adjuncto nullam cenſent confici rem, omnes interrogationes huic ſubjunctas particulæ pro rebus accipit et admittit. Quoniam autem nobis proprium eſt interrogare ut vatem, commune autem invocare ut deum; exiſtimant literam illam

θεὸν, οὐχ ἧττον οἴονται τῆς ὠδυσσῆς ἢ εὐκτικὴν τὸ γράμμα τοῦτο ἔχειν δύναμιν. Εἰ γὰρ ὄφελον, φησὶν ἕκαστος τῶν εὐχομένων· καὶ Ἀρχίλοχος,

Εἰ γὰρ ὡς ἐμοὶ γένοιτο χεῖρα Νεοβούλης θίγειν.

Καὶ τῷ εἴθε τὸν δευτέραν συλλαβὴν παρέλκεσθαί φησιν, οἷον τὸ Σώφρονος, Ὅμα τέκνων θὼ δευομένα· καὶ τὸ Ὁμηρικὸν,

Ὡς θὴν κε σὸν ἐγὼ λύσω μένος ——

τὸ δὲ τῷ ΕΙ τὸ εὐκτικὸν καὶ ἀποχρώντως δηλοῦσθαι.

ς'. Ταῦτα τοῦ Νικάνδρου διελθόντος, οἶδα γὰρ δή
Β Θέωνα τὸν ἑταῖρον, ἤρετο τὸν Ἀμμώνιον εἰ ἀφελεκτικῇ παῤῥησίας μέτεστιν ὕστερον ἀφορισμένῃ· τοῦ δ' Ἀμμωνίου λέγειν ἀποκελευομένου καὶ βοηθεῖν, Ἀλλ' ὅτι μοὶ, ἔφην, ἀφελεκτικώτατός ὁ θεός ἐστιν, οἱ πολλοὶ τῶν χρησμῶν δηλοῦσι· τὸ γὰρ αὐτὸν δήπουθέν ἐστι καὶ λύειν καὶ ποιεῖν ἀμφιβολίας. Ἔτι δ', ὥσπερ Πλάτων ἔλεγε, χρησμοῦ δοθέντος, ὅπως τὸν ἐν Δήλῳ βωμὸν διπλασιάσωσιν, ὁ

D. 5. ὡς ἐμοὶ] Forte ἐξ ἐμοί. R.
D. 6. φησὶν] Forte φασὶν Mez.
D. 7. Ὅμα] Ἅμα A. B. D. Baſ.

EI, ſive SI, non minus optandi quam interrogandi ſignificationem habere. Optantes enim dicimus, *Si mihi contingeret:* et Archilochus,

— *Si mihi*
Manum liceret Neobules tangere meæ.

Et in ΕΙΘΕ poſterior ſyllaba ΘΕ, ut aiunt, locum implet, nihil ſignificat, ut et particula ΘΗΝ, apud Sophronem et Homerum: ſed EI optandi vim habet ſufficientem.

VI. Hæc cum dixiſſet Nicander, Theo ſocius noſter, notus (opinor) tibi, ex Ammonio quæſivit, libertaſne relicta eſſet dicendi dialecticæ, tanta affectæ ignominia. Et Ammonio dicere, opemque ei ferre jubente: At vero, inquit, artis hujus peritiſſimum eſſe Apollinem, pleraque oracula oſtendunt: eſt enim ejuſdem nimirum ſolvere et texere ambiguitatem. Jam ſicut Plato dicebat oraculo dato, quod aram Delphicam duplam prioris facere juberet,

τῆς ἄκρας ἕξεως περὶ γεωμετρίαν ἔργον ἐστίν, ἢ τοῦτο προστάττειν τὸν θεὸν, ἀλλὰ καὶ γεωμετρεῖν διακελεύεσθαι, τοῖς Ἕλλησιν· οὕτως ἄρα χρησμὸς ἀμφίβολος ὠφέλιμον F
ὁ θεὸς, αὔξει καὶ σωίζησι διαλεκτικὴν, ὡς ἀναγκαίαν τοῖς μέλλουσιν ὀρθῶς αὐτῷ συνήσειν. Ἐν δὲ διαλεκτικῇ δήπου μείζω ἔχει δύναμιν ὁ συναπτικὸς ἑτοσὶ σύνδεσμος, ἅτε δὴ τὸ λογικώτατον σχηματίζων ἀξίωμα· πῶς γὰρ ἂν τοῦτο τὸ σωημμένον, εἰ μὴ τὴν ὑπάρξεως τῶν πραγμάτων ἔχει καὶ τὰ θηρία γνῶσιν, ἀκολούθου δὲ θεωρίαν καὶ κρίσιν ἀνθρώπῳ μόνον παρέδωκεν ἡ φύσις. Ὅτι γὰρ ἡμέρα ἐστὶ καὶ φῶς ἐστιν, αἰσθάνονται δὴ καὶ λύκοι καὶ κύνες καὶ ὄρνιθες· ὅτι δὲ εἰ ἡμέρα, φῶς 387
ἐστιν, οὐδὲν ἄλλο συνίησι, πλὴν ἄνθρωπος, ἡγεμὼν καὶ λήπτορος, ἐμφάσεώς τε καὶ συναρτήσεως τούτων πρὸς ἄλληλα καὶ σχέσεως καὶ διαφορᾶς μόνος ἔχων ἔννοιαν, ἐξ ὧν αἱ ἀποδείξεις τὴν κυριωτάτην ἀρχὴν λαμβά-

A. 4. μόνος] Sic A. B. D. Ven. Mez. Vulgo μόνον.

(quod ſummæ eſt rerum geometricarum peritiæ opus) non de ara Deum fuiſſe locutum, ſed Græcis hoc modo mandaviſſe ut geometriæ darent operam: ita ſane ambigua edens oracula Apollo, auget commendatque dialecticam, qua ſcilicet opus habeant qui ipſum velint intelligere. In dialectica autem maximam vim habet conjunctio SI, eam componens enunciationem, quæ omnium maxime rationi humanæ congruit. Quidni enim eam vim habet Syllogiſmus Connexus? cum etiam bruta rerum ſubſtantiæ habeant notitiam: conſiderationem autem et judicium conſequentiæ ſoli homini natura dederit. *Eſſe enim diem, eſſe lucem*, ſentiunt nimirum et lupi, et canes, et aves: quod autem *Si lux eſt, dies ſit*, nullum excepto homine animal intelligit: ſolus enim homo antecedentis et conſequentis, et ſignificationis horum atque connexionis, mutuique reſpectus et diſcriminis notionem percipit, ex qua demonſtrationum principium

νεσιν. Ἐπεὶ τοίνυν φιλοσοφία μὲν περὶ ἀληθειάν ἐστιν, ἀληθείας δὲ φῶς ἀπόδειξις, ἀποδείξεως ἀρχὴ τὸ συνημμένον, εἰκότως ἡ τοῦτο συνέχουσα καὶ ποιοῦσα δύναμις ὑπὸ σοφῶν ἀνδρῶν τῷ μάλιστα τιμᾷ ἀλήθειαν ἠγαπη-
B κότι θεῷ καθιερώθη· καὶ μάντις μὲν ὁ θεὸς, μαντικὴ δὲ τέχνη περὶ τὸ μέλλον, ἐκ τῶν παρόντων ἢ παρῳχημένων. Οὐδενὸς γὰρ ἐστ' ἀναίτιος ἡ γένεσις, οὔτ' ἄλογος ἡ προγνωσις· ἀλλ' ἐπεὶ πάντα τοῖς γεγονόσι τὰ γιγνόμενα, τά τε γενησόμενα τοῖς γιγνομένοις ἕπεται καὶ συνήρτηται, τὴν διέξοδον ἀπ' ἀρχῆς εἰς τέλος περαίνουσαν, ὁ τὰς αἰτίας εἰς ταὐτὸ συνδεῖν τε πρὸς ἄλληλα καὶ συμπλέκειν φυσικῶς ἐπιστάμενος, οἶδε καὶ προλέγειν

— τά τε ἐόντα τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα.

Καὶ καλῶς Ὅμηρος πρῶτον ἔταξε τὰ παρόντα, εἶτα τὸ μέλλον καὶ τὸ παρῳχημένον. Ἀπὸ γὰρ τοῦ ὄντος ὁ

B. 7. συνδεῖν] A. B. D. Mez. Vulgo συνιδεῖν.
B. 8. προλέγειν] D. Mez. Vulgo προλέγει.

petitur præcipuum. Quoniam autem philoſophia verſatur circa veritatem, lux veritatis eſt demonſtratio, hujus principium eſt Syllogiſmus Connexus; convenienter ea particula quæ vim habet hanc conficiendi et continendi, a ſapientibus hominibus ei Deo conſecrata fuit, qui maxime diligit veritatem. Vates ergo eſt Deus, ars Vatis autem circa futura verſatur, quæ colliguntur ex præſentibus aut præteritis. Nullius enim rei vel ſine cauſa eſt ortus, vel ſine ratione prænotio: ſed cum omnia præſentia præteritis, omnia futura præſentibus connexa ſint et alterum ex altero ſequatur progreſſu ab initio ad finem pertendente; is qui cauſas naturalibus rationibus colligare inter ſe et contexere poteſt, is novit etiam prædicere

Quæ ſunt, quæ venient poſtea, quæ præterierunt.

Et præclare Homerus primo loco poſuit præſentia, deinde futura et præterita. Nam e connexi natura ducitur ratio-

συλλογισμὸς κατὰ τὴν τῶ συνημμένου δύναμιν· ὡς, εἰ C
τόδ' ὄστι, τόδε προηγεῖται· καὶ πάλιν, εἰ τόδε ὄστι,
τόδε γενήσεται· τὸ γὰρ τεχνικὸν καὶ λογικὸν, ὥσπερ
εἴρηται, γνῶσις ἀκολουθίας· τὴν δὲ πρόσληψιν ἡ αἴσ-
θησις τῷ λόγῳ δίδωσιν· ὅθεν, εἰ καὶ αἰσχρὸν εἰπεῖν, οὐκ
ἀποτρέψομαι τοῦτον εἶναι τὸν τῆς ἀληθείας τρίποδα τὸν
λόγον, ὃς τὴν τῶ λήγοντος πρὸς τὸ προηγούμενον ἀκο-
λουθίαν βέβαιος, εἶτα προσλαβὼν τὴν ὕπαρξιν, ἐπάγει
τὸ συμπέρασμα τῆς ἀποδείξεως. Τὸν οὖν Πύθιον, εἰ
δὴ μουσικῆ τε ἥδεται, καὶ κύκνων φωναῖς καὶ κιθάρας
ψόφοις, τί θαυμαστὸν ὄστι διαλεκτικῆς φιλίᾳ τοῦτο ἀσπά- D
ζεσθαι τῶ λόγω τὸ μέρος καὶ ἀγαπᾶν, ᾧ μάλιστα καὶ
πλείστῳ προσχρωμένους ὁρᾶ τοὺς φιλοσόφους; Ὁ δ' Ἡρα-
κλῆς ὅπου τὸν Προμηθέα λελυκώς, οὐδὲ τοῖς περὶ τὸν
Χείρωνα καὶ Ἄτλαντα σοφισταῖς διειλεγμένος, ἀλλὰ νέ-
ος ὢν καὶ κομιδῆ Βοιώτιος, ἀναιρῶν τὴν διαλεκτικὴν καὶ

C. 5. αἰσχρὸν] Lege γλίσχρον.
C. 6. ἀποτρέψομαι] Sic B. D. ἀποστρέφομαι Ven. Vulgo ἀποστρέψομαι. Proxime τοῦτον A. B. Ven. Vulgo τοῦτο.
C. 7. ὃς τῶ] Sic A. B. D. Ven. Ald. Vulgo ὁ τοῦ.

cinatio: *Si hoc eſt, iſtud præceſſit*, et *Si hoc eſt, iſtud fiet.* Artificioſa enim, ut dixi, res eſt, et ab humana proficiſcitur ratione cognitio conſequentiæ: aſſumptionem autem ſenſus rationi præbet. Itaque etſi jejunum videtur, tamen non verebor dicere, tripodem nihil eſſe aliud quam rationem veritatis: quæ, poſita ejus quod eſt ad antecedens conſecutione, deinde aſſumens rem exſtantem, concluſionem demonſtrationis infert. Quid mirum autem, ſi Apollo, qui Muſica delectatur, et olorum cantu, citharæque ſono, ob amorem dialecticæ hanc particulam amplectitur et diligit, qua maxime et crebro uti videt philoſophos? Hercules autem, cum nondum ſolviſſet Prometheum, neque cum Chirone et Atlante ſophiſtis collocutus fuiſſet, juvenis etiamnum ac plane Bœotius, dialecticam abolens, et illud

καταγελῶν τῶ Ε τὸ θεῖον, τὸ δεύτερον ὑποσπᾶν ἔδοξε βίᾳ τὸν τρίποδα καὶ διαμάχεσθαι πρὸς τὸν θεὸν ὑπὲρ τῆς τέχνης· ἐπεὶ προϊόντι γε τῷ χρόνῳ καὶ
E οὗτος ἔοικε μαντικώτατος ὁμοῦ γενέσθαι καὶ διαλεκτικώτατος.

Ζ. Παυσαμένου δὲ τοῦ Θέωνος, Εὔστροφον Ἀθηναῖον οἶμαι τὸν εἰπόντα εἶναι πρὸς ἡμᾶς, Ὁρᾶς ὡς ἀμύνει τῇ διαλεκτικῇ Θέων προθύμως, μονονοὺ τῷ λεοντῆν ἐπενδυσάμενος· οὔπω ὑπ' ἡμᾶς τὰς πάντα συλλήβδην πράγματα καὶ φύσις καὶ ἀρχὰς θείων ὁμοῦ καὶ ἀνθρωπείων ἐν ἀριθμῷ πεπεμένους, καὶ πολὺ μάλιστα τῶν καλῶν καὶ τιμίων, τοῦτον ἡγεμόνα ποιουμένους καὶ κύριον, εἰδὼς ἡσυχίαν ἄγειν, ἀλλ' ἀπάρξασθαι τῷ θεῷ τῆς φίλης
F μαθηματικῆς, αὐτὸ μὴ ἐφ' ἑαυτῷ μήτε δυνάμει, μήτε μορφῇ, μήτε τῷ ῥήματι τὸ Ε τῶν ἄλλων γοητειῶν διαφέ-

E. 5. μονονὺ] Sic A. μονουχὶ T. V. B. Vulgo μουνχί.
E. 6. ὅτου] Forte ὕτιος, vel ὡσεῖ ut R.
E. 10. εἰδὼς] Forte legendum εἰκὸς, ut Exempl. Turn. Anon. V. Amiot.
F. 1. μαθηματικῆς, αὐτὸ] Inter has duas voces vulgo eſt βυλομένους: quod delevi cum B. Ven. Xyl. Amiot.
F. 2. τὸ E] Ita D. Mez. Vulgo τῷ E.

SI, ac deridens primum, creditus eſt vi abſtuliſſe iterum tripodem, et de arte cum deo dimicaſſe. Nam aucta quidem ætate, ipſe quoque et divinationis et dialecticæ factus eſt peritiſſimus.

VII. Ut finem dicendi fecit Theo, Euſtrophus Athenienſis fuit, ut puto, qui ad nos dixit: Viden' quam alacriter Theo dialecticam tueatur, tantum non leonis indutus exuvium? ne nos quidem porro, qui omnes in una ſumma res, naturas, principia divinarum juxta humanarumque rerum, numeris adſignamus, numerumque multo maxime omnium pulchrarum bonarumque rerum facimus principem ac dominum, convenit quieſcere, ſed primitias charæ mathematices deo offerre; quippe qui ſtatuamus EI illud neque virium, neque formæ, neque ſignificationis gratia quicquam ab aliis differre

ρειν ἡγεμόνας, ὡς δὲ μεγάλας πρὸς τὰ ὅλα καὶ κυρίους σημεῖον ἀριθμῷ προτετιμῆσθαι τῆς πεμπάδος, ἀφ' ἧς τὸ ἀριθμεῖν οἱ σοφοὶ πεμπάζειν ὠνόμαζον. Ταῦτα δὲ πρὸς ἡμᾶς ἔλεγεν ὁ παίζων ὁ Εὔστροφος, ἀλλ' ἐπεὶ τὰ μικρὰ προσεκείμην τοῖς μαθήμασιν ἐμπαθῶς, τάχα δὲ μέλλων εἰς πάντα τιμήσειν τὸ Μηδὲν ἄγαν, ὡς Ἀκαδημία γενόμενος.

η'. Εἶπον οὖν, χάλλιστα τὴν Εὔστροφον τῷ ἀριθμῷ λύειν τὴν ἀπορίαν. Ἐπεὶ γὰρ, ἔφην, εἰς τὸ ἄρτιον νενεμημένα πάντως ἀριθμὸν καὶ ὃ περιττὸν, ἡ μὲν μονὰς ἀμφοτέρων ὀπί- 388
κοινός ὀστι τῇ δυνάμει· διὸ καὶ προστιθεμένη τὸν μὲν περιττὸν ἀριθμὸν ἄρτιον ποιεῖ, τὸν δὲ ἄρτιον πρωτίον· ἀρχὴν δὲ τοῦ μὲν ἀρτίου τὰ δύο, τοῦ δὲ πρωτίου τὰ τρία ποιοῦνται· τὰ δὲ πέντε γεννᾶται τούτων πρὸς ἀλλήλους μεγνυμένων· εἰκότως ἔχοντα τιμὴν, πρῶτος ὢν

F. 3. καὶ κυρίως] ὡς addidi ex Ven.
F. 4. προτετιμῆσθαι] Forte τετιμῆσθαι ut B. Ven.
F. 8. δὲ μέλλων] Forte δὴ μέλλων.
A. 5. ποιοῦνται] A. P. Xyl. Vulgo ποιοῦντα.

literis: ſed judicemus hoc honore eximio ornatum eſſe, ut notam quinarii, cujus numeri magna eſt in univerſam naturam vis: quem nos *pemptada*, et ab eo ſapientes *pempazein* numerare appellant. Hæc ille ad nos dicebat, non joco, ſed quia tum mathematibus ego ardenti ſtudio animi operam navabam: mox, ut verſans in Academia, ubique magni facturus vocem illam, *Ne quid nimis*.

VIII. Ad hæc itaque ego ſic reſpondi: Dubitationem Euſtrophus optime numero ſolvit. Cum enim numerus in parem ac imparem dividatur, et unitas facultate utrique generi ſit communis, quippe quæ pari addita imparem, impari adjecta parem conficit numerum: principium autem paris numeri duo, ternio imparis ſtatuatur; Quinarius ex his duobus compoſitis conflatus, merito in honore eſt, utpote primus ex primis confectus, nominatur-

πρώτων ἀποτελούμενος, καὶ ΓΑΜΟΣ ἐπωνόμασαι τὴ τῦ ἄρτου φύσις τὸ θῆλυ, θέσιν δὲ αὖ πρὸς τὸ ἄρρεν ὁμοιότητι· ταῖς γὰρ εἰς ἴσα τομαῖς τῶν ἀριθμῶν, ὁ μὲν ἄρτιος πάντη διῃρημένος οὐδὲν λείπει τινὰ, δεκτικὸν ἀρχῆς οἷον ἐν ἑαυτῷ καὶ χώραν· ὁ δὲ περ
B θέσιν τὸ αὐτὸ πάσχοντι, μέσον ἀεὶ περίεστι τῆς νεμήσεως γόνιμον· ἢ γονιμώτερός ἐστι τῦ ἑτέρου, καὶ μιγνύμενος ἀεὶ κρατεῖ, κρατεῖται δὲ οὐδέποτε· γίνεται γὰρ ἐξ ἀμφοῖν κατ' οὐδεμίαν μῖξιν ἄρτιος, ἀλλὰ κρείττων πάσης θέσεως. Ἔτι δὲ μᾶλλον αὐτὸς ὑπερβάλλων αὑτὸν καὶ συντιθέμενος, δείκνυσι τὴν διαφορὰν ἑκάτερος· ἄρτιος μὲν γὰρ οὐδεὶς ἀρτίῳ συνελθὼν θέσιν παρέσχεν, οὐδ' ἐξέβη τὸ οἰκεῖον ὑπ' ἀσθενείας ἀπόγονος ὢν ἑτέρου καὶ ἀπελής· θέσεις δὲ μιγνύμενοι θέσεσιν, ἀρτίους πολλοὺς
C διὰ τὸ πάντη γόνιμον ἀποτελοῦσι. Τὰς δ' ἄλλας οὐκ ἄν τις ἐν χερσὶ νῦν ἐπεξίοι δυνάμεις καὶ διαφορὰς τῶν ἀριθμῶν. Ὡς οὖν ἄρρενος τῦ πρώτου καὶ θήλεος ὁμοιό-

A. 7. ἐπωνόμασαι] B. D. Vulgo ἀπωνόμασαι.
B. 5. Ἔτι] B. T. Bongarſ. Mez. Vulgo Ἐφ'.

que Matrimonium, ob paris cum fœmina, imparis cum mare ſimilitudinem. Quando enim numeri in æquas dividuntur partes, par omnino divulſus, principium quoddam capax in ſeipſo, ſpatiumque relinquit: impari diviſo, ſemper medium reſtat gignendo aptum: itaque et fœcundior pari eſt, mixtuſque ſemper prævalet, nunquam vincitur: nunquam enim par impari mixtus parem, ſemper imparem producit. Immo omne uterque ſecum compoſitus, diſcrimen oſtendit: nunquam ſcilicet par pari adjunctus imparem procreat, neque ſuam mutare naturam poteſt, imbecillus et vi alium gignendi deſtitutus: impares, quia uſquequaque ſunt fœcundi imparibus juncti multos generant pares. Reliquas numerorum facultates ac differentias non eſt hic perſequendi locus. Proinde quinarium

τὴν τὰ πέντε γινόμενα ΓΑΜΟΝ οἱ Πυθαγόρειοι προσεῖπον. Ἔστι δὲ ἡ καὶ φύσις λέλεκται, τῷ περὶ αὐτὸν πολυπλασιασμῷ πάλιν εἰς ἑαυτὸν περαίνων· ὡς γὰρ ἡ φύσις λαβοῦσα πυρὸν ἐν σπέρματι καὶ χαμαίνη, πολλὰ μὲν ἐν μέσῳ φύει σχήματα καὶ εἴδη, δι' ὧν ὅπως τέλος ἐξάγει τὸ ἔργον, ὅπως πᾶσι δὲ πυρὸν ἀνέδειξεν, ἀποδοῦσα τὴν ἀρχὴν ἐν τῷ τέλει τῆς παντός· οὕτω τῶν λοιπῶν ἀριθμῶν ὅταν αὐτὸς πολλαπλασιάζωσιν εἰς ἑτέρους, τελευτώντων τῇ αὐξήσει, μόνος ὁ τῶν ΠΕΝΤΕ καὶ ΕΞ γενόμενος τοσαυτάκις αὐτὸς ἀναφέρουσι καὶ ἀνασώζουσιν· D ἑξάκις γὰρ ὃ ἐξ, τριακονταὲξ, καὶ πεντάκις τὰ πέντε, εἰκοσιπέντε γίνεται. Καὶ πάλιν ὁ μὲν τῶν ΕΞ ἅπαξ τοῦτο ποιεῖ, καὶ μοναχῶς αὐτὸς ἀφ' ἑαυτοῦ τετράγωνος γενόμενος· τῇ δὲ ΠΕΝΤΑΔΙ καὶ τοῦτο μὲν συμβέβηκε κατὰ πολυπλασιασμόν, ἰδίως δὲ ὃ κατὰ σύνθεσιν ἑαυτῷ, ἢ δεκάδα ποιεῖν αὐτὸς μέρος ἐπιβαλλούσης αὐτῇ, καὶ τοῦτο γίνεσθαι μέχρι παντὸς, ἀπομιμουμένῃ τὸ ἀριθμοῦ

D. 6. ἰδίως] Lege ἴδιον.
D. 6. ἑαυτὴν, ἡ δεκάδα] Vulgo καθ' ἑαυτὴν, ἓξ δεκάδα, vitiose. καθ' omiſi cum Ven. ἡ ſumpſi ex Mez. Mox ποιεῖν A. Ven. Vulgo ποιεῖ.

Pythagorei, ob ſimilitudinem congreſſus primorum maris et fœminæ Conjugium appellaverunt. Idem etiam natura dicitur, quod ſui multiplicatione in ſe redit: ſicut enim natura triticum loco ſeminis accipiens, multas alterando eo mutandoque formas interim inducens, tandem triticum reddit, in fine totius mutationis principium reſtituens: ita cum reliqui numeri in ſeſe multiplicati, incremento facto in alios deſinant: ſoli quinarius et ſenio in ſe ducti, ſeipſos referunt et conſervant. Sexies enim ſex, triginta et ſex ſunt: quinquies quinque, viginti et quinque. Verum ſenarius ſemel hoc facit, unoque duntaxat modo ex ſeipſo quadratum producit. Sed quinarius præter hunc multiplicationis fructum, ſibi ipſi adjectus denarium gignit: idque durat perpetuo: qua in re imitatur hic numerus princi-

τὸν τὰ ὅλα διακοσμοῦσαν ἀρχήν. Ὡς γὰρ ἐκείνῳ φυλάττουσαν ἐκ μὲν ἑαυτῆς τὸν κόσμον, ἐκ δὲ τοῦ κόσμου πάλιν αὖ ἑαυτῇ ἀποτελεῖν, πυρός τ' ἀνταμείβεσθαι πάντα, φησὶν ὁ Ἡράκλειτος, καὶ πῦρ ἁπάντων, ὥσπερ χρυσοῦ χρήματα, καὶ χρημάτων χρυσός· ὕτως ἡ τῆς πεντάδος πρὸς ἑαυτὴν σύνοδος οὐδέν οὔτε ἀτελὲς ὔτε ἀλλότριον γεννᾶν πέφυκεν, ἀλλ' ὡρισμένας ἔχει μεταβολάς· ἢ γὰρ αὐτὴ ἢ τὴ δεκάδα γεννᾷ, τετράγωνον, ἢ ὃ οἰκεῖον ἢ ὃ τέλειον.

Θ'. Ἐὰν οὖν ἔρηταί τις, τί ταῦτα πρὸς τὸν Ἀπόλλωνα; φήσομεν, οὐχὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸν Διόνυσον, ᾧ τῶν Δελφῶν οὐδὲν ἧττον ἢ τῷ Ἀπόλλωνι μέτεστιν. Ἀκούομεν οὖν τῶν θεολόγων τὰ μὲν ἐν ποιήμασι, τὰ δ' ἄνευ μέτρου λεγόντων καὶ ὑμνούντων, ὡς ἄφθαρτος ὁ θεὸς καὶ ἀΐδιος πεφυκὼς ὑπὸ δή τινος εἱμαρμένης γνώμης καὶ λόγῳ μεταβολαῖς ἑαυτῷ χρώμε-

D. 10. φυλάττουσαν] Mez. διαλλάττουσαν. Forte addendum ἑαυτὴν, quod vertendo expreſſi

D. 11. αὖ] A. Deeſt in B. et Ven. Vulgo vitioſe ἀφ'.

D. 11. πυρός τ' ἀνταμείβεσθαι. Recepi τ' ex B. Infinitivum ex ſententiæ neceſſitate. Vulgo πυρὸς ἀνταμείβεται.

pium illud, quod Univerſum temperat. Sicut enim Heraclitus ait, illud ſe conſervans ex ſeipſo mundum, ex mundo ſe reficere, ignique omnia permutare, et omnibus ignem, quo modo aurum pecunia, et pecuniam auro: ſic quinarii ea eſt natura, ut cum quinario congreſſus nihil imperfectum aut alienum poſſit procreare: ſed aut ſeſe, aut denarium: id eſt, vel ſuæ naturæ, vel perfectum numerum.

IX. Quod ſi quis interroget, quid hæc ad Apollinem attineant, reſpondebimus, non ad hunc modo, ſed et ad Bacchum, qui non minori jure quam Apollo Delphorum ſibi partem vindicat. Audimus enim theologos partim carmine, partim libera oratione canentes atque tradentes, deum interitus expertem atque æternum ſuapte natura, fatali quodam decreto ac ratione mutationibus ſui utentem, ali-

νος, ἄλλοτε μὲν εἰς πῦρ ἀνῃρῆσθαι τῇ φύσει πάντα ὁμοιώσας πᾶσιν, ἄλλοτε δὲ παντοδαπὸς ἔν τε μορφαῖς καὶ ἐν πάθεσι καὶ δυνάμεσι διαφόροις γιγνόμενος, ὡς γίνεται νῦν κόσμος, ὀνομάζεται δὲ τῷ γνωριμωτάτῳ τῶν ὀνομάτων. Κρυπτόμενοι δὲ τοὺς πολλοὺς οἱ σοφώτεροι, τὸν μὲν εἰς πῦρ μεταβολὴν Ἀπόλλωνά τε τῇ μονώσει, Φοῖβόν τε τῷ καθαρῷ καὶ ἀμιάντῳ καλοῦσι· τῆς δ' εἰς 38
πνεύματα καὶ ὕδωρ καὶ γῆν καὶ ἄστρα καὶ φυτῶν ζώων τε γενέσεις τροπῆς αὖ καὶ διακοσμήσεως, τὸ μὲν πάθημα καὶ τ' μεταβολὴν, διασπασμόν τινα καὶ διαμελισμὸν αἰνίττονται· Διόνυσον δὲ καὶ Ζαγρέα καὶ Νυκτέλιον καὶ Ἰσοδαίτην αὐτὸν ὀνομάζουσιν, καὶ φθορὰς τινας καὶ ἀφανισμοὺς, καὶ τὰς ἀποδιώσεις καὶ παλιγγενεσίας, οἰκεῖα ταῖς εἰρημέναις μεταβολαῖς αἰνίγματα καὶ μυθεύματα, περαίνουσι· καὶ ᾄδουσι τὸν μὲν

F. 6. τῷ φύσει] Lege τὴν φύσιν, ut R.
F. 8. ὡς γίνεται αἱ νῦν] Lege γίνεται, ὡς νῦν, ut Amiot.
A. 2. πνεύμα τε] Forte πνεῦμά τε Mez.
A. 7. καὶ τὰς ἀ ποδ.] Præſtat καὶ omitti. B. D. Ald. Baſ. καὶ ἀ τὰς ἀποδ.
A. 9. περαίνε τι· καὶ ᾄδουσι τῷ μὲν—] Ita interpunxi. Vulgo περαίνουσι καὶ ᾄδουσι· τῷ μὲν—.

as in igneam naturam accendi, omniaque omnibus affimilare: alias in varias ſe omniſque generis formas induere, diverſiſque affectionibus et facultatibus obnoxium facere; idque fieri quod nunc eſt, et notiſſimo nomine *Mundus* dicitur. Sapientiores autem iſthæc vulgus hominum celantes, mutationem in ignem *Apollinis*, ob ſegregationem multitudinis, et *Phœbi* ob puritatem nominant; afficiunt. Mutationis autem converſionis Dei illius autem in ſpiritus, aquam, terram, ſidera, ſtirpes, atque animalia, ejuſque diſpoſitionem, divulſione quadam et in membra diſtractione ſignificant: ipſum deum *Dionyſum*, *Zagreum*, *Nyctelium*, et *Iſodætam* appellant. Interitus etiam quoſdam, et e medio ſublationes, mortes, rurſumque in vitam reditus, conſentanea dictis mutationibus ænigmata, narrant: canunt-

διθυραμβικὰ μέλη παθῶν μεστὰ καὶ μεταβολῆς, πλάνῃ τινὰ καὶ ἀταφόρησιν ἐχούσης· μιξοβόαν γάρ, Αἰσ-
B χύλος φησὶ, πρέπει διθύραμβον ὁμαρτεῖν σύγκοινον. Διονύσῳ· τῷ δὲ παιᾶνα, τεταγμένῃ καὶ σώφρονα μοῦσαν. Ἀγήρω τε τὸν ἀεὶ καὶ νέον, ἐκεῖνον δὲ πολυειδῆ καὶ πολύμορφον, ἐν χαραῖς καὶ πλάσμασι δημιουργοῦσι· τὸ ὅλως τῷ μὴ ὁμοιότητα καὶ τάξιν καὶ σωφροσύνῃ ἄπρακτον, τῷ δὲ μεμιγμένῃ τινὰ παιδιὰν καὶ ὕβριν καὶ ἀσωδίαν καὶ μανίαν προσφέροντες ἀνωμαλίαν, Εὔιον ὀρσιγύναικα μαινομέναις Διόνυσον ἀνθοῦντα τιμαῖς ἀναπαλαῖσιν, οὐ φαύλως ἑκατέρας μεταβολῆς τὸ οἰκεῖον λαμβάνοντες. Ἐπεὶ δ' οὐκ ἴσος ὁ τῶν περιόδων ἐν ταῖς μεταβολαῖς
C χρόνος, ἀλλὰ μείζων ὁ τῆς ἑτέρας, τὸν μὲν KOPON καλοῦσιν, ὁ δὲ τῆς χρησμοσύνης ἐλάττων, τὸ κατ' λόγον τη-

B. 5. ὁμοιότητα] Forte ὁμαλότητα. Mox lege, παιδιᾷ καὶ ὕβρει καὶ σκιρτᾷ καὶ μανίᾳ— ut in Verſione expreſſi.

B. 7. ὀρσιγύναικα] Recepi ex aliis Plutarchi locis, ubi idem exſtat dictum, Exil. p. 607, C. Sympoſ. p. 671, C. Vulgo vitioſe ὀρσιγύναικα. Valckenarius Epiſt ad Rover. p. 80, corrigit: Εὔιον ὀρσιγύναικα Διόνυσον, Μαινομέναις συνθιάσοις τιθήναις.

que Baccho dithyrambos, plena motuum animi et mutationum carmina cum vagis erroribus et circumcurſitatione conjunctarum: nam, ut Æſchylus ait, *Promiſcui clamoris dithyrambum convenit comitari Baccho.* Apollini autem canunt Pæanem, carmenque modeſtæ Camœnæ. Atque hunc ſemper juvenem, et ſenectutis exſortem, illum multiplici forma, variaque ſpecie pingunt atque fingunt: denique Apollini tribuunt æqualitatem, ordinem, ſinceritatemque ſerio conſtantem: Baccho mixtam jocis, et petulantia, et ſeveritate, et furore inæqualitatem tribuentes, *Evium, inter mulieres verſantem ac currentem Bacchum væſanis honoribus*, invocantes: non inepte utriuſque mutationis naturam contemplati. Quoniam autem circuitionum in mutationibus tempus æquale non eſt, ſed longius ejus, quam *Coron* (id eſt ſatietatem) vocant, brevius *Chreſmoſynes* (id eſt indigentiæ) proportionem hic obſervantes, reli-

εὕντες σοφῶς, ἢ μὴν ἄλλον σεαυτὸν παιᾶνι χρῶνται περὶ τὰς θυσίας, ἀρχομένοι δὲ χειμῶνος ἐπεγείραντες τὸ διθύραμβον, τὸν δὲ παιᾶνα καταπαύσαντες, τρεῖς μῆνας ἀντ' ἐκείνου τοῦτον καταχαλῶνται τὸν θεόν· ὅπερ τρία ποιεῖ ἕν, τοῦτο τὴν ἁρμόττουσιν εἰς.

Ι. Ἀλλὰ ταῦτα μὴν ἱκανῶς ἴσως μᾶλλον ἐπομεμίμηνται· δῆλον δὲ ὅτι συνοικειοῦσιν αὐτὸν οἱ τῷ πεντάδα, νῦν μὲν αὐτῇ ἑαυτῷ ὡς ὁ πῦρ, αὖθις δὲ τὴν δεκάδα ποιοῦσαν ἐξ ἑαυτῆς, ὡς τὸν κόσμον, λέγοντες. D Τῆς δὲ δὴ μάλιστα κεχαρισμένης τῷ θεῷ μουσικῆς οὐκ οἰόμεθα τούτῳ τῷ ἀριθμῷ μετεῖναι· ὃ γὰρ πλεῖστον, ὡς ἔνι εἰπεῖν, ἔργον ἁρμονικῆς περὶ τὰς συμφωνίας ἐστίν. Αὗται δ' ὅτι πέντε καὶ οὐ πλείους, ὁ λόγος ἐξελέγχει τὸν ἐν χορδαῖς καὶ τετρήμασι ταῦτα θηρᾶν ἀλόγως τῇ αἰσθήσει βουλόμενον. Πᾶσαι γὰρ αἱ λόγοις τὴν γένεσιν

C. 6. καταχαλῶνται] Forte ἀναχαλῶνται, ut Ven. a ſecunda manu.
C. 10. συνοικειοῦσιν] A. Vulgo mendoſe συνοικιοῦσιν. Proxime αὐτὴν ſi corrigendum in αὐτῇ. Mez.

quis anni partibus pæane ad ſacrificia utentes, ineunte hyeme dithyrambum illo ſilere juſſo excitant, ac per tres menſes Bacchum loco Apollinis invocant, tempus exultationis ad tempus inſtaurati mundi ut unum ad tria eſſe cenſentes.

X. Verum hæc prolixius quam par erat ſunt commemorata. Id quidem manifeſtum eſt, huic rei theologos quinarium accommodaſſe: qui nunc ipſe ſeipſum gignit, ut ignis, nunc denarium conſtituit, nimirum mundum. Quid? Muſicam, quæ deo illi gratiſſima eſt, cenſebimus quinario carere? Harmonica certe maxime vocum in concentibus (ſymphonias vocant) occupata eſt tractandis. At quinque non plures, neque pauciores, eſſe ſymphonias, ratio convincet, et refellet eum qui ſine ratione iſta ſenſu in fidibus aut fiſtularum foraminibus velit examinare. Omnes enim proportione nume-

ἀριθμῶν λαμβάνουσιν, καὶ λόγος ἐστὶ τῆς μὲν ἀφ' τετ-
τάρων ἐπίτριτος· τῆς δὲ ἀφ' πέντε ἡμιόλιος· διπλά-
σιος δὲ ἡ ἀφ' πασῶν· ἡ δὲ ἀφ' πασῶν καὶ ἀφ' πέντε
τριπλάσιος· τῆς δὲ δὶς ἀφ' πασῶν τετραπλάσιος· ἰὼ
E δὲ ζώτας ἐπεισάγουσιν οἱ ἁρμονικοὶ ἀφ' πασῶν καὶ ἀφ'
τεσσάρων ὀνομάζοντες, ἔξω μέτρου βαίνουσαν, οὐκ ἄξιόν
ἐστι δέχεσθαι, τῆς ἀκοῆς τῷ ἀλόγῳ ὡς τὸν λόγον,
ὥσπερ νόμον, χαριζομένους. Ἵνα τοίνυν ἀφῶ πέντε τετρα-
χόρδων θέσεις, καὶ πέντε τὰς πρώτους εἴτε τόνους, ἢ τρόπους,
εἴτε ἁρμονίας χρὴ καλεῖν, ὡς ἐπιτάσει καὶ ὑφέσει τρεπο-
μένων τῷ μᾶλλον καὶ ἧττον, αἱ λοιπαὶ βαρύτητές
εἰσι καὶ ὀξύτητες· ἆρ' οὐχὶ πολλῶν, μᾶλλον δὲ ἀπείρων
ἀφθεγμάτων ὄντων, τὰ μελῳδούμενα πέντε μόνα εἰσί;
διέσεις καὶ ἡμιτόνιον, καὶ τόνος, καὶ τριημιτόνιον, καὶ δι-
F τονον, ἄλλο δὲ οὐδέν, οὔτε μικρότερον, οὔτε μεῖζον ἐν
φωνῇ χωρίον ὀξύτητι καὶ βαρύτητι περατούμενον μελῳ-
δητόν ἐστι.

D. 8 ἀριθμῶν] B. Xyl. Vulgo ἀριθμῷ.
E. 6. ἐπιτάσει.] Lege ὡς ἐπιτάσει.

rorum oriuntur: quæ eſt diateſſaron ſymphoniæ ſeſquitertia, diapente ſeſquipla, diapaſon dupla, diapaſon cum diapente tripla, diſdiapaſon quadrupla: quam enim his addunt harmonici diapaſon cum diateſſaron, ea recipienda non eſt, neque auribus eſt aliquid contra rationem, tamquam legem, gratificandum. Porro ut quinque diſpoſitiones tetrachordorum omittam, ut taceam de quinque primis tonis ſive modis, ſive harmoniis, quarum gradu ſive intenſarum ſive remiſſarum, reliquæ gravitates non ſunt niſi aut acumina: non cum multa, adeoque innumera ſint intervalla, quinque tantum in cantilenis uſurpantur? dieſis, inquam, ſemitonium, tonus, triſemitonium, ditonus? nullum aliud neque minus, neque majus in vocibus intervallum gravitate et acumine definitum in cantum venit?

ια'. Πολλὰ δὲ ἄλλα τοιαῦτα, ἔφην ἐγώ, παρελθών, τὸν Πλάτωνα προσάξομαι λέγοντα κόσμον ἕνα, ὡς εἴπερ εἰσὶ πολλοὶ τοῦτον ἕτεροι καὶ μὴ μόνος οὗτος εἷς, πέντε τοὺς πάντας ὄντας καὶ μὴ πλείονας· ὁ μὲν γὰρ καὶ εἷς οὗτος ἦν μονογενὴς, ὡς οἴεται καὶ Ἀριστοτέλης, τρόπον τινὰ καὶ τοῦτον ἐκ πέντε συγκείμενον κόσμων καὶ συναρμοσθέντων εἰς· ὧν ὁ μὲν ὄζει γῆς, ὁ δὲ ὕδατος, τρί- 390
τος δὲ πνεῦς, καὶ τέταρτος ἀέρος· τὸ δὲ πέμπτον, οὐρανόν, οἱ δὲ φῶς, οἱ δ' αἰθέρα καλοῦσιν, οἱ δ' αὐτὸ τοῦτο, πέμπτην οὐσίαν, ἣ τὸ κύκλῳ φερόμενον μόνη τῶν σωμάτων, κατὰ φύσιν ἐστὶν, οὐκ ἐξ ἀνάγκης οὐδ' ἄλλως συμβεβηκότος. Διὸ δὴ καὶ τὰ πέντε κάλλιστα καὶ τελεώτατα σχήματα τῶν ἐν τῇ φύσει καταγνόντας, πυραμίδα, καὶ κύβον, καὶ ὀκτάεδρον, καὶ εἰκοσάεδρον, καὶ δωδεκάεδρον, ἕκαστον οἰκείως ἑκάστῳ προσένειμεν.

F. 4. παρελθὼν] B. D. Xyl. Mez. Vulgo πρελθών.
F. 6. οὗτος εἷς] Correxi obſecutus ſentent æ. Vulgo οὗτος, εἷς.
F. 9. κόσμων] B. D. Xyl. Vulgo κόσμον.
A. 1. τρίτος δὲ πυρὸς, καὶ τέταρτος ἀέρος·] Forte τρίτος δὲ ἀέρος, καὶ τέταρτος πυρός. Mez. Proxime, forte, τὸν δὲ πέμπτον, οἱ μὲν ἀρανὸν—. Mox lege συμβεβηκὸς Mez.

XI. Multa id genus alia ego præteriens, Platonem producam, qui aut unum mundum eſſe affirmavit, aut ſi præter eum alii ſint, omnino quinque numero eſſe mundos, non plures: et vero ſi unicus mundus hic ſit, quod et Ariſtoteles ſenſit, tamen eum quodammodo ex quinque compoſitum eſſe et concinnatum mundis: nimirum mundo terræ, aquæ, aeris, ignis, et quinto cœli, quem alii lucem, alii ætherem, alii hoc ipſo nomine quintam ſubſtantiam nominant: cui ſoli omnium corporum non neceſſitate, non accidentis ratione, ſed a natura datum eſt, ut circulo rotetur. Ideoque primas etiam et perfectiſſimas earum quæ in natura ſunt figuras Plato animadvertens, pyramidem, cubum, octaedrum, icoſaedrum, et dodecaedrum, ſingulas ſingulis accommodavit mundis.

ιβ'. Εἰσὶ δ' οἱ καὶ τὰς τῶν αἰσθήσεων δυνάμεις ἰσαρίθμους οὔσας τοῖς πρώτοις ἐκείνοις συνοικειοῦσι, τῷ μὲν ἁφῇ ὁρῶντες ἀντίτυπον οὖσαν καὶ γεώδη, τὴν δὲ γεῦσιν ὑγρότητι τῶν γευστῶν τὰς ποιότητας προσειμένῃ· ἀὴρ δὲ πληγείς, ἐν ἀκοῇ γίνεται φωνὴ καὶ ψόφος· δυεῖν δὲ τῶν λοιπῶν, ὀσμὴ μὲν ἣν ἡ ὄσφρησις ἐίλκηχεν, ἀναθυμίασις οὖσα καὶ γενομένη θερμότητι, πυρώδης ἐστί· αἰθέρι δὲ καὶ φωτὶ διὰ συγγένειαν διαλαμπούσης τῆς ὄψεως γίνεται κρᾶσις ἐξ ἀμφοῖν ὁμοιοπαθὴς καὶ σύμπληξις. Ἄλλην δ' οὔτε ὃ ζῶον αἴσθησιν, οὔθ' ὁ κόσμος ἔχει φύσιν ἁπλῆν καὶ ἄμικτον· ἀλλὰ θαυμασή τις, ὡς ἔοικε, διανομὴ γέγονε τῶν πέντε πρὸς τὰ πέντε καὶ σύλληξις.

ιγ'. Ἅμα δέ πως ὀπισήκεις καὶ διαλιπών, Οἷον, εἶπον, ὦ Εὔστροφε, πεπόνθαμεν, ὀλίγου παρελθόντες τὸ Ὄμηρον, ὡς ὑπὲρ πρῶτον εἰς πέντε νείμαντα μερίδας τὸν κόσμον,

B. 8. σύμπλεξις] A. B. D. Ven. Ald. Baſ. Itaque retinui. Ven. a ſecunda manu σύμπηξις, quod forte melius. Vera lectio videtur eſſe σύμπλεξις. S. L. συμπίλησις; unde Steph. συμπίλησις recepit.

XII. Neque deſunt qui ſenſuum facultates numero itidem æquales primis illis applicent corporibus: videntes Tactum eſſe terreſtre quippiam et reſiſtens, Guſtatum ob humiditatem ſapidorum qualitates percipere: Aer porro ictus, vox fit et ſonus. De reliquis duobus odor, quem Olfactus arripit igneæ eſt naturæ, cum ſit exhalatio a calore elicita: Viſus fulgore æther et lux res cognatæ contemperantur, ſenſumque concordi motu percellunt. Alium neque ſenſum animal, neque mundus ſimplicem et mixtionis vacuam habet naturam: ſed mirabilis quædam, ut apparet, diſtributio eſt facta, quinque ad quinque ita aptatis, ut cuique ſuus quaſi collega deſtinaretur.

XIII. Hic ego inter dicendum paululum ſubſiſtens, intercapedine aliqua facta, En, inquam, Euſtrophe, quid nobis uſu venerit? parum abfuit quin Homerum præteriremus: quaſi vero non ille primus mundum in quinque

ὃς τὰς μὲν ἐν μέσῳ τρεῖς ἀποδέδωκε τοῖς τρισὶ θεοῖς, δύο δὲ τὰς ἄκρας ὄλυμπον καὶ γῆν, ὧν ἡ μὲν ἐστὶ τῶν κάτω πέρας, ἡ δὲ τῶν ἄνω, κοινὰς καὶ ἀνεμίκτους ἀφῆκεν. Ἀλλ' ἀνοιστέος ὁ λόγος, ὡς Εὐριπίδης φησίν· οἱ γὰρ τὸν τετράδα σεμνυνόμενοι, καὶ φαύλως διδάσκουσιν ὅτι τῷ τούτου λόγῳ πᾶν σῶμα γένεσιν ἔσχηκεν. Ἐπεὶ γὰρ ἐν μήκει καὶ πλάτει βάθος λαβόντι D πᾶν τὸ στερεόν ἐστι, καὶ μήκους μὲν προϋφίσταται στιγμὴ τῇ μονάδα ταὐτομοιρῆ· μῆκος δὲ ἀπλατὴς ἡ γραμμὴ καλεῖται, καὶ μῆκός ἐστιν· ἡ δ' ἐπὶ πλάτος γραμμῆς κίνησις καὶ ἐπιφανείας γένεσιν ἐν τριάδι παρέχει· βάθους δὲ τούτοις προσγενομένου διὰ τετράρων εἰς στερεὸν ἡ αὔξησις προβαίνει· παντὶ δῆλον ὅτι μέχρι δεῦρο τὴν φύσιν ἡ τετρὰς προαγαγοῦσα μέχρι τοῦ σῶμα τελειῶσαι, καὶ προβαλεῖν δυτὸν ὄγκον καὶ ἀντίτυπον, εἶτ' ἀπολέλοιπεν

C. 9. σεμνύναντες] Forte σεμνύνοντες.
D. 4. ἐκ μήκους] Forte ἐκ δύο. Mox τούτοις Ven. Mez. Vulgo τούτου. Tum μέχρι D. Vulgo ἐκ μέχρι.
D. 9. δυτὸν] ἄπτὸν Reiſk.

diviſerit partes: quarum tres in medio ſitas tribus adſignavit diis, duas extremas olympum et terram, quarum hæc imorum, illa ſummorum eſt terminus, communes et non diſtributas relinquens. Sed, ut eſt apud Euripidem, referenda eſt ad id unde exiit oratio. Qui quaternarium magnifice prædicant, non inepte docent ejus ratione omni corpori ortum ſuum contingere. Cum enim omnis ſoliditas intelligatur eſſe in longitudine et latitudine craſſitiem nacta: et ante longitudinem exiſtat punctum unitatis rationem habens: linea autem ſit longitudo latitudine carens: lineæ autem in latitudinem motus, et ſuperficiei procreatio ternario conſtet: hujus profunditate accedente, ſoliditas quaternario conficiatur: nemo non videt, quaternarium, poſtquam naturam uſque ad corporis perfectionem produxit, tactuique renitentem molem exhibuit, deſti-

E σύνδεσιν τῶν μερίστου. Τὸ γὰρ ἄψυχον, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, ὀρφανὸν καὶ ἀτελὲς καὶ πρὸς ὃ δ' ὁτιοῦν, μὴ χρωμένης ψυχῆς, ἐπιτήδειον· ἡ δὲ τῷ ψυχρῷ ἐμποιοῦσα κίνησις ἢ μεταβολὴ μεταβολὴ μετὰ πέντε γινομένη, τῇ φύσει τὸ τέλειον ἀποδίδωσι, καὶ τοσούτῳ κυριώτερον ἔχει τῆς τετράδος λόγον, ὅσῳ τιμῇ διαφέρει τῶν ἀψύχου τὸ ζῷον. Ἔπι δ' ἰσχύσασα μᾶλλον ἡ τοῦ πέντε συμμετρία καὶ δύναμις οὐκ εἴασεν εἰς ἄπειρα γένη προελθεῖν τὸ ἔμψυχον, ἀλλὰ πέντε τοῦ ζώντων ἁπάντων ἰδέας παρέσχεν. Εἰσὶ γὰρ θεοὶ δὴ τε καὶ δαίμονες, καὶ ἥρωες, εἶτα
F μετὰ τούτους τὸ τέταρτον ἀνθρωποι γένος· ἕκατον δὲ καὶ πέμπτον τὸ ἄλογον καὶ θηριώδες. Ἔπι δ' εἰ τὴν ψυχρὰν αὐτῶν κρᾶσιν διαιρεῖς, πρῶτον αὐτῆς καὶ ἀμαυρότατόν ἐστι τὸ θρεπτικόν, δεύτερον δὲ τὸ αἰσθητικόν, εἶτα τὸ ὀρεκτικόν, εἶτα ὀπὶ τούτῳ τὸ θυμοειδές. εἰς δὲ τὴν τοῦ λογιστικοῦ δύναμιν, ἐξικομένη καὶ τε-

E. 1. ἄψυχον] A. B. D. Ven. Baſ. S. L. Vulgo ἔμψυχον. Mox ἔμψυχον A. B. Ven. Vulgo ἄψυχον.
F. 3. διαιρεῖς] διαιροῖς D.

tuere eam potiſſimæ rei indigam. Nam quod animæ eſt expers, id, ut verbo dicam, orbum eſt et imperfectum, neque ullam ad rem anima non movente commodum. Motus autem ſive affectio animam introducens, mutatione per quinque fit, naturæque perfectionem conciliat: ut quinarii ratio tanto ſit quam quaternionis præſtantior, quanto major eſt animalis quam animæ carentis corporis dignitas. Præterea concinnitas et facultas quinarii plus virium nacta, non ſivit in infinitum progredi animatorum naturam, ſed animalium quinque definivit genera: deos ſcilicet, genios, heroes, homines, bruta. Jam ſi ipſam animam ita ut natura ejus fert partiare, prima ejus et obſcuriſſima vis eſt vegetandi, proxima ſentiendi, poſt hanc appetendi, deinde iraſcendi: in ratiocinandi facultate quinta, tan-

λεώσασα τὴν φύσιν, ὥσπερ ὑπ' ἄκρῳ ᾧ πέμπῳ χεταπέπαυ?).

ιδ'. Τοσαύτας δὲ καὶ τηλικαύτας ἔχοντος τῦ ἀριθμῦ δυνάμεις, καλὴ καὶ ἡ γένεσίς ἐστιν, οὐχ ἱῶ ἤδη διήλθομεν, ὃτ δυάδος ἴσαν καὶ τριάδος, ἀλλ' ἱῶ ἀρχὴ τῷ τρφτῳ συνελθῦσα τετραγώνῳ παρέχει. Ἀρχὴ 391
μὲν γὰρ ἀριθμῦ πάντος ἡ μονὰς, τετράγωνος δὲ πρῶτος ἡ τετρὰς· ὃτ δὲ τύπων, ὥσπερ ἰδέας καὶ ὕλης πέρας ἐχέσης, ἡ πεμπὰς. Εἰ δὲ δὴ καὶ τὶὼ μονάδα τετράγωνον ὀρθῶς ἔνιοι τίθενται, δύναμιν ἴσαν ἑαυτῆς καὶ περιίσασαν εἰς ἑαυτὸν, ὃτ δυεῖν πεφυκυῖα τῷ τρώτων τετραγώνων ἡ πεμπὰς, οὐκ ἀπολέλοιπεν ὑπόβολὴν εὐγενείας.

ιε'. Τὸ δὲ μέγιστον, ἔφην, δέδια μὴ ῥηθὲν πιέζῃ τὸν Πλάτωνα ἡμῶν, ὡς ὀκεῖνος ἔλεγε πιέζεσθαι τῷ τῆς σελήνης ὀνόματι τὸν Ἀναξαγόραν, παμπάλαιον οὖσάν

F. 9. ἴχοντος] B. Ven. Vulgo ἴχοντες.
F. 11. ἴσαν] Ven. Vulgo οἴσα.
A. 3. πίρας] B. D. T. V. B. S. Anon. Mez. At cæteri πίρα. Mox pro ἡμῶν, lege ἡμῖν. Mez. Tum pro αὐτῆς, forte reponendum αὐτῦ ex D.

quam in extremo, perfectionem adſecuta ſubſtitit natura.

XIV. Tot tantiſque præditi quinarii facultatibus, ortus quoque elegans eſt: non is quem ſupra commemoravimus, ubi e binario et ternario conflari eum docuimus: ſed quod naſcitur principio cum quadrato primo coeunte. Omnis enim numeri primordium eſt unitas: quaternarius quadratorum primus. Ex his, tanquam forma et materia finita, quinarius componitur. Quod ſi recte nonnulli unitatem quoque quadratum cenſent, quæ ex ſeſe ipſa propagatur: quinarius coitu duorum primorum quadratorum natus, non potuit nobiliori ab origine exſiſtere.

XV. Quod autem maximum eſt, id vereor, ne ſi dicam, ita premat Platonem, ſicut ipſe Lunæ cauſa preſſum fuiſſe Anaxagoram perhibet, quod admodum vetuſ-

τινα τῶν περὶ τῶν φαντασμῶν δόξαν αὐτῆς ἰδίαν ποιεῖ-
a μενον· ἢ γὰρ ὁ ταῦτα εἰρηκεν ἐν Κρατύλῳ; Πάνυ μὲν
οὖν, ὁ Εὔστροφος ἔφη, τὸ δ' ὅμοιον πέφυκεν ὁ σωφρων.
Καὶ μὴν οἶσθα δήπουθεν ὅτι πέντε μὲν ἐν Σοφιστῇ τὰς
κυριωτάτας ἀποδέδεικται ἀρχάς, τὸ Ὄν, τὸ Ταυτόν, τὸ
Ἕτερον, τέταρτον δὲ καὶ πέμπτον ὅτι τούτοις Κίνησιν καὶ
Στάσιν. Ἄλλῳ δ' αὖ τρόπῳ διαιρέσεως ἐν Φιλήβῳ
λελάμφθω, Ἓν μὲν εἶναί φησι τὸ Ἄπειρον, Ἕτερον δὲ,
Πέρας· τούτων δὲ μιγνυμένων πᾶσαν συνίστασθαι γένε-
σιν· αἰτίαν δ' ὑφ' ἧς μίγνυται, τέταρτον γένος τίθεται·
καὶ πέμπτον ἡμῖν ὑπονοεῖν ἀπολέλοιπεν, ᾧ τὰ μιχ-
c θέντα πάλιν ἴσχει διάκρισιν καὶ διάστασιν. Τεκμήρε-
μαι δὲ ταῦτ' ἐκείνων ὥσπερ εἰκόνας λέγεσθαι, τῶν μὲν
Ὄντος τὸ Γινόμενον, Κινήσεως δὲ τὸ Ἄπειρον, ὁ δὲ
Πέρας τ' Στάσεως, Ταυτῷ δὲ τῷ μιγνύσαν ἀρχήν,
Θατέρῳ δὲ τῷ διακρίνουσαν. Εἰ δ' ἕτερα ταῦτ' ἐστὶ,
καὶ ἐκεῖνος ἂν εἴη καὶ οὕτως ἐν πέντε γένεσι καὶ διά-

C. 6. γενέσει] γίνει T. V. B. S. L. Anon. ut infra item. Mox locus corruptus, forte ita corrigendus: διαφορᾶς· αἷς πειθόμενος, φασὶ, δή τις ταῦτα πρότερος συνιδὼν Πλάτωνος διακεῖ τὸ ε' καθαιρῶσαι τῷ Θεῷ. In vulgata lectione conſentiunt libri, niſi quod πειθόμενος eſt in D. et δύο τε' in B.

tam de ejus illuminatione rationem pro ſua uſurpaſſet. Nonne enim in Cratylo ita ſcriptum reliquit Plato? Omnino, inquit Euſtrophus: ſed quid ſimile eveniat, non cerno. Atqui, inquam, noſti eundem in Sophiſta quinque potiſſima demonſtrare principia, Ens, Idem, Diverſum, Motum, Statum. Et in Philebo alia inſtituta diviſione, Unum ait eſſe Infinitum, alterum Extremum, his mixtis omnem exſiſtere Ortum: quartum ponit Cauſam ejus mixtionis: et quintum nobis cogitandum reliquit, Cauſam ſecretionis et diſſipationis mixtorum. Exiſtimo autem hæc illorum quaſi imagines proponi, Entis id quod fit, Motionis infinitum, Status extremum, Ejuſdem miſcendi, Diverſi ſecernendi principium. Quod ſi diverſa ſunt, et illo et iſto modo quinque erunt principiorum genera ac

φοραῖς. Πυθόμβυος, φησὶ, δή τις ζῶντα πρότερος σωιδὼν Πλάτωνος, δύο Ē καθιέρωσε τῷ θεῷ, δήλωμα καὶ σύμβολον τῆ ἀριθμῆ τῶν πάντων. Ἀλλὰ μὴν καὶ ταγαθὸν ἐν πέντε γενέσεσι φανταζόμβυον καταυόησας, ὧν πρῶτόν ἐϛι ὃ μέτριον, δεύτερον δὲ τὸ σύμμετρον, καὶ τρίτον ὁ νοῦς, καὶ τέταρτον αἱ περὶ ψυχὴν ἐπιϛῆμαι καὶ D τέχναι καὶ δόξαι ἀληθεῖς, πέμπτον εἴ τις ἡδονὴ καθαρὰ καὶ πρὸς τὸ λυπῶν ἄκρατος, ἐνταῦθα λέγει τὸ Ὀρφικὸν ὑπειπών,

Ἕκτῃ δ' ἐν μηνὶ καταπαύσατε θυμὸν ἀοιδῆς.

ις'. Ἐπὶ τούτοις, ἔφη, εἰρημβύοις πρὸς ἡμᾶς, ἐν βραχεῖ τοῖς περὶ Νίκανδρον ἀείσω ξυνετοῖσι· τῆς γὰρ ἕκτης τοῦ νέου μηνὸς ὅταν κατάγῃ, εἰς τὴν Πυθίαν εἴς τι πρυτανεῖον, ὁ πρῶτος ὑμῖν γίνεται τῶν τριῶν κλήρων εἰς τὰ πέντε πρὸς ἀλλήλους ἐκείνοις τὰ τρία ὁδὲ τὰ δύο

D. 4. ὑπειπὼν] Ven. secund. manu, ἐπειπών.
D. 6. ἔφη] ἐφην R. nec aliter legendum. Mox ὑμᾶς legendum cum R. Tum lege, ὅταν κατάγητε τὴν Πυθίαν εἰς τὸ Πρυτανεῖον. Porro verba vitiosa ad hanc forte rationem revocanda: κλήρων· εἰ τὰ πέντε πρὸς ἀλλήλους, ἐκεῖνος τὰ τρία, ὁ δὲ τὰ δύο, ζέλλονται. Sensum in Versione reddidi.

differentiæ. Quibus inductus quis, qui eos ante ætatem Platonis cum comperisset, EI Apollini eam ob rem consecravit, notam atque indicium numeri universorum. Enimvero bonum quoque perspiciens in quinque tributum genera, quorum primum est Mediocre, secundum Proportione mensuræ concinnum, tertium Mens, quartum in animo Scientiæ, artes, veræque opiniones, quintum Voluptates puræ et a dolore secretæ: ibi dicit Orphicum illud subjiciens:

Ætate in sexta studium finite canendi.

XVI. His ita dictis inter nos, breviter ex Nicandro aliquid quæram, ac

Cantabo gnaris.

Sexta novi mensis die, cum Pythiam in prytaneum introducitis, prima vobis de tribus sortibus ducitur quinario, per binarium simul et ternarium

βάλλοντες· ἢ γὰρ οὐχ οὕτως ἔχει; Καὶ ὁ Νίκανδρος,
E Οὕτως, εἶπεν· ἡ δ' αἰτία τοῖς ἑτέρᾳ ἄῤῥητός ἐστι. Οὐκοῦν, ἔφην ἐγὼ μειδιάσας, ἄχρι οὗ τἀληθὲς ἡμῖν ὁ θεὸς ἱερᾶς γνωμόνιος γνῶναι παράσχῃ, προσκείσεται καὶ τοῦτο τοῖς ὑπὲρ τὴν πεντάδος λεγομένοις. Τοιοῦτος μὲν καὶ ὁ τῆς ἀριθμητικῶν καὶ ὁ τῶν μαθηματικῶν ἐγκωμίων τοῦ Ε λόγος, ὡς ἐγὼ μέμνημαι, τέρμα ἔσχεν.

ιζ'. Ὁ δὲ Ἀμμώνιος, ἅτε δὴ καὶ αὐτὸς ὢν τὸ φαυλότατον ἐν μαθηματικῇ φιλοσοφίας πεφυκὼς μέρος, ἤδη τε τοῖς λεγομένοις καὶ εἶπεν, Οὐκ ἄξιον τοῖς ζητοῦσι λίαν ἀκριβῶς ἀντιλέγειν τοῖς νέοις, πλὴν ὅτι τῶν ἀριθμῶν
F ἕκαστος οὐκ ὀλίγα βουλομένοις καὶ ὑμῖν ἐπαινεῖν παρέξει· καὶ τί δεῖ περὶ τῶν ἄλλων λέγειν; ἡ γὰρ ἱερὰ τοῦ Ἀπόλλωνος ἑβδομὰς ἀναλώσει τὴν ἡμέραν πρότερον, ἢ λόγῳ τὰς δυνάμεις αὐτῆς ἅπασας ἐπεξελθεῖν. Εἶτα τῷ κοινῷ νόμῳ πολεμοῦσι, ἅμα μὲν τῷ πολλῷ χρόνῳ τοὺς σοφοὺς

E. 8. φιλοσοφίας] B. Ven. R. Vulgo φιλοσοφίᾳ.
F. 1. καὶ ὑμῖν] Forte καὶ ἡμῖν. Aut legendum ex D. ὑμοῖν ἢ ἡμοῖν. Similiter Ven. ἡμοῖν ἢ ὑμεῖν. Mox καθιέμενον Mez. pro καθαιρόμενον.

jacto. Nonne ita eſt? Tum Nicander, ita eſt, inquit: ſed cauſam aliis effari nefas eſt. Ergo, aiebam ego, interim dum nobis conſecrandis deus veritatem cognoſcendam præbebit, id quoque adjectum ſit his, quæ de quinario ſunt dicta. Hic fuit, quantum ego memini, finis arithmeticarum et mathematicarum notæ EI laudationum.

XVII. Cæterum Ammonius, qui et ipſe nequaquam contemnendam philoſophiæ partem in mathematicis poneret diſciplinis, delectatus ea diſputatione, dixit, Non quidem convenit hanc adoleſcentum diſputationem nimis ſtudioſe refellere: id tamen diſſimulandum non cenſeo, unumquemvis numerum facile laudare volentibus materiam ſui laudandi præbiturum. Et quid attinet alios commemorare? Ipſe Apollini ſacer ſeptenarius diem ante conſumet, quam dicendo vires ejus univerſæ poſſint explicari. Et audebimus adhuc pronunciare, ſapientes viros bellum commu-

ἀπαφανῶμεν ἄνθρας, εἰ τὴν ἑβδομάδα τῆς πεντεδρίας παρώσαντες, τῷ θεῷ τὴν πενταέδα καθιερώσουσιν, ὡς μᾶλλόν τι πεποιήσαν. Οὔτε οὖν ἀριθμὸν, οὔτε τάξιν, οὔτε σύνδεσμον, οὔτ' ἄλλο τοῦ ἐλλειπῶν μορίων οὐδὲν οἶμαι τὸ γράμμα σημαίνειν· ἀλλ' ἔστιν αὐτοτελὴς ὑπὸ θεοῦ 392
προσαγόρευσις καὶ προσφώνησις, ἅμα τῷ ῥήματι τὸν φθεγγόμενον εἰς ἔννοιαν καθιστᾶσα τῆς τοῦ θεοῦ δυνάμεως. Ὁ μὲν γὰρ θεὸς ἕκαστον ἡμῶν εἰσιόντα οἷον ἀσπαζόμενος προσαγορεύει τὸ ΓΝΩΘΙ ΣΑΥΤΟΝ· ὃ τῷ ΧΑΙΡΕ δὴ φθέγγεται μεῖόν ἐστιν· ἡμεῖς δὲ πάλιν ἀμείβόμενοι τὸν θεὸν, ΕΙ φαμὲν, ὡς ἀληθῆ καὶ ἀψευδῆ καὶ μόνιμον μόνῳ προσήκουσαν τὴν τοῦ εἶναι προσαγόρευσιν ἀποδιδόντες.

ιη'. Ἡμῖν μὲν γὰρ ὄντως τοῦ εἶναι μέτεστιν οὐδὲν, ἀλλὰ πᾶσα θνητὴ φύσις ἐν μέσῳ γενέσεως καὶ φθορᾶς γινομένη φάσμα παρέχει καὶ δόκησιν ἀμυδρὰν καὶ ἀβέβαιον

F. 8. Οὔτε οὖν usque ad p. 393. B. τοῦ μὴ ὄντος, totum hunc locum exhibuit Euſebius Præpar. Evang. xi, 11. unde complures bonas lectiones Plutarcho reſtituimus.
A. 5. προσαγορεύει τὸ] τῷ Mez.

ni legi indixiſſe ac vetuſtati temporis, ſeptenario de principe ſede exturbando, quinario autem Apollini tanquam magis congruente dedicando? Ergo neque numerum, neque ordinem, neque copulam, neque aliam deficientem partem exiſtimo litera EI ſignificari: ſed eſt ex ſeſe perfecta compellatio dei, ſimul cum verbo enunciantis animo objiciens vim dei. Deus enim unumquemque noſtrum huc accedentem veluti ſalutans compellat, *Noſce teipſum* inquiens: quod nihilo eſt quam *Salve* deterius. Nos viciſſim reſpondentes deo, *EI* (id eſt *ES*) dicimus, veram, certam, ſolamque ſoli convenientem ei appellationem, qua eſſe dicitur, tribuentes.

XVIII. Revera enim eſſentiæ nos nequaquam ſumus participes: ſed univerſa mortalis natura in medio ortus et interitus verſans, ſpeciem opinionemque obſcuram et inſtabilem ſui præbet. Quod ſi

B αὐτῆς. Ἂν δὲ τὴν ἀφάνειαν ἐπερείσῃς λαβέσθαι βουλόμενος, ὥσπερ ἡ σφοδρὰ διέρρηξις ὕδατος τῷ πιέζειν εἰς ἑαυτὸ καὶ σωλάγειν ἀφορίζεσθαι ἀπόλλυσι τὸ διαμβανόμενον, ὅτου τῶν παθημάτων μεταβάντων ἐκάστου τὴν ἄγαν ὀλιγωρίαν ὁ λόγος διώκων ἀποσφάλλει, τῇ μὲν εἰς τὸ γιγνόμενον αὐτῆς, τῇ δ' εἰς τὸ φθειρόμενον, οὐδενὸς λαβέσθαι μένοντος, οὐδὲ ὄντος ὄντως δυναμένου. Ποταμῷ γάρ φησιν ἔστιν ἐμβαίνειν δὶς τῷ αὐτῷ, καθ' Ἡράκλειτον, οὐδὲ θνητῆς οὐσίας δὶς ἅψασθαί τις ἔξιν· ἀλλ' ὀξύτητι καὶ τάχει μεταβολῆς σκίδνησι καὶ πάλιν συνάγει, μᾶλλον δὲ οὐδὲ πάλιν οὐδὲ ὕστερον, ἀλλ' ἅμα συν-
C ίστησι καὶ ἀπολείπει· προσφησι καὶ ἄπεισι· θέλει οὐδ' εἰς τὸ εἶναι φθάνει τὸ γιγνόμενον αὐτῆς, τῷ μηδέποτε λῆξαι, μηδ' ἵστασθαι τὴν γένεσιν, ἀλλ' ἀπὸ σπέρματος ἀεὶ μεταβάλλουσαν, ἔμβρυον ποιεῖν, εἶτα βρέφος, εἶτα παῖδα,

B. 4. παθημάτων μεταβάντων] παθητῶν δὲ μεταβλητῶν Euſ.
B. 11. μᾶλλον δὲ οὐδὲ πάλιν οὔτε ὕστερον, ἀλλ' ἅμα συνίστησι καὶ ἀπολείπει] Germanam Plutarchi dictionem recepi ex Euſeb. poſt Xylandrum.
C. 3. ἵστασθαι] Euſeb. unice verum. Vulgo vitioſe ἐπιλῆσθαι.

animum intendas, ut intellectu eam comprehendere poſſis: quemadmodum aquam ſi complectaris vehementius, fit ut comprimendo ea et in ſe conducendo diffluat ac pereat: ſic uniuſcujuſvis perpeſſionibus et mutationibus obnoxiæ rei nimis evidentem perceptionem dum ſectatur ratio, aberrat vel ad ortum ejus, vel ad interitum, nihil arripere quod permaneat, aut ſit re vera, cum poſſit. Heracliti eſt, *non poſſe quenquam bis in eundem fluvium deſcendere.* Subſtantiam quoque caducam bis eodem in ſtatu nemo attinget: ſed celeritas mutationum eam diſſipat mox, ſtatim colligit rurſum. Immo non iterum, non poſtmodo tangere licet, ſed ſimul et exiſtit et interit, ſimul accedit atque recedit. Hinc eſt ut quod fit, eo uſque non perducatur ut vere dici poſſit eſſe, ortu nimirum nuſquam deſinente, nuſquam inſiſtente. Statim jam inde a ſemine con-

μειράκιον, ἐφεξῆς νεανίσκον, εἶτα ἄνδρα, πρεσβύτην, γέροντα, τὰς πρώτας φθείρασαν γενέσεις καὶ ἡλικίας ταῖς ὑστεροῦσαις. Ἀλλ' ἡμεῖς ἕνα φοβούμεθα γελοίως θάνατον, ἤδη τοσούτους τεθνηκότες καὶ θνήσκοντες· ὁ γὰρ μόνον, ὡς Ἡράκλειτος ἔλεγε, πυρὸς θάνατος, ἀέρι γένεσις, καὶ ἀέρος θάνατος, ὕδατι γένεσις, ἀλλ' ἐπὶ σαφέστερον ἐπ' αὐτῷ ἴδοις ἄν· φθείρει μὲν ἀκμάζων γινόμενον γέροντος, ἐφθάρη δ' ὁ νέος εἰς τὸν ἀκμάζοντα, καὶ ὁ παῖς εἰς τὸν νέον, εἰς δὲ τὸ παῖδα ὃ νήπιον· ὅ, τε χθὲς εἰς τὸν σήμερον τέθνηκεν, ὁ δὲ σήμερον εἰς τὸν αὔριον ἀποθνήσκει· μένει δὲ οὐδείς, οὐδ' ἔστιν εἷς, ἀλλὰ γιγνόμεθα πολλοὶ περὶ ἓν φάντασμα, καὶ κοινὸν ὑπομαγεῖον, ὕλης περιελαυνομένης καὶ ὀλιθαινούσης. Ἐπεὶ πῶς οἱ αὐτοὶ μένοντες ἑτέροις χαίρομεν καὶ ἑτέροις πρότερον, τὰναντία φιλοῦμεν, ἢ μισοῦμεν, καὶ θαυμάζομεν, καὶ ψέγομεν, ἄλλοις δὲ χρώμεθα λόγοις, ἄλλοις πάθεσιν, οὐκ ἴδους, οὐ μορφαῖς, οὐ διανοίαν ἐπὶ τὴν αὐτὴν ἔχοντες;

D. E. πρότερον] Eusceb. Vulgo abest.

tinentibus mutationibus fœtus fit, infans, puer, adoleſcens, juvenis, vir, ſenex, filicernium: ſemper poſteriore priores abolente ortus. Sed nos ridiculi ſumus, qui unam metuamus mortem, toties jam mortui, toties morientes. Non enim tantum, ut Heraclitus dicebat, *Ignis mors aeri eſt ortus, et aeris mors aquæ ortus:* ſed multo hoc evidentius in ipſis hominibus animadvertas. Interit vir facto ſene: at vir factus erat intereunte juvene: hic puero, hic infante: et qui heri fuit, mortuus eſt orto hodierno, hodiernus in craſtinum deſinit: nullus autem manet, neque eſt unus ſed naſcimur multi, materia circa unum ſimulachrum et exemplar quoddam expreſſum circumagitata atque labaſcente. Etenim ſi iidem perduraremus, quomodo nunc aliis gauderemus rebus, gaviſi ante diverſis? contraria diligeremus, odio haberemus, miraremur, vituperaremus: a-

Οὔτε γὰρ ἄνευ μεταβολῆς ἕτερα πάσχειν ἐοικὸς, ἅπτε μεταβάλλων ὁ αὐτός ἐστιν· εἰ δ' ὁ αὐτὸς οὐκ ἔστιν, οὐδ' ἔστιν ἅμα τοῦτο αὐτὸ μεταβάλλει γινόμενος ἕτερος ἐξ ἑτέρου· ψεῦδος δ' ἡ αἴσθησις ἀγνοίᾳ τοῦ ὄντος, τοῦ ΕΙ τὸ φαινόμενον.

ιθ'. Τί οὖν ὄντως ὄν ἐστι; τὸ ἀΐδιον καὶ ἀγένητον καὶ ἄφθαρτον, ᾧ χρόνος μεταβολὴ οὐδεμία ἔοικε προσάγειν· κινητὸν γάρ τι, καὶ κινουμένῃ συμφανταζόμενον ὕλῃ, καὶ ῥέον ἀεὶ καὶ μὴ μένον, ὥσπερ ἀγγεῖον φθορᾶς καὶ γενέσεως, ὁ χρόνος· οὗ γε δὴ τὸ μὲν ἔπειτα καὶ τὸ πρότερον, καὶ τὸ
F ἔσται λεγόμενον, καὶ τὸ γέγονεν, αὐτόθεν ὁμολογήσεις ἐστὶ τοῦ μὴ ὄντος. Τὸ γὰρ σὺ τῷ ΕΙ τὸ μηδέπω γεγονὸς, ἢ πεπαυμένον ἤδη τοῦ ΕΙ, λέγειν, ὡς ἔστιν εὐήθες καὶ ἄτοπον. Ὧδε μάλιστα τοὺς νόσοις ἐπερείδοντες τοῦ χρόνου, τὸ ΕΝΕΣΤΗΚΕ, καὶ τὸ ΠΑΡΕΣΤΙ καὶ τὸ ΝΥΝ φθεγγόμε-

E. 4. οὐδ' ἐστὶν, ἀλλ' ἐκ τοῦ αὐτὸν μεταβάλλειν] Euſeb. Forte Plutarchi haec fuit ſcriptura, οὐδ' ἐστὶν, ἀλλ' ἐκ τούτου αὐτοῦ μεταβάλλει: ſenſum verſioni interpoſui. Mox εἶναι Euſeb. Reliqui perperam εἰμὶν. Hinc verſionem correxi.

F. 3. ὡς dele: vel lege δεινὰς. Mox οὖσι, forte Εἰ δί. Tum ἐπειδόντες Euſeb. Vulgo ἐπειδόντες. Porro lege τῷ χρόνῳ pro τοῦ χρόνου.

liter loqueremur, afficeremur, non formam, non figuram, non ſenſum priſtinum retinentes? Nam neque abſque mutatione probabile eſt iſtam diverſitatem oriri, et qui mutatur, idem non eſt. Si idem non eſt, ne eſt quidem: ſed ex illo ipſo *eſſe* dejicitur alius ex alio mutationibus factus. Senſus autem ob ignorationem ejus quod eſt, fallit nos, ut eſſe putemus quod eſſe videtur.

XIX. Quid ergo re vera eſt, quod ſit? id quod ſempiternum eſt ortus et interitus exſors, cui nullus a tempore motus infertur. Mobile enim quiddam et cum mota apparens materie, ſemper fluens, nullam rem retinens, ſed veluti vas ortuum et interituum eſt tempus: cujus ipſæ appellationes hæ, *Prius*, *Poſterius*, *Erit*, *Fuit*, fatentur ipſum non eſſe. Facias enim fatue ac abſurde, id quod nondum fuit, aut quod jam eſſe deſiit, ſi eſſe dicas. Quum vero maxime cogitationem intendimus tempori, nimirum *Inſtans*, *Præſens*, *Nunc*, di-

ῆα, τοῦτο αὖ πάλιν ἄγαν ἐκδυόμενος ὁ λόγος ἀπόλλυσιν. Ἐκθλίβεται γὰρ εἰς τὸ μέλλον καὶ ὃ παρῳχημένον, ὥσπερ αὐγή, βυλομένοις ἰδεῖν, ἐξ ἀνάγκης διϊσάμενον. Εἰ δὲ ταὐτὰ τῷ μετρουμένῳ πέπονθεν ἡ μετροῦσα 393
φύσις, οὐδὲν αὐτῆς μένον οὐδὲ ὄν ἐστιν, ἀλλὰ γινόμενα πάντα καὶ φθειρόμενα πρὸ τοῦ ἢ τοῦ ἢ χρόνον συνέμπλησιν. Ὅθεν οὐδ' ὅσιόν ἐστιν ὀρθῶς τῷ ὄντος λέγειν ὡς ἦν, ἢ ἔσται· ταῦτα γὰρ ἐγκλίσεις τινές εἰσι καὶ μεταβάσεις καὶ παραλλάξεις τοῦ μένειν οὐ πρὸς τὸ εἶναι μὴ πεφυκότος.

κ'. Ἀλλ' ΕΣΤΙΝ ὁ θεός, φάναι, καὶ ἔστι κατ' οὐδένα χρόνον, ἀλλὰ κατὰ τὸν αἰῶνα τὸν ἀκίνητον, καὶ ἄχρονον, καὶ ἀνέγκλιτον, καὶ οὗ πρότερον οὐδέν ἐστιν, οὐδ' ὕστερον, οὐδὲ μέλλον, οὐδὲ παρῳχημένον, οὐδὲ πρεσβύτερον, οὐδὲ νεώτερον· ἀλλ' εἷς ὢν ἑνὶ τῷ νῦν τὸ

F. 6. ἄγαν ἐκδυόμενος] Forte legendum ἅμα κ) λεγόμενον, *ſimulac dictum eſt*. Euſeb. ἄγαν ἐκλυόμενος, rem non reſtituit.
F. 8. αὐγὴ, βυλομένοις] Sic Euſeb. et vertendo expreſſi. Vulgo αἰκμῇ βυλόμενος.
A. 1. Εἰ δὲ—ἡ μετρουμένη] Sic Euſeb. Vulgo, ὁ δὲ—ἡ μέτρον μὲν ἦ: monſtroſe.
A. 3. κατὰ τὸν πρὸς τὸν χρόνον συνέμπλησιν] Euſeb. Vulgo vitioſe κατ' αὐτὸν πρὸς τὸν χρόνον συστεμίγη.
A. 7. χρὴ] Bene habet: Xyl. ex Euſebio vertit *ſi χρὴ*.
A. 10. οὐδὲ μέλλον, οὐδὲ παρῳχημένον, οὐδὲ πρεσβύτερον] Vulgo deſunt; recepi ex Euſeb.

cimus, id rurſum elangueſcens ratio perdit. Eliditur enim ſpectare volentibus diſſipaturque ut repentina lux, in futurum et præteritum. Quod ſi idem accidit naturæ quam tempore metimur, quod menſuræ ejus: ipſa quoque nihil eſt permanens, nihil ens, ſed omnia ſunt fientia et intereuntia, juxta eorum cum tempore comparationem. Itaque de eo quod eſt, non licet dicere fuiſſe id aut fore: quæ verba inclinationem ſignificant atque diſceſſum et mutationem, quæ locum in eo quod eſt non habet.

XX. Deus autem, ita dicendum, Est, et eſt nulla ratione temporis, ſed æternitatis immobilis, tempore et inclinatione carentis: in qua nihil prius eſt, nihil poſterius, nihil futurum, nihil præteritum, nihil antiquius, nihil recentius: ſed una cum ſit, unico *Nunc* ſempiternam im-

B ἀεὶ πεπλήρωκε· καὶ μόνον ὄντι ὄντως ὄν, οὐ γεγονός, οὐδ' ἰσόμενον, οὐδ' ἀρξάμενον, οὐδὲ παυσόμενον. Οὕτως ἔστιν αὐτὸ δεῖ σεβομένους ἀσπάζεσθαι καὶ προσαγορεύειν· ἢ καὶ νὴ Δία, ὡς ἔνιοι τῶν παλαιῶν, ΕΙ ΈΝ. Οὐ γὰρ πολλὰ τὸ θεῖόν ἐστιν, ὡς ἡμῶν ἕκαστος ἐκ μυρίων διαφορῶν καὶ πάθεσι γινομένων, ἄθροισμα παντοδαπὸν καὶ παμμιγὲς μεμιγμένον. Ἀλλ' ἓν εἶναι δεῖ τὸ ὄν, ὥσπερ ὂν τὸ ἕν· ἡ δ', ἑτερότης, διαφορὰ μὲν ὄντος, εἰς γένεσιν ἐξίσασα μὲν μὴ ὄντος. Ὅθεν εὖ καὶ τὸ πρῶτον ἔχει τῷ θεῷ τῶν ὀνομάτων, καὶ C τὸ δεύτερον, καὶ τὸ τρίτον. Ἀπόλλων μὲν γὰρ, οἷον ἀρνούμενος τὰ πολλὰ καὶ τὸ πλῆθος ἀποφάσκων ἐστίν· Ἰητὸς δὲ, ὡς εἷς καὶ μόνος· Φοῖβον δὲ δή που τὸ καθαρὸν καὶ ἁγνὸν οἱ παλαιοὶ πάντ' ἀνόμαζον, ὡς ἔτι Θεσσαλοὶ τοὺς ἱερέας ἐν ταῖς ἀποφράσιν ἡμέραις αὐτοὺς ἐφ' ἑαυτῶν ἔξω

B. 3. ὢν] Receptum ex Euſeb. Vulgo deeſt. Mox αὐτὸν malim. Tum προσαγορεύειν, ex Euſeb. Vulgo προσεῖζειν.
C. 5. ἔξω διατρίβοντας] Sic A. D. B. Xyl. Alii cum Steph. vitioſe ἐξωθεῖα τρίβοντας.

plet durationem: et hujus ratione quod eſſe dicitur, vere eſt, non futurum, non præteritum, neque orſum, neque deſiturum. Sic itaque Deus nobis eſt venerationis ſtudio ſalutandus atque compellandus. Niſi mavis veterum quorundam formulam, EI HEN, *Unum es*. Non enim multa eſt numen, ſed unum: non ut unuſquiſque noſtrum congeries ex infinitis diverſiſſimiſque affectionibus varie commixta, quo modo ex omnis generis hominibus ſolennes conventus conflantur. Sed unum oportet eſſe id quod eſt: et eſſe, id quod unum dicitur: nam diverſitas cum differentia entis ponitur, jam ad procreandum id quod non ſit ens vergit. Proinde deo huic recte et primum, et ſecundum, et tertium nomen eſt inditum. Apollo enim dicitur, quod unicus ſit, voce multitudinis negationem arguente. Ietus autem, unicus et ſolus. Phœbus, quia hoc vocabulo antiqui omnia caſta et pura deſignaverunt: ſicut (ni fallor) Theſſali hodieque ſacerdotes nefaſtis diebus privatim et ex-

ἀμπελόνας, οἶμαι, φοβονομεῖσθαι λέγουσι. Τὸ δὲ ἕν, εἰλικρινὲς καὶ καθαρόν· ἑτέρου γὰρ μίξει πρὸς ἕτερον ὁ μιασμός, ὡς που καὶ Ὅμηρος ἐλέφαντά τινα φοινικόμιγον βαφῇ μιαίνεσθαί φησι· καὶ τὰ μιγνύμενα τῶν χρωμάτων οἱ βαφεῖς, φθείρεσθαι, καὶ φθορὰν τὴν μίξιν ὀνομάζουσιν. Οὐκοῦν ἕν τε εἶναι καὶ ἄκρατον ἀεὶ τῷ ἀφ- D
θάρτῳ καὶ καθαρῷ προσήκει.

κ'. Τοὺς δ' Ἀπόλλωνα καὶ Ἥλιον ἡγουμένους τ' αὐτὸν, ἀσπάζεσθαι μὲν ἄξιόν ἐστι καὶ φιλεῖν δι' εὐφημίαν, ὃ μάλιστα τιμῶσιν ὧν ἴσασι καὶ πεύθονται τὸν θεὸν τὴν ὄπωπαν. Ὡς δὲ νῦν ὑπ' ἀμφιλλίχῳ τῶν ὀνειροπολούντων ἐγείρομεν καὶ παρακαλοῦμεν ἀνωτέρω προσάγειν, καὶ θεάσασθαι τὸ ὑπὲρ αὐτοὺς καὶ τὴν οὐσίαν· τιμᾶν δὲ καὶ τὴν εἰκόνα τούτου, καὶ σέβεσθαι τὸ περὶ αὐτὴν γόνιμον ὡς ἄνυστόν ἐστιν αἰσ-

D. 4. εὐφημίαν] D. Vulgo αἰφνίαν. Mox pro ὄπωπαν, forte ἐπαυρεῖαν? Tum lege ὑπειροπολοῦντας, ut R: et προάγειν, ut habet B. in margine. Porro lege ὕπαρ αὐτοὺς pro ὑπὲρ αὐτούς.

tra templa degentes *phœbonomeisthai* (id eſt *luſtrari*) dicunt. Unum autem quod eſt, ſincerum eſt et mixtionis purum; alterius quippe cum altero mixtione res contaminantur: quo pacto Homerus inquinari ait puniceo colore ebur tinctum: et infectores colorum mixtos corrumpi, mixtionem corruptelam nominant. Ergo unum eſſe, neque cum alio contemperari, ſemper competit in naturam interitus expertem ac puram.

XX. Qui vero Solem cum Apolline eundem faciunt, eorum par eſt exoſculari atque amplecti ingenii bonitatem: qui quod maxime omnium quæ habent cognita venerantur atque deſiderant, ei notitiam ac indicium Dei hujus adſignant. In præſentia autem eos Deum quaſi in pulcherrimo omnium ſomniorum ſomnio imaginantes, excitemus hortemurque ut altius ſe efferant ad vigiliam, et Dei ſubſtantiam ipſam contemplentur: neque tamen non hanc ejus imaginem colant, et venerentur, quæ (quantum

διὰ νοητῆς, καὶ φερομένῳ μύθοντος ἐμφάσεις τινὰς καὶ
E εἴδωλα ἀμυδρὰ παραπέμπουσαν ἀμωσγέπως τῆς περὶ ἐκεῖνον
εὐμενείας καὶ μακαριότητος. Ἐκτάσεις δὲ αὐτῆς καὶ με-
ταβολὰς πῦρ ἀφιέντος, αἱ αὐτὸν ἅμα σπῶσιν ὡς λέ-
γουσιν, αὖθίς τε καταθλίβουσος, ἀκρῶδα κατατείνοντος
εἰς γῆν καὶ θάλασσαν καὶ ἀνέμους καὶ ζῶα καὶ τὰ δεινὰ
παθήματα, καὶ ζώων καὶ φυτῶν, οὐδ' ἀκούειν ὅσιον· ἢ
τῷ ποιητοῦ παιδὸς ἔσαι φαυλότερος, ὃν ἐκεῖνος ἔν-
πνι φαμάθῳ στιπτεμβύη καὶ παραχεομβύη πάλιν ὑφ'
ἑαυτῷ παίζει παιδιὰν, τοιοῦτον περὶ τὰ ὅλα χρώμενος
ἀεί, καὶ τὸν κόσμον, οὐκ ὄντα πλάτλων, εἶτ' ἀπολλύ-
ων γενόμενον. Τοὐναντίον γὰρ ὅσον ἀμωσγέπως ἐγγέ-
F γονε τῷ κόσμῳ, τοῦτο σωδεῖ τὴν οὐσίαν καὶ κρατεῖ τῆς
περὶ τὸ σωματικὸν ἀσθενείας ὀλίγον φθορὰν φερομένης· καὶ

E. 3. πῦρ ἀφιέντος,—] Locus turbatus, ita conſtituendus—πῦρ ἀφιέντος, ἑαυτὸν ἀναστῶντος, ὡς λέγουσιν, αὖθίς τε καταθλίβοντος ἐντεῦθεν καὶ κατατείνοντος: ut partim viderunt etiam Mez. et R. Pro αἱ αὐτὸν habent ἑαυτὸν A. B. D. P.

E. 11. ἀμωσγέπως] Ita omnes libri. Forte ἀσώματον.

omnino res ſenſilis de ea quam ſola mens cernit, et caduca de perenni præſtare poteſt) fœcunda eſt, indicia nobis quædam et ſimulachra effulgentia utcunque ſuggerendo, bonitatem et felicitatem numinis iſtius repræſentantia. Illas vero Apollinis e ſua natura egreſſiones, ac mutationes, ignem emittentis, quibus, ſeipſe ſurſum trahat rurſuſque ſe diſſipet, et in maria, ventos, aut animalia, vel ſtirpes, transformetur, aliaſque id genus diras perpeſſiones, ne audire quidem pium eſt: niſi eum puero illo a poeta deſcripto facimus deteriorem: et quod ille ludicrum in ſabulo, id componens ac diffingens identidem, ſibi animi cauſa fingit, hoc Deum uti in Univerſo ſemper ſtatuimus, dum alias mundum format qui non erat, alias conditum perdit. Immo contra quantum ejus mundo utcumque innatum eſt, id ſubſtantiam mundi conſtringit, corporeamque imbecillitatem ad interitum propenſam coercet. Ac mihi qui-

μοι δοκεῖ μάλιστα πρὸς τοῦτον τὸν λόγον ἀντιβαίνομεν ὃ ῥῆμα καὶ μαρτυρόμενον, ΕΙ φαῦναι πρὸς τὸν θεόν, ὡς ἐδέποτε γενομένης πρὸς αὐτὸν ἐκστάσεως καὶ μεταβολῆς, ἀλλ' ἑτέρῳ τινὶ θεῷ μᾶλλον δὲ δαίμονι τεταγμένῳ 394
πρὸς τιὼ σὶ φθορᾶ καὶ γενέσει φύσιν τοῦτο ποιεῖν καὶ πάσχειν προσῆκεν· ὡς δῆλόν ἐστιν ἀπὸ τῶν ὀνομάτων εὐθύς, οἷον ἐναντίων ὄντων καὶ ἀντιφώνων. Λέγεται γὰρ ὁ μὲν Ἀπόλλων, ὁ δὲ Πλούτων· καὶ ὁ μὲν Δήλιος, ὁ δὲ Ἀϊδωνεύς· καὶ ὁ μὲν Φοῖβος, ὁ δὲ Σκότιος· καὶ παρ' ᾧ μὲν αἱ Μοῦσαι καὶ ἡ Μνημοσύνη, παρ' ᾧ δὲ ἡ Λήθη καὶ ἡ Σιωπή· καὶ ὁ μὲν Θεώριος καὶ Φανταῖος, ὁ δὲ Νυκτὸς ἀϊδνᾶς ἀεργηλοῖό τε Ὕπνου κοίρανος· καὶ ὁ μὲν

—Βροτοῖσι θεῶν ἔχθιστος ἁπάντων· B

πρὸς ὃν δὲ Πίνδαρος εἶρηκεν, οὐκ ἀκόμπως,

Κατεκρίθη, θνατοῖς ἀγανώτατος ἔμμεν.

A. 3. προσῆκεν] Leg. προσῆκεν.
B. 3. θνατοῖς ἀγανώτατος] Reſtitui e duobus aliis Plutarchi locis, ubi idem exſtat dictum. Defect. Orac. p. 413. C. et Adverſ. Epicur. p. 1102, E. ut jam Valckenarius monuerat, ad Eurip. Phœn. p. 12. et Hippol. p. 275. Vulgo δῖον αὐτοῖς ἀγανώτατον.

dem maxime oppoſitum iſti opinioni videtur Dei nomen, ut EI appellemus eum, teſtantes nunquam illum ſuo de ſtatu exire, nulla mutatione affici. Hoc enim magis conveniebat tribuere alii cuidam deo, aut potius genio præfecto naturæ quæ ortibus et interitibus variatur: quod ſtatim ex nominibus liquet, contrariis atque ſignificantibus rem adverſam. Nam *Apollo* noſter, alter *Pluto* a multitudine: ille *Delius*, hic *Aidoneus* ab obſcuritate et cæcitate nominatur: ille *Phœbus*, hic *Scotius*, quod eſt tenebricoſus: apud illum Muſæ verſantur, et Memoria, id eſt Mnemoſyne: apud hunc Lethe (ſeu oblivio) et Silentium: ille a contemplando *Theorius* et *Phanæus* uſurpatur: hic

Obſcuræ noctis, ſegnis princepſque ſoporis.

atque hic quidem *mortalibus omnium eſt Deorum inviſiſſimus:* in illum non ineleganter Pindarus dixit,

Cenſeri eum ergo homines mitiſſimum eſſe.

Εἰκότως οὖν ὁ Εὐριπίδης εἶπεν,

Λοιβαὶ νεκύων φθιμένων
Ἄιδαι, ἃς ὁ χρυσοκόμας
Ἀπόλλων οὐκ ἐνδέχεται.

Καὶ πρότερος ἐπὶ τούτῳ ὁ Στησίχορος,

Μάλα τοι μάλιστα παιγμοσύνας φιλεῖ μολπάς τε Ἀπόλλων,
κήδιά τε γοεραχάς τε Ἀΐδας ἴλαχε.

Σοφοκλῆς δὲ καὶ τὼ ὀργάνων ἑκατέρῳ προσνέμων ἑκάτερον δῆλός ἐστι διὰ τούτων,

Οὐ πάλλα κωκυτοῖσιν, οὐ λύρα φίλα.

Καὶ γὰρ ὁ αὐλὸς ὀλίγα καὶ προφθὰν ἐτόλμησε φωνὴν
C ἐφ' ἱμερτοῖσιν ἀφιέναι, τὸ δὲ πρότερον χρόνον εἴλκετο πρὸς τὰ πένθη, καὶ τὴν περὶ ταῦτα αὐτουργίαν ὑμάλα ἔντιμον οὐδὲ φαιδρὰν εἶχεν, εἶτ' ἐμίχθη πανταπάσι· μάλιστα δὲ τὰ θεῖα πρὸς τὰ δαιμόνια συγχέοντες, εἰς ταραχὴν αὐτὰς κατέστησαν. Ἀλλά γε τῷ Ε τὸ ΓΝΩΘΙ ΣΕΑΥΤΟΝ ἔοικέ πως ἀντικεῖσθαι, καὶ τρόπον τινὰ

B. 13. πάλλα] Ut exhibet Brunck. ad Sophocl. t. ii. p. 43: re ipsa jubente.
C. 1. εἵλκετο] A. B. D. P. Vulgo εἶλκε.
C. 2. αὐτουργίαν] Forte λειτουργίαν cum R.
C. 5. κατέστησαν] Sic A. B. D. Ven. P. Vulgo ἵστασαν.

Recte itaque Euripides dixit,

Libationes, atque cantus
Vita solutis: auricomus quas
Non admittit Apollo.

Priorque eo Steſichorus:

Cantus atque jocos præ reliquis amat
Apollo rebus: ſed gemitus graves
Luctuſque Diti ſorte cedunt.

Sophocles ſua etiam utrique inſtrumenta perſpicue denotat his verbis:

Non nabla ſunt artica, nec lyra luctibus.

Nam idem ille nuper admodum auſus eſt vocem * emittere: cum priore tempore ad luctum vocaret homines, et non valde honoratam aut ſplendidam obiret iſtarum rerum actionem: poſtea omnino ſunt commixta, magnæque perturbationes hominibus inde obortæ, quod res deorum cum rebus geniorum permiſcuerunt. At enim notæ EI dictum *Noſce teipſum* videtur quodam-

πάλιν σωφρονεῖν· τὸ μὲν γὰρ ἐκπλήττει καὶ σεβασμῷ πρὸς τὸν θεὸν, ὡς ὄντα διαπαντὸς, ἀναπεφώνηται· τὸ δ' ὑπόμνησίς ἐστι τῷ θνητῷ τῆς ἀεὶ αὐτὸ φύσεως καὶ ἀσθενείας.

modo repugnare, alio consonare. Hoc enim pronunciatum est, ut nos percellat, et ad venerationem numinis, utpote quod sit semper, excitet: illa nos mortales esse docet, naturæque et imbecillitatis nostræ admonet.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΕΡΙ

ΤΟΥ ΜΗ ΧΡΑΝ ΕΜΜΕΤΡΑ ΝΥΝ ΤΗΝ ΠΥΘΙΑΝ.

ΠΡΟΣΩΠΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ.

ΠΡΩΤΑ,

ΒΑΣΙΛΟΚΛΗΣ. ΦΙΛΙΝΟΣ.

ΔΕΥΤΕΡΑ.

ΦΙΛΙΝΟΣ.	ΣΕΡΑΠΙΩΝ.
ΔΙΟΓΕΝΙΑΝΟΣ.	ΒΟΗΘΟΣ.
ΘΕΩΝ.	ΕΞΗΓΗΤΑΙ.

DIALOGI PERSONÆ.

PRIMÆ,

BASILOCLES. PHILINUS.

SECUNDÆ,

PHILINUS.	SERAPION.
DIOGENIANUS.	BOETHUS.
THEON.	INTERPRETES.

D

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΕΡΙ

ΤΟΥ ΜΗ ΧΡΑΝ ΕΜΜΕΤΡΑ ΝΤΝ ΤΗΝ ΠΥΘΙΑΝ.

PLUTARCHI

CUR

PYTHIA NUNC NON REDDAT ORACULA CARMINE.

α'. ΒΑΣΙΛΟΚΛΗΣ. Ἑσπέρας ἐποίησατε βαδίζειν, ὦ Φιλῖνε, ἀφ' ὧν ἀναθημάτων ὧδε πέμποντες τὸν ξένον· ἐγὼ γὰρ ὑμᾶς ἀναμένων ἀπηρρύσα.

ΦΙΛΙΝΟΣ. Βραδέως γὰρ ὠδεύομεν, ὦ Βασιλόκλεις, σπείροντες λόγους καὶ θερίζοντες εὐθὺς μὲν μάχης ὑπαύλους καὶ πολεμικοὺς, ὥσπερ οἱ Σπαρτιᾶται, βλασφήμους δὲ ἡμῖν καὶ ὑποφυομένους τῇ ὁδῷ.

I. BASILOCLES. Hoſpitem, Philine, per donaria deducendo rem in profundam protraxiſtis veſperam. Ego quidem vos exſpectando defatigatus ſum.

PHILINUS. Etenim, Baſilocles, tarde inceſſimus, interim ſeminantes ac metentes ſermones, qui Spartorum illorum in morem bellicoſi et infenſi ſubinde nobis ambulantibus ſuppullulabant.

ΒΑΣ. Ἕτερον οὖν δέησι τινὰ προσκαλεῖν τὸν παραγενόντων, ἢ σὺ βούλει χαριζόμενος ἡμῖν διελθεῖν τίνες ἦσαν οἱ λόγοι, καὶ τίνες οἱ λέγοντες;

ΦΙΛ. Ἐμόν, ὡς ἔοικεν, ὦ Βασιλόκλεις, τὸ ἔργον· τὸν μὲν ἄλλων οὐδενὶ ῥᾳδίως ἂν ἐντύχοις χρῆν πόλιν· τοὺς μὲν πλείστους ἑώρων αὖθις εἰς τὸ Κωρύκιον τῷ ξένῳ καὶ τῷ Λυκωρίᾳ συναναβαίνοντας.

ΒΑΣ. Ἡ φιλοθεάμων τις ἡμῖν καὶ σφόδρα φιλικός ἐστιν ὁ ξένος;

ΦΙΛ. Φιλόλογος δὲ καὶ φιλομαθὴς ἐστὶ μᾶλλον· οὐ μὴν ταῦτα μάλιστα θαυμάζειν ἄξιον, ἀλλὰ σφόδρα τε πολλὴν χάριν ἔχουσα, καὶ τὸ μάχιμον καὶ ἀφορ- 395
ρητικὸν ὑπὸ συνέσεως, ὅτε δύσκολον οὔτε ἀντίτυπον πρὸς τὰς ἀποκρίσεις· ὥστε καὶ βραχὺ συμβενόμενον, εὐθὺς εἰπεῖν, Τέκος ἀγαθοῦ πατρός· οἶσθα γὰρ Διογενιανὸν ἀνδρῶν ἄριστον.

F: 7. Ἡ φιλοθεάμων—φιλόλογος] Ita dedi et perſonis diſtinxi ex B. E. Vulgo continua erant: et ὁ φιλοθεάμων legebatur: φιλικὸς mutandum in φιλήκοος, ut viderant Mez. et Reiſk. Porro poſt φιλόλογος, loco δὲ corrigendum vel γε, vel τε.

A. 1. μάχιμον] an ἀγχίνουν.

BAS. Ergo aliquis alius eorum qui interfuere nobis compellandus eſt, aut tu nobis gratificaberis iſthæc narrando, quinam fuerint, et quorum ſermones?

PHIL. Mea eſt hæc, o Baſilocles, opera. Nam reliquorum in nullum facile incides in urbe; vidi enim pleroſque rurſus in Corycium cum hoſpite et Lycuriam una ire.

BAS. Ergo hoſpes nobis eſt et ſpectandi et audiendi haud vulgariter cupidus.

PHIL. Immo literarum ac doctrinæ potius eſt cupidus. Neque tamen hæc maxime admirationem merentur: ſed manſuetudo pervenuſta, et in dubitando ac repugnando acumen, adque reſpondendum facilitas ab omni remota contumacia: ut etiam primo congreſſu diceres, *Proles boni parentis.* Noſti enim Diogenianum optimum virum?

Βας. Αὐτὸς μὲν οὐκ εἶδον, ὦ Φιλῖνε, πολλοῖς δὲ ἐντετύχηκα καὶ τὸν λόγον καὶ ὃ ἦθος τοῦ ἀνδρὸς ἰσχυρῶς ἀποδεχομένοις, ὅμοια δὲ τούτοις ἕτερα περὶ τοῦ νεανίσκου λέγουσι, ἀλλὰ τίνα ἀρχὴν ἔχον οἱ λόγοι ἢ πεφάσαν;

Β'. Φιλ. Ἐπέρχεσθον οἱ περιηγηταὶ τὰ συντεταγμένα, μηδὲν ἡμῶν φροντίσαντες δεηθέντων ὀλίγα μεῖν τὰς ῥήσεις καὶ τὰ πολλὰ τῶν ὑπογραμμάτων. Τὸν δὲ ξένον ἡ μὲν ἰδέα καὶ τὸ τεχνικὸν τῶν ἀνδριάντων μετρίως
B περιῆγετο, πολλῶν καὶ καλῶν ἔργων, ὡς ἔοικε, θαττὸν γεγενημένων. Ἐθαύμαζεν δὲ ὅ χαλκοῦ ὁ ἀνθηρόν, ὡς ὑπό τινος πεπυκασμένος σώδει ἴῳ, βαφῇ δὲ κυανῇ κίλβοντος, ὥστε καὶ πέμψαι τι πρὸς τοὺς ναύαρχους, (ἀπ' ἐκείνων γὰρ ἤρκται τῆς θέας) οἷον ἀτεχνῶς θαλαττίως τῇ χρόᾳ καὶ βυθίως ἐτῶσας. Ἆρ' οὖν, ἔφη, χρῶσίς τις ἐστὶ καὶ

A. 7. ἐντετύχηκα —ὅμοια δὲ] Insigne defectus ſupplementum præbuerunt B. E. Mox ἑτέραν delevimus eorundem auctoritate librorum, cum vulgo legeretur τίνα ἑτέραν ἀρχήν.

B. 2. Ἐθαύμαζεν] Sic Raſ. Xyl. Amiot. Vulgo ἐθαύμαζον.

B. 4. πεμφαί τι πρὸς τοὺς ναύαρχους] Depravatus locus, cui nil nec in libris nec in conjectoribus remedii. Pro πεμφαί τι Mez. ἐπίσημόν τι et ita fere Amiot. Mihi in mentem venit πάσχειν τι, vel πρέψαι ut color valde deceret Navarchos: nam ναύαρχους corrigendum patet ex Vita Lyſandri p. 443. A.

Bas. Ipſe quidem, Philine, eum non vidi: cum multis tamen collocutus ſum qui orationem et mores viri magnopere probarent. Sed quodnam initium habuerunt ſermones, qua occaſione orti?

II. Phil. More ſuo interpretes ſacrorum agebant, nulla noſtrum habita ratione, qui orabamus ut in pauca contraherent enarrationem, et pleraſque inſcriptionum præterirent. Hoſpitem vero forma et artificium ſtatuarum mediocriter movebant, qui, ut apparebat, multa præclara opera ſpectaviſſet. Miratus autem fuit æris floridum colorem, non ſitui aut ærugini ſimilem, ſed cyani tinctura rutilantem, ita ut etiam aliquid ad navium rectores ſplendoris emitteret, ab his enim ſpectare orſus eſt, ut propemodum eorum ſtatuæ colorem profundi maris referrent. Numnam, aiebat, temperatione qua-

φάρμαξις τῶν πάλαι τεχνιτῶν περὶ τὸν χαλκόν; ὥσπερ ἡ λεγομένη τῶν ξιφῶν βάμμωσις, ἧς ἐκλείπουσης ἐπεχειρίαν ἔσχε πολεμικῶν ἔργων ὁ χαλκός; τὸν μὲν γὰρ Κορίνθιον, ἡ τέχνη λέληθε σωτηρίᾳ τῆς χρόας λαβεῖν ὃ κάλλος, ὀλίγα μεμιγμένα πυρὸς οἰκίαν ἔχουσάν τι χρυσοῦ καὶ ἀργύρου, πλεῖον δὲ χαλκὸν ἐπικείμενον· ὧν συγχυθέντων καὶ σωταικέντων, ὄνομα τῷ χαλκῷ τῷ μείζονι c τὸ πλῆθος παρέσχεν. Ὁ δὲ Θέων ὑπολαβών, Ἄλλον, ἔφη, λόγον ἡμεῖς ἀκηκόαμεν παραγόντες· ὡς ἀνὴρ ἐν Κορίνθῳ χαλκοτύπος, ὀλίγων δεηθεὶς χρυσίου ἐχέσης πολὺ, καὶ δεδοικὼς φανερὸς γενέσθαι, κατὰ μικρὸν ἐποκόπων καὶ ὑπομιγνὺς ἀτεμία τῷ χαλκῷ, θαυμασίῳ λαμβάνοντι κρᾶσιν, ὑπέθρεψε πολλῷ μᾶλλον τὴν χρόαν ἢ τὸ κάλλος ἀγαπώμενον· ἀλλὰ ἢ ταῦτα καὶ ἐκεῖνα μῦθός ἐστιν. Ἦν δέ τις, ὡς ἔοικε, μίξις καὶ ἄρτυσις, ὡς που καὶ νῦν ἀναχεραννύντες ἀργύρῳ χρυσὸν,

B. 7. ὥσπερ ἡ λεγομένη—ὁ χαλκός;] Supplementum lacunæ depromtum eſt ex iiſdem B. E. item proxime τέχνη pro vulgato τέχνης.

dam et medicatione æris priſci opifices uſi ſunt? prouti illa quæ dicitur gladiorum tinctura, qua deficiente inducias a bellicis rebus nactum eſt æs. Nam Corinthium quidem æs non ars, ſed caſus tam elegante donavit colore, igne domum hauriente in qua aliquid auri et argenti, plurimum vero æris repoſitum erat: quibus confuſis et in unam conflatis maſſam, a majore copia æris nomen impoſitum eſt. Tum Theo ſubjiciens: Nos, inquit, aliam rationem callidiorem inaudivimus. Fabrum quendam ærarium Corinthi incidiſſe in capſam multo auro repletam, et cum metueret ne palam fieret hoc, paulatim aurum abſcidiſſe et æri ſenſim permiſcuiſſe, idque mirabili contemperatum modo colorem pulchrum fuiſſe adeptum, magnoque idcirco venditum pretio. Verum et hoc, et illud, fabulæ ſunt. Apparet autem fuiſſe quandam mixturam et apparatum: ſicut et nunc argento aurum admiſcentes, pe-

D ἰδίαν τινὰ χρὴ τοιαύτην, ἐμοὶ δὲ φαινομένην νοσώδη χλωρότητα καὶ φλοιὸν ἀχαλλῆ παρέχουσι.

γ'. Τίνα οὖν αἰτίαν, ἔφη ὁ Διογενιανός, οἴει τῆς τοιαύτης τοῦ χαλκοῦ χροιᾶς γεγονέναι; Καὶ ὁ Θέων, Ὅταν, ἔφη, τοῦ πρώτων καὶ φυσικωτάτων καὶ ἐσομένων ᾖ ὄντων, πυρὸς καὶ γῆς καὶ ἀέρος καὶ ὕδατος, καὶ μηδὲν ἄλλο πρὸ χαλκῷ πλησιάζῃ μηδὲ ὁμιλῇ πλὴν μόνου ὁ ἀήρ, δῆλός ἐστιν ὑπὸ τούτου πεπονθὼς καὶ ἀφ' οὗτον ἐχικὼς ἰοῦ ἔχει διαφορὰν ἀεὶ σωύοντα καὶ προσκείμενον, ἢ τοῦτο μοὶ ἤδεις πρὶν Θεόγνιν γεγονέναι, τὸν Κωμικόν· ἰοῦ δὲ ἔχων φύσιν ὁ ἀήρ, ἢ τε ἀρώμενος δυ-
E νάμει καὶ τὰς ὀπιφαύσεις ὀπτικέχρωκε τὸν χαλκόν· ὀπιθυμεῖς μαθεῖν; Φήσαντος δὲ τοῦ Διογενιανοῦ, Καὶ γὰρ ἐγώ, εἶπεν, ὦ παῖ· ζητῶμεν ὧν κοινῇ, καὶ πρότερον, εἰ βούλει, δι' ἰοῦ αἰτίαν μάλιστα τοῦ ὑγρῶν ἀναπίμπλησιν

D. 6. καὶ μηδὲν ἄλλο] καὶ delendum cum Xyl. Amiot. Mez.
D. 10. ᾖδεις] Recepi ex T. V. Anon. Exempl. Turneb. Mez. Vulgo ejus loco eſt lacuna.
E 4. ἀναπίμπλησιν—πλησιάζοντα] Niſi quid excidit, putem corrigendum— ἀναπίμπλησιν (ſcilicet ὁ ἀὴρ) ἰῷ τοιλαιον οὐ γὰρ αὐτός γε δύναται τῷ ἐλαίῳ προστρίβεται τὸν ἰὸν, ἅτε δὲ καθαρὸς αὐτοῦ καὶ ἀμίαντος πλησιάζων. Mox τούτου pro τοῦτο ex Anon. T. V.

euliarem quendam et artificioſum, ut vero mihi videtur, vitioſum et minime pulchrum pallorem faciunt.

III. Quam ergo, aiebat Diogenianus, cauſam putas colori huic æris fuiſſe? Et Theo, Quando, inquit, de iis rebus quæ natura primæ erunt atque ſunt, ignem puta, aërem, terram, et aquam, nihil aliud æri accidit quam ſolus aër, ab hoc illud affici liquet, atque ob ejus aſſiduam præſentiam illud coloris diſcrimen conſequi. Aut hoc quidem noveras antequam naſceretur Theognis, ut eſt apud comicum. Sed quanam aër natura præditus, qua facultate utens contactu colorem hunc æri induxerit cupis ſcire? Aiente Diogeniano, Et quidem, inquit, ego quoque, mi puer. Ergo communicata opera inquiramus, idque primum diſpiciamus, cur de omnibus hujuſmodi oleum

ἱᾶ τἄλλαιον· ὁ γὰ αὐτό γε δή πως τῷ χαλκῷ προσπε-
φθαι τὸν ἰόν, ἅτε δὴ καθαρὸν αὐτῷ καὶ ἀμίαντον πλη-
σιάζοντα. Οὐδαμῶς, εἶπεν ὁ νεανίας, ἄλλο δ' αὐτῷ δο-
κεῖ τοῦτο τὸ αἴτιον ὑπάρχειν· λεπτῷ γὰρ ὄντι καὶ κα-
θαρῷ καὶ διαυγεῖ προσαιτίων ὁ ἰὸς, ἐκφανέστατός ἐστιν,
ὁ δὲ τοῖς ἄλλοις ὑγροῖς ἀφανίζεται· καὶ ὁ Θέων, Εὖγε, F
εἶπεν, ὦ παῖ, καὶ * σκόπει δὲ, εἰ βέλει, καὶ τὴν ὑπὸ
Ἀριστοτέλους αἰτίαν λεγομένην. Ἀλλὰ βέλομαι, εἶπεν.
Φησὶ τοίνυν τοὺς μὲν ἄλλων ὑγρῶν ὀπτόντα διέχειν ἀδή-
λως καὶ διαπείρεσθαι τὸν ἰόν, ἀνωμάλων καὶ μανῶν
ὄντων· τῷ δὲ ἐλαίῳ τὴν πυκνότητι γίγεσθαι, καὶ διαμέ-
νειν ἀθροιζόμενον. Ἂν οὖν καὶ αὐτοί τι τοιοῦτον ὑπο-
θέσθαι δυνηθῶμεν, οὐ πανταπασιν ἀπορήσομεν ἐπῳδῆς
καὶ παραμυθίας περὶ τοῦ ἀπορίαν.

δ'. Ὡς οὖν ἐκελεύομεν καὶ συνεχωροῦμεν, ἔφη. Τὸν 396
ἀέρα † ἐν Δελφοῖς πυκνὸν ὄντα καὶ συνεχῆ, καὶ τόνον ἔχον-

F. 2. Ad, ὦ παῖ, καὶ—ſupplendum καλὰς, vel ἀνδρικῶς. Mox εἶπεν pro εἰπεῖν e Xyl. Porro διέχειν videtur mutandum in διαῤῥεῖν. Tum lacuna expleta, mutato καὶ μεινόντων in καὶ μανῶν ὄντων ex T. V. Exempl. Turneb. Mez.

maxime ærugine oppleat. Non enim videtur ipſum æri eam inducere, cum purum et impollutum ei aptetur. Nequaquam, aiebat adoleſcens: ſed alia videtur eſſe cauſa: ærugo enim, oleo, quod tenue eſt et purum ac pellucidum, accedente, maxime eluceſcit, cum eam alii humores tegant. Tum Theo: Præclare, inquit, mi puer, et recte: conſidera autem ſodes etiam eam quæ ab Ariſtotele adfertur cauſam. Volo, inquit. Is ergo tradit ærugi-nem reliquis humoribus incidentibus obſcure elucere et diſſipari, quod ii ſint inæquales, neque partes una maneant: olei autem denſitate eam cohiberi atque colligi. Proinde ſi nos quoque tale aliquid ponere poſſumus, non plane nobis deerit hujuſce difficultatis explicatus.

IV. Ut ergo juſſimus, veniamque dedimus, ita fere is eſt locutus. Aer Delphicus craſſus eſt, continuus, et ob

τὰ, διὰ τ' ἀπὸ τ' ὀρῶν ἀνάκλασιν καὶ ἀντέρεισιν, ἔτι καὶ δηκτικόν, λεπτὸν εἶ), ὥσπερ μαρμυρεῖ καὶ τὰ περὶ τὰς πέψεις τροφῆς· ἐνδυόμενον ὂν ὑπὸ λεπτότητος καὶ τέμνουσα τ' χαλκόν, ἀναχαλάσειν πολὺν ἰὸν ἐξ αὐτῆ καὶ γεώδη, φέρειν δὲ τοῦτον αὖ πάλιν καὶ πιέζειν, τῆς πυκνότητος ἀφάχυσιν μὴ διδούσης, τόνδε ὑφιζάμενον αὐτῷ ἀφ' πλήθος ἐξανθεῖν, καὶ λαμβάνειν αὐγὴν καὶ χάνωμα περὶ τὸ ὀπτφάνειαν. Ἀποδεξαμένων δὲ ἡμῶν, ὁ ξένος ἔφη τὸ
B ἑτέραν ἀρκεῖν ὑπόθεσιν περὶ τὸν λόγον. Ἡ δὲ λεπτότης, ἔφη, δόξει μὴ συναναιρεῖσθαι καὶ περὶ τὸ λεγομένην πυκνότητα τῆ ἀέρος, λαμβάνεται δὲ οὐκ ἀναγκαίως· αὐτὸς γὰρ ὑφ' ἑαυτῆ παλαιούμενος ὁ χαλκὸς ἀποπνεῖ καὶ μεθίησι τ' ἰὸν, ὃν ἡ πυκνότης συνέχουσα καὶ παχύνουσα ποιεῖ ἐκφανῆ διὰ ὃ πλῆθος. Ὑπολαβὼν δὲ ὁ Θέων, Τί γὰρ, εἶπεν, ὦ ξένε, κωλύει ταυτὸ εἶ) καὶ λεπτὸν καὶ

A. 4. λεπτὸν εἶναι] Addidi ex B. E. Mox lacunam explevi voce διάχυσιν ex Anon. quod item videntur habuisse T. V. ex quibus notatum est διάλυσιν. Meg. διέξοδον.

B. 5. ἀποπνεῖ] Sic B. E. Ald. Bas. Xyl. At Steph. et reliquae editiones ἀπαυτεῖ vitiose et vitio forte typographi.

reflexionem ac renisum a montibus vehemens, itemque mordax ac tenuis: quod testatur nutrimenti concoctio. Subiens itaque sua tenuitate, æs penetrat, atque ex eo multam terrestremque æruginem eruit: eamque rursum sua densitate comprimit, quæ exitum illi non præbet, ut rursus subsidens præ multitudine efflorescat, et in superficie splendorem atque nitorem adipiscatur. Hæc nobis probantibus, hospes aiebat, Ad reddendam rationem sufficere alteram positionem. Nam tenuitas, dicebat, videbitur etiam ei quæ commemorata est aëris densitati adversari, neque adsciscitur necessario. Ipsum enim a seipso inveteratum æs exspirat æruginem, quam densitas continens atque constringens, ob multitudinem adspectui exhibet. Sub hæc Theo: Quid vero, inquit, obstat, o hospes, quin idem sit

πυκνὸν, ὥσπερ τὰ σηρικὰ καὶ τὰ βύσσινα τῶν ὑφασμάτων, ἐφ' ὧν καὶ Ὅμηρος ἔφην,

Καιροσίων δ' ὀθονῶν ἀπολείβεται ὑγρὸν ἔλαιον,

σύδεικνύμενος τὴν ἀκρίβειαν καὶ λεπτότητα τῆς ὕφης, ἣν μὴ φερόμενον ὃ ἔλαιον, ἀλλ' ἀπορρεῖν καὶ ἀπολισθάνειν τῆς πυκνότητος, ὑ δίησι. Καὶ μὴν ὑ μόνον πρὸς τὴν ἀναλάμψιν τῆ ἰοῦ χρήσαιτο ἂν τῇ λεπτότητι τῆ ἀέρος, ἀλλὰ καὶ ἡ χρόαν αὐτὴν ποιεῖν ἥδιονα καὶ γλαυκοτέραν, ἀναμιγνύουσα τῷ κυανῷ φῶς καὶ αὐγήν.

ε'. Ἐκ τούτου γενομένης σιωπῆς, πάλιν οἱ ἑταῖροι προεχειρίζοντο τὰς ῥήσεις· χρησμὸς δέ τινος ἐμμέτρου λεχθέντος οἴμην περὶ τῆς Ἄγωνος τοῦ Ἀργείων βασιλείας, Πολλάκις, ἔφη, θαυμάσαι τὸν ἐπῶν ὁ Διογενιανὸς, ἐν οἷς οἱ χρησμοὶ λέγονται, τὴν φαυλότητα καὶ τὴν εὐτέλειαν· καίτοι μισητὴς ὁ θεὸς, καὶ τῆς λεγομένης λογιότητος ὐχ ἧττον αὐτῷ τὸ καλὸν, ἢ τῆς περὶ

C. 2. ὑ δίησι] Legendum ὑ διείσης. B. E. οὐ δίησι. Ald. Baſ. Xyl. οὗ δίησι. Mox προεχειρίζοντο ex B. E. Xyl. pro vulgato προσεχειρίζοντο.

et tenue et denſum: ſicut ſunt ſerica et byſſina texta, de quibus etiam Homerus dixit:

Lintea pexa, oleæ queis lentus defluit humor.

oſtendens accuratam texturæ ſubtilitatem, quæ oleum non tranſmitteret, ſed id ob denſationem deflueret. Enimvero non tantum ad æruginem foras eruendam uti aliquis poſſit argumento a tenuitate aëris petito: ſed et colorem ea videtur facere poſſe jucundiorem, quando cœruleo admiſcetur.

V. Secundum hæc ſilentio facto, rurſum enarratores ſacrorum oracula depromſerunt. Ibi cum oraculum quoddam carmine editum recitaretur, de regno, niſi fallor, Ægonis Argivi; Diogenianus aiebat, ſæpenumero ſe admiratum fuiſſe verſuum, quibus oracula exprimerentur, vilitatem atque vitia. Atqui Apollinem muſarum ducem eſſe, et ad quem non minus

D μέλη καὶ ᾠδὰς καὶ εὐφωνίας μετεῖναι, καὶ πολὺ τὸν Ἡσίοδον εὐεπείᾳ καὶ τὸν Ὅμηρον ὑπερφέρεσθαι· τὰς δὲ πολλὰς τῶν χρησμῶν ὁρῶμεν καὶ τοῖς μέτροις καὶ τοῖς ὀνόμασι πλημμελείας καὶ φαυλότητος ἀναπεπλησμένας. Παρὼν ἔτυχεν Ἀθηνήθεν ὁ ποιητὴς Σεραπίων, Εἶτα, ἔφη, ταῦτα τὰ ἔπη τῷ θεῷ πιστεύοντες εἶναι, τὸ ἄσωμον ἂν πάλιν, ὡς λέγεται, κέλλει τῶν Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου λέγειν, ἃ χρησόμεθα τούτοις ὡς ἄριστα καὶ κάλλιστα πεποιημένοις, ἐπανορθώμενοι τὴν αὐτῶν κρίσιν προσαπειλημμένην ὑπὸ φαύλης συνηθείας. Ὑπολαβὼν ἔφη Βόηθος ὁ γεωμέτρης· οἶδα γὰρ τὸν ἄνδρα μεταβαίνοντα
E μικρὸν ἤδη πρὸς τὸν Ἐπίκουρον· Ἆρ' οὖν, ἔφη, τὸ τοῦ ζωγράφου Παύσωνος ἀκήκοας; Οὐκ ἔγωγε, εἶπεν ὁ Σεραπίων. Ἀλλὰ μὴν ἄξιον. Ἐλαβὲν γάρ, ὡς ἔοικεν,

D. 4. ἀναπεπλησμένους] Sic B. E. Baſ. Xyl. Vulgo ἀναπεπλεγμένους.

D. 6. τὸ ἄσωμον—οὐ χρησόμεθα] Ita Ald. et Steph. item ſcripti, niſi quod B. E. ab initio habet τὸ ἄμωμον αὖ πάλιν. Legendum ut in promtu eſt nec Mez. et Reiſk. fugit, τολμῶμεν αὖ πάλιν ὡς λέγεται—λέγειν οὐδὲ χρησόμεθα. Baſ. et Xyl. forte a correctore—πιστεύετε εἶναι· ἁμῶμον εὖ πάλιν, ὡς λέγετε. κ. τ. Ὁμ. κ. Ἡσ. ἀκουστέον; οὐ χρησόμεθα—.

eruditionis, quam cantilenæ et vocis elegantia pertineret, et qui Homerum Heſiodumque longe antecelleret facundia: tamen pleraque oracula et contra metri leges, et vocabulorum pravitate peccare. Aderat una Serapio poëta, qui Athenis eo venerat. Is, putatis ergo, inquit, verſus iſtos Apollinis eſſe? Itane, hos Dei verſus eſſe putantes, audemus rurſum eos dicere, Homericis et Heſiodeis pulchritudine longe inferiores eſſe? an non utemur iis ut optime et pulcherrime compoſitis, corrigentes judicium quod de iis prava conſuetudine occupante fertur? Sub hæc Boëthus geometra, quem noſti jam in caſtra Epicuri tranſitum parare, Audiſtine, inquit, Pauſoni pictori quid contigerit? Non ſane, aiebat Serapio. Atqui dignum eſt auditu, inquit Boëthus. Conduxerat is pin-

ἵππον ἀλινδούμενον γράψαι, περόντα ἔγραψεν· ἀγανακτοῦντος δὲ τοῦ ἀνθρώπου, γελάσας ὁ Παύσων καὶ στρέψας τὸν πίνακα· καὶ γενομένων ἄνω τοῦ κάτω, πάλιν ὁ ἵππος ὁ περόν ἀλλ' ἀλινδούμενος ἐφαίνετο. Τοῦτό, φησιν ὁ Βίων, συμβαίνει τοῖς λόγοις πάσχειν, ὅταν ἀναστρέφωσι. Διὸ F καὶ τοὺς χρησμοὺς ἔνιοι φήσουσιν οὐ καλῶς ἔχειν, ὅτι τοῦ θεοῦ εἰσιν· ἀλλὰ τοῦ θεοῦ μὴ εἶναι, ὅτι φαύλως ἔχουσιν· ἐκεῖνο μὲν γὰρ οὐ διήλω· τὸ δὲ [τὰ ἔπη οὐκ εὖ] πεποιῆσθαι τὰ περὶ τοὺς χρησμούς, καί σοι κριτὴ δίπτυθεν, ὦ φίλε Σεράπιον, εἶπεν, ἐναργές ἐστι. Ποιήματα μὲν γὰρ γεγράφεις, τοῖς μὲν πράγμασι φιλοσόφως καὶ αὐστηρῶς, δυνάμει δὲ καὶ χάριτι καὶ κατασκευῇ πρὸς λέξιν ἐοικότα τοῖς Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου μᾶλλον ἢ τοῖς ὑπὸ τῆς Πυθίας ἐκφερομένοις.

ϛ'. Καὶ ὁ Σεραπίων, Νοσοῦμεν γὰρ εἶπεν, ὦ

F. 1. ἀναστρέφωσι.—ἀλλὰ] Perizon. ad Ælian. V. H. XIV, 15. ita corrigit, ut legat ἀναστραφῶσι—ἄλλοι, et deleat οὐ· quibus nil opus correctionibus modo legat οὐ φήσουσιν.

F. 4. τὰ ἔπη οὐκ εὖ] Ita lacunam explevimus monente re ipsa, et uncinis inclusimus ut appareret, noſtra eſſe, non librorum, verba. Item πεποιῆσθαι poſuimus pro vulgato πεπονῆσθαι.

F. 11. εἶπεν, ὦ Βόηθε] Ita Baſ. Xyl. Amiot. Mez. Reliqui omnes ἐν τοῦ Βοήθε mònſtroſe.

gendum equum qui ſeſe volutaret: pinxit currentem: et locatore inique id ferente, ridens tabulam invertit, ut inferis ſurſum elatis partibus equus jam non currens ſed volutans ſeſe videretur. Hoc ait Bio quibuſdam etiam orationibus accidere quando inveruntur. Itaque et oracula aliqui non dicent bene habere, quia Deus eorum ſit autor: ſed Dei non eſſe, quia ſint vitioſa. Illud enim incertum eſt: non elaborata eſſe oracula, vel te, Serapio, judice liquet; pangis enim carmina argumento philoſophico et ſerio, facultate autem, elegantia, et apparatu dictionis magis ad Homerica atque Heſiodea accedentia, quam ad verſus a Pythia editos.

VI. Tum Serapio, Labo-

Βόηδε, ἢ τὰ ὦτα ἢ τὰ ὄμματα, συνειθισμένοι ἀφ' ὑγροῦ καὶ μαλακίαν τὰ ἡδέα καλὰ νομίζειν καὶ ἀπροφαί-
397 νεσθαι. Τάχα δὲ μεμψόμεθα τὴν Πυθίαν, ὅτι Γλαύκης ἀ φθέγγεται τῆς κιθαρῳδοῦ λιγυράτερον, οὐδὲ χριομένη μύρου, οὐδὲ ἀλαυρῆδας ἀμπεχομένη κάτειδιν εἰς τὸ, οὐδὲ ὀπὸ μυρσίνας καυσίαν ἢ λήδανον ἢ λιβανωτὸν, ἀλλὰ δάφνην ἢ κρίθινον ἄλφιτον. Οὐχ ὁρᾷς, ἔφην, ὅσην χάριν ἔχει τὰ Σαπφικὰ μέλη, κηλοῦντα καὶ καταθέλγοντα τὰς ἀκροωμένας; Σίβυλλα δὲ μαινομένῳ στόματι, κατ' Ἡράκλειτον, ἀγέλαστα καὶ ἀκαλλώπιστα καὶ ἀμύριστα φθεγγομένη, χιλίων ἐτῶν ἐξικνεῖται τῇ φωνῇ ἀφ' τοῦ θεοῦ. Ὁ δὲ Πίνδαρος ἀκοῦσαι φησὶ τοῦ θεοῦ τὸν
B Κάδμον ὀ μουσικὴν ὀρθὴν, οὐχ ἡδεῖαν, οὐδὲ τρυφερὰν, οὐδὲ ὀπτεκλασμένην τοῖς μέλεσιν. Ἡδονὴν γὰρ οὐ προσίεται τὸ ἀπαθὲς καὶ ἁγνὸν, ἀλλὰ σὺν αὐτῇ μετὰ

A. 2. χριομένη—ἐπιθυμιᾷ] Vulgo χριομένην—ἀμπεχομένην καὶ τιθεν—ἐπιθυμιᾶν. Ald. præbuit ἐπιθυμιᾷ. Anon. T. V. χριομένη: reliqua e noſtra et Reiſkii conjectura. Εἰς τὸ non auſus ſum mutare: probabile videtur legendum eſſe εἴσω.

B. 1. οὐ μουσικὴν] Delendum οὐ cum Amiot. Mez. Reiſk.

ramus, inquit, aurium oculorumque morbo, adſueti ob luxum et mollitiem ſuaviora quæ ſunt, pulchra appellare. Fortaſſe autem Pythiam quoque culpabimus, quod non canit jucundius quam Glauce fidicina, neque unguentis oblinita, neque purpuram induta in penetralia deſcendit, neque caſiam, ladanum, thus, ſed laurum et hordeaceam ſuffit farinam. Non vides, aiebat, quanta ſit venuſtas Sapphicorum carminum demulcentium auditores? at *Sibylla furente ore*, ut ait Heraclitus, riſus, ornatus, et fuci expertia ſonans, Dei beneficio vocem ad mille annos continuat. *Cadmum* quoque Pindarus inquit *a Deo audiviſſe non rectam muſicam*, neque ſuavem, neque delicatam, neque cantu infracto. Voluptatem enim non admittit quod integrum eſt et caſtum: ſed hæc ſimul cum Noxa in hanc terram

τῆς ἀτης ἐρρίφη, ᾗ ὃ πλεῖστον αὐτῆς, καὶ, ὡς ἔοικεν, εἰς τὰ ὦτα τῶν ἀνθρώπων συνερρύηκεν.

ζ'. Εἰπόντος δὲ ταῦτα τοῦ Σεραπίωνος, ὁ Θέων μειδιάσας, Ὁ Σεραπίων μὲν, εἶπε, τὸ εἰωθὸς ἀποδέδωκε τῷ τρόπῳ, λόγῳ περὶ αὐτῆς τῆς ἡδονῆς παραπεσόντος ἀπολαύσας· ἡμεῖς δὲ, ὦ Βόηθε, κἂν ἡ φαυλότερα τῶν Ὁμήρου ζῶντα τὰ ἔπη, μὴ νομίζωμεν αὐτὰ ποιηκέναι τὸν θεὸν, ἀλλὰ ἐκείνου τοῦ ἀρχηγοῦ τῆς κινήσεως ἐνδιδόντος, ὡς ἐκάστη πέφυκε κινεῖσθαι τῶν ψυ- c χῶν. Καὶ γὰρ εἰ γράφειν ἔδει μὴ λέγειν τοὺς χρησμούς, οὐκ ἄν, οἶμαι, τοῦ θεοῦ τὰ γράμματα νομίζοντες ἐψέγομεν, ὅτι λείπεται καλλιγραφία τῶν βασιλικῶν· οὐ γὰρ ὀσὶ θεοῦ ἡ γῆρυς, οὐδὲ ὁ φθόγγος, οὐδὲ ἡ λέξις, οὐδὲ τὸ μέτρον, ἀλλὰ τῆς γυναικός· ἐκεῖνος δὲ μόνας τὰς φαντασίας παρίστησι, καὶ φῶς ἐν τῇ ψυχῇ ποιεῖ πρὸς τὸ μέλλον· ὁ γὰρ ἐνθουσιασμὸς τοιοῦτόν ἐστι. Καθόλου δὲ

B. 4. ἀτης] Sumſi ex T. V. Libri ſcripti et editi αὐτῆς. Stephanus dedit ᾀδῆς ex Leonico. Xyl. conjecit αὐδῆς.

B. 8. αὐτῆς τῆς ἡδονῆς] Forte περὶ χάλλους τε καὶ ἡδονῆς. Mox poſt κἂν ἡ φαυλότερα putem excidiſſe κἂν ὀλίγα τινα.

projecta eſt, et maxima ejus pars, ut apparet, in aures hominum confluxit.

VII. Hæc locuto Serapione Theo ſubridens, Serapio quidem, inquit, morem ſuum ſervavit, uſuſque eſt occaſione oblata contra voluptatem dicendi. Nos autem, Boëthe, Pythicos verſus ſive meliores ſint Homericis ſive deteriores, non cenſeamus Apollinis eſſe: ſed, Apolline initium motus ſubjiciente, ſuo quamque antiſtitarum modo concitari. Etenim ſi ſcribenda fuiſſent, non enuncianda oracula, non puto nos literas Deo imputaturos fuiſſe ac reprehenſuros, quod elegantia regias non æquarent. Non enim Dei eſt vox, non ſonus, non dictio, non metrum, ſed feminæ: ille duntaxat viſa ſuggerit, lumenque in animo excitat ad videndum futura: talis eſt enim inſtinctus furorve divinus.

εἰπεῖν, ὑμᾶς τὰς τῶ Ἐπικούρω προφήτας (δῆλος γὰρ εἶ καὶ αὐτὸς ὑποφερόμενος) οὐκ ἔστι ἀφυγεῖν, ἀλλὰ
D καλλίας αἰτιᾶσθε τὰς πάλαι προφήτιδας, ὡς φαύλοις ποιήμασι χρωμένας, καὶ τὰς νῦν, καταλογάδην ἢ διὰ τῶν ἐπιτυχόντων ὀνομάτων τὰς χρησμὰς λεγούσας, ὅπως ὑμῖν ἀκεφάλων καὶ λαγαρῶν μέτρων καὶ μετάρων εὐθύνας μὴ ὑπέχωσι. Καὶ ὁ Διογενιανός, Μὴ παῖζε, εἶπεν, ὦ πρὸς θεῶν, ἀλλὰ ἀφάλυσον ἡμῖν ταύτην τὴν ἀπορίαν κοινὴν οὖσαν· οἶδεις γὰρ ἔστιν ἄλλων ὃς οὐκ αἰτίαν ἐπιζητεῖ ἢ λόγον ὡς πέπαυται τὸ μαντεῖον ἔπεσι καὶ λόγοις χρώμενον. Ὑπολαβὼν ἔφη ὁ Θέων, Ἀλλὰ καὶ
E νῦν, εἶπεν, ὦ παῖ, δοκοῦμεν ἐπιρείᾳ τινὶ τὰς προφήτας ἀφαιρεῖσθαι τὸ οἰκεῖον ἔργον· ἔασον οὖν γενέσθαι τὸ τῶν πρότερον, εἶτα πρὸς ὃν βούλει καθ' ἡσυχίαν ἀποφήσῃς.

D. 1. καλλίας αἰτιᾶσθε] Prius mutandum in καλλίους, posterius sumtum a T. B. Leonic. Baf. Xyl. Mez.

D. 7. ἄλλων] E. ἀλλήλων pejus etiam vulgato. Reiskius ἀνθρώπων verisimiliter: possis item corrigere ἄλλως *ceterorquin*, vel ἡμῶν.

D. 9. καὶ λόγοις] Forte delendum, aut corrigendum cum Reiskio καὶ ἄλλως μέτροις ex sequentibus 402. B.

Universe autem ut dicam, vos Epicuri vates, de quibus te quoque esse apparet, effugere non licet. Sed reprehenditis cum priscas illas antistitas, quod malis usæ sunt versibus: tum eas quæ hodie prosa oratione et quibusvis vocabulis propterea utuntur, ne cogantur apud vos causam dicere propter mutilos clumbesve versus. Hic Diogenianus, Noli, inquit, ludere obsecro, sed hanc nobis difficultatem explica, communem omnium: nemo enim aliorum etiam est, qui non causam quærat, cur oraculum desierit versibus uti. At vero, subjiciebat Theo, rursum, mi adolescens, videbimur malitia quadam enarratores suo munere defraudare: eos ergo sine prius sua agere, postea per otium disquires de iis quæ voles.

η'. Ἤδη δὲ προϊόντες ἤμεν πρὸς τὸν Ἱέρωνος ἀνδριάντα τοῦ τυράννου· καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις ὁ ξένος, εἰδὼς ἅπαντα, παρεῖχεν ὅμως ὑπὸ εὐκολίας ἀκροατὴν αὑτόν· ἀκούσας δὲ ὅτι κίων τις ἐστὼς ἄνω χαλκοῦς Ἱέρωνος ἔπεσεν αὐτομάτως τὴν ἡμέραν ἐκείνην ᾗ τὸν Ἱέρωνα συνέβαινεν ὑπὸ Συρακουσίων τελευτᾶν, ἐθαύμασε. Κἀγὼ τοῖς ὁμοίων ἅμα συνανεμίμνησκον, οἷα δὴ τοῦ Ἱέρωνος μὲν τοῦ Σπαρτιάτου, ὅτι περὶ τὴν ὑπὸ Λεύκτροις αὐτοῦ γενομένην τελευτὴν ἐξέπεσον οἱ ὀφθαλμοὶ τοῦ ἀνδριάντος· οἱ δὲ ἀστέρες ἠφανίσθησαν, οὓς Λύσανδρος ἀνέθηκεν ἀπὸ τῆς ὑπὲρ Αἰγὸς ποταμοῖς ναυμαχίας· ὁ δὲ αὐτοῦ τοῦ Λυσάνδρου λίθινος ἀνδρίας ἐξήνθησεν ἀγρίαν λόχμην καὶ πόαν τοσαύτην τὸ πλῆθος, ὥστε καταπρύσαι τὸ πρόσωπον· ὑπὲρ δὲ τοῖς Σικελικοῖς τοῦ Ἀθηναίων ἀτυχήμασιν αἵτε χρυσαῖ τοῦ φοίνικος ἀπέρρεον βάλανοι, καὶ τ' ἀσπὶς τοῦ παλλαδίου κόρακες περιέκοπον· ὁ δὲ Κνιδίων στέφανος ὃν

E. 9. αἷς δὴ τοῦ Ἱέρωνος μὲν τοῦ Σπαρτιάτου] Forte corrigendum τοῖς Ἱέρωνος, αἷς δὲ τῶν μὲν Σπαρτιατῶν.

VIII. Jam progreſſi perveneramus ad Hieronis tyranni ſtatuam. Et hoſpes, quanquam reliqua omnia noſſet, tamen pro ſua facilitate auditorem ſe præbebat: verum audiens ſupra ſtetiſſe æream Hieronis columnam, quæ ſponte ſua cecidiſſet ea die qua Hiero Syracuſis mortem obiit, admirabatur. Ego ſimilium memoriam caſuum renovavi: qualis eſt, quod oculi e ſtatua Hieronis Spartani exciderunt ante quam ille ad Leuctra occubuit: quod tum ſtellæ perierunt, quas de navali pugna ad Ægoſpotamos dedicaverat Lyſander: quod ex ipſius ſtatua Lyſandri lapidea tantum pullulavit ſylveſtris herbæ ut faciem ejus tegeret: quod ſub Sicilienſem Athenienſium calamitatem aureæ glandes de palma defluxerunt, et Palladii ſcutum corvi roſtris tutuderunt: quod Cnidiorum corona quam

Φαρσαλίᾳ τῇ ὀρχηστρίδι Φιλόμηλος ὁ Φωκέων τύραννος ἐδωρήσατο, μεταγαγοῦσαν αὐτὴν ἐκ τῆς Ἑλλάδος εἰς τὴν Ἰταλίαν, ἀπώλεσεν ἐν Μεταποντίῳ παίζουσαν περὶ τὸν
398 νεὼν τοῦ Ἀπόλλωνος, ὁρμήσαντες γὰρ ὅπι τὸν στέφανον οἱ νεανίσκοι, καὶ μαχόμενοι περὶ τοῦ χρυσίου περὶς ἀλλήλους, διέσπασαν τὴν ἄνθρωπον. Ἀριστοτέλης μὲν οὖν μόνον Ὅμηρον ἔλεγε κινήματα ὀνόματα ποιεῖν διὰ τὴν ἐνάργειαν· ἐγὼ δὲ φαίην ἂν καὶ τῶν ἀναθημάτων τὰ ἐπιδοῦ μάλιστα συγκινεῖσθαι καὶ συνεπισημαίνειν τῇ τοῦ θεοῦ προνοίᾳ· καὶ τούτων μέρος μηδὲν εἶναι κενὸν, μηδὲ ἀναίσθητον, ἀλλὰ πεπλῆσθαι πάντα φρότητος. Καὶ ὁ Βόηθος, Ναί· ἔφην, εἰ γὰρ ἀρκεῖ τὸν θεὸν εἰς σῶμα καταγρύναι θνητὸν ἅπαξ ἑκάστου μιμοὺς, ἀλλὰ καὶ λίθῳ
B παντὶ καὶ χαλκῷ συμφυσήσομεν αὐτὸν, ὥσπερ οὐκ ἔχοντες ἀξιόχρεω τῶν τοιούτων συμπτωμάτων τὴν τύχην δημιουργὸν καὶ τὸ αὐτόματον. Εἶτα, ἔφην ἐγὼ, τύχῃ σοι

A. 4. κινήματα ὀνόματα] Vulgo, repetito ſequenti verbo, κινήματα ποιεῖν ὀνόματα: quod delevimus auctoritate librorum E. Leonic. Baſ. Xyl. Mez.

Pharſaliæ ſaltatrici Philomeſus Phocæorum tyrannus dono dedit, eam e Græcia in Italiam profectam Metaponti perdidit, ludentem apud fanum Apollinis, nam ad coronam impetu facto adoleſcentes dum de auro inter ſe pugnant, mulierem diſcerpſerunt. Ariſtoteles quidem ſolum Homerum ait moventia facere nomina, ob efficacitatem. Ego autem dicere auſim, quotquot hic ſunt donaria, maxime una cum divina providentia ea moveri, ejuſque ſignificationem præbere: nullamque eorum partem inanem aut ſenſus vacuam eſſe; ſed repleta omnia divinitate. Nimirum vero, aiebat Boëthus. Non enim ſatis eſt deum quovis menſe in corpus includere mortale, niſi eum etiam cum omni lapide et ære confundamus, quaſi hujuſmodi eventuum non habeamus ſatis ſufficientem cauſam atque opificem Fortunam et caſum. Itane, aiebam ego, horum

δοκεῖ καὶ αὐτομάτῳ τῶν τοιούτων ἕκαστον ἐοικέναι, καὶ πιθανόν ἐστι τὰς ἀτόμους ἐξολισθεῖν καὶ ἀφαλυδῆναι καὶ παρεγκλῖναι, μήτε πρότερον μήτε ὕστερον, ἀλλὰ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἐν ᾧ τῶν ἀναθέντων ἕκαστος ἢ χεῖρον ἔμελλε πράξειν ἢ βέλτιον; καὶ σὲ μὲν Ἐπίκουρος ὠφελεῖ νεῦν, ὡς ἔοικεν, ἀφ' ὧν εἶπεν ἢ ἔγραψε πρὸ ἐτῶν τριακοσίων· ὁ θεὸς δέ, εἰ μὴ σωείρξῃ φέρων ἑαυτὸν εἰς ἅπαντα, μηδὲ ἀναγκαθείη πᾶσιν, οὐκ ἄν σοι δοκεῖ κινήσεως ἀρχὴν καὶ πάθους αἰτίαν προσχρῆν οὐδενὶ τῶν ὄντων;

Θ'. Τοιαῦτα μὲν ἐγὼ πρὸς τὸν Βόηθον ἀπεκρινάμην· ὅμοια δὲ περὶ τῶν Σιβυλλείων. Ἐπειδὴ γὰρ ἔσημμεν κατὰ τὴν πέτραν γενόμενοι τὴν κατὰ τὸ βουλευτήριον, ἐφ' ἧς λέγεται καθίζεσθαι τὴν πρώτην Σίβυλλαν ὑπὸ τῷ Ἑλικῶνος προσγενομένην, ὑπὸ τῶν Μουσῶν τραφεῖσαν, (ἔνιοι δέ φασιν εἰς Μαλεῶνα ἀφικέσθαι,

C. 1. ἀναγκασθείη] Sic T. nec multum abit E. ἀναγκασθείη. Mox αἰτίαν Steph. dedit ex Leonic. et Schott. Omnes libri habent αἰτίαν.

C. 7. ἐφ' ἧς] Ita libri B. E. Ald. Baſ. Xyl. At Steph. et reliqui ἐφ' οὗς, neſcio quo errore.

quodvis tibi fortuitæ rei et caſui videtur ſimile? et probabile putas atomos dilabi atque diſſolvi et inclinare non ante, non poſt, ſed eo ipſo tempore quo is qui dedicavit aliquid vel bona vel adverſa uſurus eſt fortuna? Et tibi quidem nunc prodeſt Epicurus, iis ſcilicet quæ dixit aut ſcripſit ante annos trecentos? Deus autem niſi includat ſcipſum in omnia, omnibuſque permiſceatur, non videtur tibi motus affectioniſque principium rebus præbere poſſe?

IX. Hæc ego reſpondebam Boëtho. Similia etiam de Sibyllinis. Nam cum adſtitiſſemus ad ſaxum curiæ vicinum, cui inſediſſe dicitur prima Sibylla cum eo ex Helicone veniſſet, a Muſis enutrita: (alii ad Maleonem adveniſſe eam dicunt, filiam La-

Λαμίας ὖσαν θυγατέρα τῆς Ποσειδῶνος) ὁ μὲν Σερα-
πίων ἐμνήσθη τῶν ἐπῶν, ἐν οἷς ὕμνησεν ἑαυτὸν, ὡς οὐ-
D δὲ ἀποθανοῦσα λήξει μαντικῆς· ἀλλ' αὐτὴ μὲν ἐν τῇ
σελίνῃ περιέισι τὸ καλούμενον φαινόμενον γενομένη πρόσ-
ωπον, τῷ δὲ ἀέρι τὸ πνεῦμα συγκραθὲν, ἐν φήμαις ἀεὶ
φορήσεται καὶ κλονδόσιν· ἐκ δὲ τοῦ σώματος μεταβα-
λόντος ἐν τῇ γῇ πίας καὶ ὕλης ἀναφυομένης, βοσκήσε-
ται ταύτῃ ἱερὰ θρέμματα, χρόας τε παντοδαπὰς ἴσ-
χοντα καὶ μορφὰς καὶ ποιότητας ἐπὶ τῶν σπλάγχνων,
ἀφ' ὧν αἱ προθηλώσεις ἀνθρώποις τοῦ μέλλοντος. Ὁ
δὲ Βοήθης ἔτι μᾶλλον ἰῶ φανερὸς καταγελῶν. Τοῦ δὲ
ξένου ἐπόντος ὡς εἰ καὶ ταῦτα μύθοις ἔοικεν, ἀλλὰ ταῖς
E τε μαντείαις ἐπιμαρτυροῦσι πολλαὶ μὲν ἀναστάσεις καὶ
μετοικισμοὶ πόλεων Ἑλληνίδων, πολλαὶ δὲ βαρβαρι-
κῶν στρατιῶν ἐπιφάνειαι, καὶ ἀναιρέσεις ἡγεμονιῶν· ταύτῃ δὲ
τὰ πρόσφατα καὶ νέα πάθη πρός τε Κύμῃ καὶ Δι-

D. 10. ξένου] Sumſi a B. E. Vulgo Ζώου. Mox legendum ταῖς γε μαντείαις.
E. 3. ἡγεμονιῶν] Sic B. E. Baſ. Leonic. Amiot. Xyl. Mes. At Steph. ex Aldina retinuit ἡγεμονικῶν.

miæ, quæ Neptuno nata fuit) Serapio mentionem fecit verſuum, in quibus ipſa ſeſe celebrans, *vaticinandi finem ne morte quidem facturam ſe*, ait: *ſed ſe in Luna circumire, mutatam in eam quæ dicitur in Luna apparere faciem: ſpiritum autem aëri contemperatum, ſemper omnia ſuo motu editurum: e corpore autem in terra mutato herbas ac materiem exſtituram, quibus ſacræ pecudes nutriantur, varios colores, formas, et qualitates viſcerum habentes, unde hominibus futura præmonſtrentur.* Hæc Boëthus aperte deridebat. Tum hoſpes, Ut, inquit, hæc maxime fabularum videantur ſimilia, tamen vaticiniis teſtimonium ferunt multarum Græcarum urbium excidia atque migrationes, multorum barbaricorum exercituum irruptiones, imperiorum everſiones. Hæc vero quæ recens apud Cumas et Di-

χαιαρχίαν, οὐχ ὑμνήμενα πάλαι καὶ ᾀδόμενα διὰ τῶν Σιβυλλείων ὁ χρόνος ὥσπερ ὀφείλων ἀποδέδωκεν; ἐκρήξεις πυρὸς ὀρείου, καὶ ζέσεις θαλασσίας, καὶ πετρῶν καὶ φλεγμονῶν ἐκ τοῦ πνεύματος ἀναρρίψεις, καὶ φθορὰς πόλεων ἅμα τοσούτων καὶ τηλικούτων ὡς μεθ' ἡμέραν ἐπελθοῦσιν ἄγνοιαν τοῦ εἰ καὶ ἀσάφειαν ὅπου κεῖται τῆς χώρας συγχεχυμένης. Ταῦτα γὰρ εἰ γέγονε πιστεῦσαι χαλεπόν ἐστι, F μήτοι γε προειπεῖν ἄνευ θειότητος.

ι'. Καὶ ὁ Βόηθος, Ποῖον γάρ, εἶπεν, ὦ δαιμόνιε, τῇ φύσει πάθος ὁ χρόνος οὐκ ὀφείλει; τί δέ ἐστι τῶν ἀτόπων καὶ ἀπροσδοκήτων οὐκ ἐν γῇ ἢ θαλάσσαις, ἢ πόλεις, ἢ ἄνθρας, ὃ τις ἂν προειπὼν ὑπὸ τύχοι γενομένου· καίτοι τοῦτόγε θεῖον οὐδὲ προειπεῖν ἐστιν, ἀλλ' εἰπεῖν, μᾶλλον δὲ ῥῖψαι καὶ ἀφασπεῖραι λόγους οὐκ ἔχοντας ἀρχὴν εἰς τὸ ἄπειρον· οἷς πλανωμένοις ἀπιστοῦσι πολλάκις ἡ τύχη καὶ συνέπεσεν αὐτομάτως. Διαφέρει γάρ,

F. 1. πιστεῦσαι] Exhibui lectionem codicum B. E. quam item expressit Amiotus. Vulgo πιστεύεσθαι. Ceterum hunc locum Xylander vertendo omisit.

cæarchiam acciderunt, nonne pridem Sibyllinis decantata carminibus tempus veluti debens persolvit? eruptionem inquam montani ignis, fervorem maris, saxorum et massarum flagrantium venti vi ejectionem, tot tantarumque simul urbium interitum, ut hodie qui ea loca accedunt, non possint cernere ubinam conditæ fuerint. Quæ vel credere difficile est, nedum prædicere sine divinitate.

X. Quem vero, aiebat Boëthus, mi homo, effectum tempus non debet naturæ? quid non exspectari potest eventurum terræ, mari, urbibus, hominibus, quod qui prædicat futurum, non erret? Immo fere non prædicere hoc est, sed dicere, aut potius jacere et disseminare verba principio carentia in infinitatem: quibus vagantibus sæpenumero occurrat fortuna, ut casu eveniant. Diversa enim sunt

οἶμαι, γενέσθαι τὸ ῥηθὲν ἢ ῥηθῆναι τὸ γενησόμενον· ὁ γὰρ εἰκῇ τὰ μὴ ὑπάρχοντα λόγος ἐν ἑαυτῷ τὸ ἡμαρτημένον ἔχων, ἃ δικαίως ἀναμένει τὴν ἐκ τῆς αὐτομάτου πίστιν, οὐδὲ ἀληθεῖ τεκμηρίῳ χρῆται τῷ προειπεῖν
cere. Sane ibi quandam eſſe inſulam, in qua Saturnus captivus detineatur a Briareo, dormiens: hoc enim vinculum adverſus eum fuiſſe excogitatum: et adeſſe Saturno multos genios, comites ipſius ac famulos.

XIX. Hunc ſermonem excipiens Cleombrotus, Habeo, inquit, ipſe etiam quæ narrare poſſim horum germana: ſed ad præſens propoſitum ſufficit, ea non adverſari dictis, neque impedire quo minus vera putentur. Et vero Stoicos novimus non modo de geniis in eadem nobiſcum ſententia eſſe, ſed etiam de diis, quorum tantum ſtatuunt numerum, unum duntaxat æternum interituſque expertem, reliquos et natos et obituros cenſere. Neque metuendæ ſunt nobis Epicureorum ſannæ atque riſus, quibus etiam adverſus Providentiam uti non verentur, dum eam fabulæ titulo irrident. Nos fabulæ nomen rectius competere dicimus in Infinitatem eorum, quæ de tot mundis nullum habet divina

Cερνώμμον ἔχυσαν, ἀλλὰ πάντας ὁκ ταυτομάτυ καὶ γεγονότας καὶ συνιςαμένες. Εἰ δὲ χρὴ γελᾶν ἐν φιλοσοφίᾳ, τὰ εἴδωλα γελαςέον τὰ κωφὰ καὶ τυφλὰ καὶ ἄψυχα, τοῖ μύεσιν ἀπλέτυς ἐπὶ τοὺς ὑποδόδους ὑποφαινόμενα, καὶ τοὺς ἐνοςοῦντα πάντη, τὰ μὲν ἔτι ζώντων, τὰ δὲ τάλαι καταικαέντων ἢ καὶ κατασαπέντων ἀποῤῥυέντα, φλεδόνας καὶ σκιὰς ἕλκοντες εἰς φυσιολογίαν· ἂν δέ φῇ τις εἶ δαίμονας οὐ φύσει μόνον ἀλλὰ καὶ λόγοις, καὶ τὸ σώζεσθαι καὶ ἀθανατίειν πολὺν χρόνον ἔχοντας, δυσκολαίνοντας.

κ'. Ῥηθέντων δὲ τούτων, ὁ Ἀμμώνιος, Ὀρθῶς, ἔφη, μοι δοκεῖ Θεόφραςος ἀποφήνασθαι· τί γὰρ κωλύει φωνὴν δέξασθαι σεμνὴν καὶ φιλοσοφωτάτην· καὶ γὰρ ἀθετυμένη— ἀνυπάρκτων. Senſum Verſione expreſſi.

B. 10. τοῖ μύεσιν] Forte ἃ τοιμαίνουσιν. Huc ducit et Venet. 2. τοιμένυσιν.
C. 7. φλέφρας;] Sanum puto; licet κλεύμῤῥητας legant Anon. Amiot. Mez. Theophraſti dictum cenſendum eſt verbis illis. Καὶ γὰρ ἀθετυμένη—

gubernatum ratione, ſed omnes caſu ut natos, ita etiam conſtantes. Quod ſi omnino ridendum eſt in philoſophia, imagines iſtæ rideantur mutæ, cæcæ, atque inanimæ, quas illi neſcio ubi permanere aiunt, et infinitos annorum circulos conficere apparendo, paſſimque oberrando, cum aliæ a vivis, aliæ a pridem crematis aut etiam putredine abſumtis, defluxerint corporibus: hos, inquam, rideamus, qui nugas ac umbras hujuſmodi in philoſophiam attrahant, interim indigne ferentes, ſi quis aſſerat geniis non natura modo, ſed ratione etiam congruere ut multum temporis permaneant.

XX. Secundum hæc Ammonius, Recte, inquit, mihi pronunciaſſe videtur Theophraſtus, quid enim obſtat quin ſententiam graviſſimam et philoſophiæ convenientiſſimam recipiamus dicentis: opinionem de Dæmonibus, ſi rejiciatur, multa eorum ſimul abolere quæ fieri poſſunt, demonſtratione autem carent:

δυναμένων, ἀναιρεῖ, καὶ πεπεμένη πολλὰ συνεφέλκεται τῶν ἀδυνάτων καὶ ἀνυπάρκτων; Ὁ μέντοι μόνον ἀκήκοα τῶν Ἐπικουρείων λεγόντων πρὸς τοὺς εἰσαγομένους ὑπὸ Ἐμπεδοκλέους δαίμονας, ὡς ὑ δυνατόν ἐστι φαύλους καὶ ἁμαρτητικοὺς ὄντας, μακαρίους καὶ μακραίωνας εἶναι, πολλῷ τυφλότητα τῆς κακίας ἐχούσης, καὶ τὸ παρεπόμενον τοῖς ἀναιρετικοῖς, εὐήθεις ὄντιν. Οὕτω γὰρ Ἐπικουρός τε χείρων Γοργίου φανεῖται τῷ σοφιστῇ, καὶ Μητρόδωρος Ἀλέξιδος τοῦ κωμῳδοποιοῦ· διπλάσιον γὰρ ἔτος ἔζησε τοῦ Μητροδώρου, Ἐπικούρου δ' ἐκεῖνος πλέον ἢ ἑβδομήκοντα. Ἄλλως γὰρ ἰσχυρὸν ἀρετῇ καὶ κακίαν εἶναι ἀσθενεῖς λέγομεν, οὐ πρὸς ἀθανασίαν καὶ ἀφάνισιν σώματος· ἐπεὶ καὶ τῶν θείων πολλὰ δυσκίνητα καὶ νωθρὰ ταῖς ψυχαῖς ὄντα, πολλὰ δὲ ἀκόλαστα καὶ ἄτακτα, τῶν σωστῶν καὶ παντάρκων χρόνους ζῇ μακροτέρους. Ὅθεν

E. 2. ἀσθενεῖς λέγομεν, οὐ] Vera lectio in qua fere conſentiunt Amiot. Xyl. Turn. T. V. Mez. Vulgo ἀσθενοῦς λεγομένου.

E. 3. θείων] Legendum vel ζώων ex Anon. T. V. Mez. vel θηρίων quod propius eſt vulgato. Cum utroque conſentit Xyl. et Amiot.

ſin admittatur, multa ſecum trahere impoſſibilia et quæ non exſtiterint? Quod tamen unum audivi Epicureos adferre contra Empedoclem genios introducentem, non poſſe eos, mali cum ſint et vitioſi, beatos eſſe ac longævos, quod multa adſit pravitati cæcitas, procliviſque ad ea quæ interimunt lapſus: id vero fatuum eſt. Hac enim ratione efficitur, Epicurum Gorgia ſophiſta, et Metrodorum Alexide comœdiæ ſcriptore eſſe deteriorem; hic enim duplum annorum vitæ Metrodori vivendo confecit, Gorgias amplius triente ſeculum Epicuri ſuperavit. Alia nimirum ratione validam rem eſſe virtutem, vitium imbecillam dicimus, non quod ad corporis durationem aut diſſolutionem reſpiciamus: quando etiam animalium multa tarda hebetique indole prædita, multa etiam libidinoſa et incompoſita diutius vivunt, quam ingenioſa et callidiſſima alia. Ita-

οὐκ εὖ πρὸς θεὸν τὴν ἀϊδιότητα ποιοῦσιν ἐκ φυλακῆς καὶ ἀφαιρέσεως τῶν ἀναιρετικῶν· ἔδει γὰρ ἐν τῇ φύσει τὸ μακαρίου τὸ ἀπαθὲς καὶ ἄφθαρτον εἶναι, μηδεμιᾶς περιγματείας δεόμενον. Ἀλλ' ἴσως τὸ λέγειν πρὸς μὲν παρόντας, οὐκ εὐγνωμον φαίνεται· πάλιν οὖν
F ὁ Κλεόμβροτος ἡμῖν, ὃν ἄρτι περὶ τῆς μεταστάσεως καὶ φυγῆς τῶν δαιμονίων ἀφῆκε λόγον, ἀναλαβεῖν δίκαιός ἐστι.

κα'. Καὶ ὁ Κλεόμβροτος, Ἀλλὰ θαυμάσαιμ' ἄν, εἶπεν, εἰ μὴ πολὺ φαίνεται τῶν εἰρημένων ἡμῖν ἀτοπώτερος· καίτοι δοκεῖ φυσιολογίας ἔχεσθαι, καὶ Πλάτων αὐτῷ παρέχει τὸ ἐνδοσιμον, οὐχ ἁπλῶς ἀποφηνάμενος οὐκ ἀδόξης ἁμαυρᾶς, καὶ ὑπόνοιαν ἐμβαλὼν αἰνιγματώδη μετ' εὐλαβείας· ἀλλ' ὅμως πολλὴ γέγονε καὶ κεκίνηκε
421 κατάβοησις ὑπὸ τῶν ἄλλων φιλοσόφων. Ἐπεὶ δὲ μύθων καὶ λόγων ἀναμεμιγμένων κρατὴρ ἐν μέσῳ πρό-

F. 9. πολλὰ] Sic A. B. Colleg Nov. T. Mez. Vulgo πολύ.

que non recte deo Epicurei immortalitatem ideo tribuunt, quod caveat et repellere possit quæ vim habent interimendi; oportebat enim in ipsa natura beati immunitatem perpessionum ac interitus inesse, neque opus habere labore ad eam consequendam ullo aut negotio. Sed fortassis parum æqui animi esse videatur disputatio contra absentes; itaque Cleombroti est quam de migratione et fuga geniorum intermisit orationem resumere ac persequi.

XXI. Tum Cleombrotus, Atqui mirer profecto, inquit, si non multo absurdior dictis vobis judicetur, quanquam cum naturæ rerum explicatione videatur cohærere, Platoque ei incentivum præbuerit, non aperte pronuncians, sed obscura opinione suspicionem quandam de re ambagibus perplexam prodiderit: caute is quidem, sed tamen multis ipse quoque philosophorum clamoribus impetitus. Verum quando in medium propositus est crater fabularum

κειται, καὶ πού τις ἂν εὐμενεστέρως ἀκροαταῖς ὀπίσω ὥσπερ νομίσματα ξενικὰ, τούτους δοκιμάσατε τοὺς λόγους, οὐκ ὀκνῶ χαρίζεσθαι βαρβάρου διήγησιν ἀνδρός, ὃν πλάναις πολλαῖς, καὶ μάντεσι τελέσας μεγάλα περὶ τῶν ἐρυθρᾶν θαλάσσαν ἀνθρώποις ἀνὰ πᾶν ἔτος ἅπαξ ἐντυγχάνοντα, τἄλλα δὲ σὺν ταῖς νύμφαις νομάσι καὶ δαίμοσιν, ὡς ἔφασκε, μόλις ἐξανθρωπὼν, ἔτυχον λόγου καὶ φιλοφροσύνης. Κάλλιστον μὲν οὖν ὧν εἶδον ἀνθρώπων ὀφθῆναι, νόσου τε πάσης ἀπαθὴς διετέλει, καρπόν B τινα τοῦτον φαρμακώδη καὶ πικρὸν ἑκάστου μηνὸς ἅπαξ προσφερόμενος· γλώτταις δὲ πολλαῖς ἤσκητο χρῆσθαι, πρὸς δ' ἐμὲ τὸ πλεῖστον ἐδώριζεν, οὐ πόρρω μελῶν· φθεγγομένου δέ, τ' τόπον εὐωδία κατεῖχε, τ' σώματος ἥδιστον ἀποπνέοντος. Ἡ μὲν οὖν ἄλλη μάθησις καὶ ἱστορία συνελὼν

A. 3. πού τις ἂν] Legendum videtur οὔ τις ἄν. Mox inter θάλασσαν et ἀνθρώπους delevimus εἶναι, ſecundum F. Venet. 2. Ald. Baſ. Tum σὺν ταῖς mutandum in σύννομα cum Reiſk.

B. 5. ἥδιστον] Forte πλεῖστον, ut Euſeb. Præp. Evang. V, 5.

ſermonibus permixtarum, neque temere in æquiores auditores incidere liceat, ubi hæ narrationes veluti peregrinum numiſma examinari poſſint: non gravate vobis barbari hominis narrationem largiar: quem hominem multis ipſe erroribus, indiciique mercede ampla perſoluta, apud rubrum mare ſemel quotannis hominum congreſſui ſe exhibentem, reliquum tempus (ut ipſe aiebat) cum vagis Nymphis et geniis degentem, ægre demum inveni, ab eoque comiter ad colloquium ſum admiſſus. Formoſiſſimus iſte hominum, quos egò quidem viderim, erat, et ab omni perpetuum morbo ſecurus vivebat, ſingulis menſibus ſemel fructu herbæ cujuſdam medicato et amaro veſcens: multis utebatur linguis, mecum autem Dorice maximam partem locutus eſt, ſermone non multum a carmine ac cantu differente: loquente autem ipſo ſuavis odor locum obtinebat, ore ipſius ſuaviſſime fragrante. Is cum totum tempus reli-

αὐτὸς τὸν πάντα χρόνον· εἰς δὲ μαντικὴν ὠρέγετο μίαν ἡμέραν ἔτους ἑκάστου, καὶ προθέσπιζε χαπὼν ὅτι θάλατταν, ἐπεφόρτων δὲ καὶ δωράσιν καὶ γραμματεῖς βασιλέων, εἶτ' ἀπήεσαν. Ἐκεῖνος ὧν τῇ μαντικὴν ἀνῆγεν εἰς δαίμονας· ἤδιστον δὲ Δελφῶν λόγον εἶχε, καὶ περὶ τῶν λεγομένων περὶ τὸ Διόνυσον ὀρταῦθα καὶ ὀργιομένων ἱερῶν, οὐδενὸς ἀναιδοῦς ἰδεῖν, ἀλλὰ καὶκεῖνα δαιμόνων ἔργα εἶναι πάθη μεγάλα, καὶ ταῦτα δὴ περὶ Πύθωνα· τῷ δ' ὑπαλείναντι μετ' ὀνέα ἑπτὰ, μετ' εἰς τὰ Τέμπη γενέσθαι τὴν φυγὴν ἀλλ' ὀκτωκαίδεκα ἐλθεῖν εἰς ἕτερον κόσμον· ὕστερον δ' ὀκεῖθεν ὀπιαυτοῖς μεγάλων ὀνέα περιόδοις ἀγὼν νενόμισται, καὶ φοῖβον ἀληθῶς, καὶ ἐλθόντα τὸ χρηστήριον παραλαβεῖν, τέως ὑπὸ Θέμιδος φυλαττόμενον. Οὕτως δὲ ἔχειν καὶ τὰ Τυφωνικὰ, καὶ τὰ Τιτανικὰ δαιμόνων μάχας γεγονέναι πρὸς δαίμονας, εἶτα

C. 6. τὸν φυγὸν—κόσμον] Ita recepimus ex Euſebio. Vulgo μετὰ τῆ φυγῆν αὐτὸν ἐκπεσόντα κόσμον.
C. 8. καὶ ἰλθόντα] Legendum καταλθόντα. Mox ἔχειν ex Euſeb. pro vulgato ἴχει. Poterat et ſcribere ἴφη.

qua cognitione et ſcientia rerum valeret uno die quotannis afflatu ad vaticinandum agebatur, et ad mare ſe conferens, futura prædicebat: accedebant autem eo et principes et regum ſcribæ, eoque audito diſcedebant. Hic ergo divinationem geniis acceptam ferebat, plurimuſque erat in Delphorum mentione: et quæ hic Baccho eveniſſe dicuntur, et ſacrificia peraguntur, omnia inaudiverat. Verum cum hæc eſſe magnos geniorum caſus affirmabat, tum ea ipſa quæ de Pythone feruntur. Quem qui occidit, eum neque per novem annos, neque apud Tempe exſulaſſe aiebat: verum ejectum veniſſe in alium mundum, atque inde circumactis novem magnorum annorum curriculis, expiatum, vereque Phœbum, id eſt mundum, rediiſſe, atque oraculum recepiſſe, quod interim cuſtoditum a Themide fuerat. Eandem eſſe rationem docebat Typhonicorum et Titanicorum, fuiſſe pugnas geniorum adverſus genios, tum exſilia

φυγὰς τῶν κρειττόνων, ἢ δικαιώσεις ὑπὸ θεῶν τῶν ἐξαμαρτόντων, οἷα Τυφὼν λέγεται περὶ Ὄσιριν ἐξαμαρτεῖν, καὶ Κρόνος περὶ Οὐρανόν, ὧν ἀμαυρότεραι γεγόνασιν αἱ τιμαί· ἢ καὶ παντάπασι μεταξάντων εἰς ἕτερον κόσμον. Ἐπεὶ καὶ Σολύμους ὠφελάνομεν τοὺς Λυκίων πλησιοίκους οἱ τοῖς μάλιστα τιμᾶν τὸν Κρόνον· ἐπεὶ δὲ ἀποκτείναντας τοὺς ἄρχοντας αὐτῶν, Ἄρσαλον καὶ Δρύον καὶ Τροσοβιόν, ἔφυγε καὶ μετεχώρησεν ὁποιδήποτε, (τοῦτο γὰρ οὐκ ἔχουσιν εἰπεῖν) ἐκεῖνον μὲν ἀμελεῖσθαι, τοὺς δὲ περὶ τὸν Ἄρσαλον σκληροὺς θεοὺς προσαγορεύεσθαι, καὶ E τὰς κατάρας ὑπὲρ τούτῳ ποιεῖσθαι δημοσίᾳ καὶ ἰδίᾳ Λυκίους. Τούτοις μὲν οὖν ὅμοια πολλὰ λαβεῖν ἔστιν ἐκ τῶν θεολογουμένων. Εἰ δὲ τοῖς νενομισμένοις τῶν θεῶν ὀνόμασι δαίμονάς τινας καλοῦμεν, οὐ θαυμαστέον, ἔφην ὁ ξένος· ᾧ γὰρ ἕκαστος θεῷ συντέταχται, καὶ παρ' ἐκεῖνα δυνά-

D. 8. Δρύον καὶ Τροσοβιόν] Euſeb. Ἄρυτον καὶ Τόσιβιν. Mox ἐκεῖνον ex eodem pro vulgato ἐκείναν; item ὁποιδήποτε pro ὁπηδήποτε: item προσαγορεύεσθαι accedentibus D. et Colleg. Nov. Idem Euſeb. Σκληροὺς θεοὺς et ἐπὶ τούτων quod utrumque reddidit Xylander, nulla magnopere neceſſaria de cauſa.

ſuperatorum, aut pœnas a deo peccantibus impoſitas: quomodo Typhon in Oſiridem, et Saturnus in Cœlum fertur commiſiſſe: quorum obſcurior factus eſt cultus, aut etiam plane intercidit, cum ii in alium commigraverint mundum. Nam et Solymos audio Lyciorum vicinos Saturno quantos non alii majores habuiſſe honores: ſed cum is interfectis ipſorum principibus Arſalo, Dryo et Troſobio, fugit, et alio (incertum quo, neque ipſi poſſunt hoc dicere) commigravit; eo neglecto principes iſtos *Scirorum* deorum appellatione adfeciſſe, perque eorum nomen publice ac privatim exſecrationes feciſſe Lycios. Hujus generis multa deſumi poſſunt ex his, quæ tradita ſunt de diis. Quod autem nominibus deorum receptis quoſdam genios appellamus, id, addebat hoſpes, mirum videri non debet: cui enim deo quivis geniorum adjunctus eſt, et a

μεως καὶ τιμῆς ἐλήγχεν, ἀπὸ τούτου φιλεῖ καλεῖσθαι. Καὶ γὰρ ἡμῶν ὁ μὲν τις Διΐος, ὁ δὲ Ἀθηναῖος, ὁ δὲ Ἀπολλώνιος, ἢ Διονύσιος, ἢ Ἑρμεῖος· ἀλλ' ἔνιοι μὲν οὐκ ὀρθῶς καὶ τύχῃ ἐκλήθησαν, οἱ δὲ πολλοὶ μηδὲν
F προσηκούσας, ἀλλ' ἐπιλαγχάνοντες ἐκτήσαντο θεῶν παρωνυμίας.

κβ'. Σιωπήσαντος δὲ τοῦ Κλεομβρότου, πᾶσι μὲν ὁ λόγος ἐφάνη θαυμαστός· τῷ δ' Ἡρακλέωνος πυθομένῳ τοῦ ταῦτα προσήκει Πλάτωνι, καὶ πῶς ἐκεῖνος τὸ ἐνδέσιμον τῷ λόγῳ τούτῳ παρέσχεν, Ὁ Κλεόμβροτος, Εὖ μνημονεύεις, ἔφην, ὅτι τὴν μὲν ἀπειρίαν αὐτόθεν ἀπέ-
422 γνω τῶν κόσμων, περὶ δὲ πλήθους ὡρισμένου, διηπόρησε, καὶ μέχρι τῶν πέντε τοῖς ἐπισπειρομένοις καὶ στοιχεῖον ἕνα κόσμον ἑκάστῳ χωρήσας τὸ εἰκός, αὐτὸς ἑαυτὸν ἐφ' ἑνὸς ἐτήρησεν· καὶ δοκεῖ τοῦτο Πλάτωνος ἴδιον εἶναι, τῶν ἄλλων

F. 5. οὐ ταῦτα προσήκει] Ita Anon. T. V. Mez. Ceteri, μὴ ταῦτα προσήκειν.

quo vim honoremque adeptus, ab eo nomen habere gaudet: ſicut et noſtrum alius Jovius, alius Minervius, alius Apollonius, alius Dionyſius, alius Mercurialis dicitur. Sed quidam etiam fortuito recte appellati ſunt: alii nihil ad ſe pertinentes, ſed alienas deorum denominationes nacti.

XXII. His dictis cum obticuiſſet Cleombrotus, nemo fuit cui non admirabilis ſermo hic videretur. Heracleone autem interrogante, Quonam modo iſta ad Platonem perti-
nerent, et quomodo is occaſionem huic præbuiſſet ſermoni: Probe, inquit Cleombrotus, meminiſti, Platoni infinitatem mundorum abſque ulla dubitatione improbatam, de multitudine autem definita eum dubitaſſe: cumque iis qui ſingulos mundos ſingulis elementis adſignant, uſque ad quinarium mundorum numerum probabilia ſecutus argumenta conceſſiſſet, ipſum in unius mundi aſſertione ſe continuiſſe. Videturque hoc Platoni eſſe peculiare, reliquis

σφόδρα φοβηθέντων τὸ πλῆθος, ὡς τὸν ὑπὲ τιμὴ ὕλιον μὴ ὁρίσαντας, ἀλλ' ἐκβάντας εὐθὺς ἀορίστου καὶ χαλεπῆς ἀπειρίας ἐπιλαμβανούσης. Ὁ δὲ ξένος, ἔφην ἐγώ, τοῦ πλήθους κόσμων ἄριζεν ἢ Πλάτων, ὅτεν εὖ ἐγένετο τῷ ἀνδρὶ τούτῳ, σὺ δὲ διεπειράθης; Ἀλλ' οὐκ ἔμελλον, εἶπεν ὁ Κλεόμβροτος, εἰ μηδὲν ἄλλο τῷ τοῦ ζητεῖν λιπαρὴς εἶ καὶ τοῦθόμος ἀκροατὴς, ὑπιδόντος ἑαυτὸν ἵλεω καὶ παρέχοντος. Ἔλεγε δὲ μητ' ἀπείρους, μηδ' ἕνα, μήτε πέντε κόσμους, ἀλλὰ τρεῖς καὶ ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατὸν εἶναι, σωτεταγμένους σχῆμα τριγωνοειδὲς, οὗ πλευρὰν ἑκάστην ἑξήκοντα κόσμους ἔχειν· τριῶν δὲ τῶν λοιπῶν ἕκαστον ἱδρύσθαι κατ' γωνίαν, ἅπτεσθαι δὲ τοὺς ἐφεξῆς ἀλλήλων, ἀτρέμα τοῦ ὄγκου, ὥσπερ οἱ χορεῖαι· τὸ δ' ἐντὸς ὑπίπεδον τῶν τριγώνων κοινὸν ἑστίαν εἶναι πάντων, καλεῖσθαι δὲ πεδίον ἀληθείας, ἐν ᾧ τοὺς λόγους καὶ τὰ

A. 5. ἐπὶ τὸν ὕλην] Lege ἐπὶ τὴν ὕλην quod vertendo reddidimus.
A. 8. ὁ Πλάτων, ὅτεν ὦν ἐγένετο] Legendum ἢ Πλάτων; ἢ, ὅτι συμφέρει—ut Xyl. vertit. Mox τῷ περὶ ταῦτα, melius Mez. et Reisk. τῶν περὶ ταῦτα.

a mundorum multitudine valde abhorrentibus, quod qui materiam non uno mundo definirent, hunc egreſſi ſtatim in infinitam et moleſtam inciderent infinitatem. Tum ego: Peregrinus vero, aiebam, iſte tuus eandemne quam Plato mundorum multitudinem cenſebat? aut in tuo cum eo congreſſu ne exploraviſti quidem ejus ſententiam? Reſpondit hæc Cleombrotus. An vero mihi quicquam prius eſſe debuit, quam ut de talibus rebus interrogarem audiremque alacriter, cum ſe ille mihi tam facilem præberet? Dicebat ergo ille, mundos neque innumeros eſſe, neque unum, neque quinque mundos, ſed numero centum octoginta tres, triquetra figura collocatos, ita ut in quovis latere ſint ſexaginta, in quovis angulo unus: qui vero deinceps ſint poſiti, horum proximum a proximo ſemper ſenſim tangi, ac circuire eos veluti in chorea. Planitiem porro, quæ triangula hac figura includitur, communem eſſe omnium larem ſive focum, et campum veritatis dici, ubi repoſitæ ſint

εἴδη καὶ τὰ παραδείγματα τῶν γεγονότων καὶ γενησομέ-
C νων ἀκίνητα κεῖσθαι, καὶ περὶ αὐτὰ τὸν αἰῶνος ὄντος, οἷον ἐπορρεῖν ἐπὶ τοὺς κόσμους φέρεσθαι τὸν χρόνον. Ὁρᾶν δὲ τούτων καὶ θεᾶσθαι ψυχαῖς ἀνθρωπίναις ἅπαξ ἐν ἔτεσι μυρίοις ἐξαρχεῖν, ἂν γε εὖ βιώσωσι· καὶ τὰ ἐνταῦθα τελεῖσθαι τὰς ἀρίστας, ἐκείνης ὄντως εἰ τῆς ἐποπτείας καὶ τελετῆς, καὶ τοὺς λόγους ἀναμνήσεως, ἕνεκα τοῦ ἐκεῖ φιλοσοφεῖσθαι καλῶν, ἢ μάτην παρεῖσθαι. Ταῦτ', ἔφη, περὶ τούτων μυθολογοῦντος ἤκουον ἀτεχνῶς, καθάπερ ἐν τελετῇ καὶ μύσει, μισθαμίαν ἀπόδειξιν τοῦ λέγειν μηδὲ πίστιν ὑπιφέροντος.

κγ'. Κἀγὼ τὸν Δημήτριον παρασαλπεύσας, πῶς
D ἔχει, ἔφην, τὰ τῶν μνηστήρων ἔπη, τὰ τοῦ Ὀδυσσέα θαυμασάντων τὸ τόξον μέγα χειριζόμενον; Ὑπομνησθέντος δὲ

C. 2. ἐπὶ τοὺς κόσμους] Ita T. V. Verſiones Turn. et Amiot. Anon. Mez. Vulgo ἐπὶ τοὺς χρόνους.

C. 6. ἀνεμνήσεως,—ἔφη] Prius ex noſtra correctione ad quam unus proxime accedit liber Colleg. Nov. ἀνέμνησας, reliqui ἀνέμνησεν. Poſterius ex D. Anon. Mez. Vulgo ἔφην.

rationes et formæ atque exemplaria eorum quæ exſtiterunt et exiſtent, immobilia hæc omnia, circaque ea eſſe æternitatem, a qua tempus, quaſi defluens quædam portio, feratur ad mundos. Hæc videnda et contemplanda offerri humanis animis ſemel intra annos decem millia, ſiquidem recte vivant: et quæ hic optima ſacra aut myſteria putantur, ſomnium eſſe iſtius contemplationis atque ſacri ſpectaculi: addebatque aut propter recordationem illorum, quæ illic ſunt bona, hic homines litteris philoſophiæ que ſtudere, aut inanem ſumere operam. Hæc, aiebat, ego ipſum hiſce de rebus audivi ſcilicet ut fit in ſacrificiorum et myſteriorum traditione diſſerentem, cum nullam dictis demonſtrationem adderet, neque argumentis fidem conciliaret.

XXIII. Hic ego e Demetrio quærere, qui haberent procorum verba Ulyſſem admirantium, cum is arcum manibus tractaret. Cumque me-

Δημητρίω, ταῦτ', ἔφην, ἐπέρχεῃ καμοὶ περὶ τοῦ ξένου εἰπεῖν, Εἴ τις θηρητὴρ ἢ ἐπίκλοπος ἔπλετο δογμάτων τε καὶ λόγων παντοδαπῶν, καὶ πολυπλανὴς ἐν γράμμασι, καὶ οὐ βάρβαρος, ἀλλ' Ἕλλην γένος ἦν, πολλῆς Ἑλληνίδος μύσης ἀνάπλεως· ἐλέγχει δ' αὐτὸν ὁ τῶν κόσμων ἀριθμός, οὐκ ὢν Αἰγύπτιος οὐδὲ Ἰνδός, ἀλλὰ Δωριεὺς ἀπὸ Σικελίας, ἀνδρὸς Ἱμεραίου τοὔνομα Πέτρωνος. Αὐτοῦ μὲν οὐκ εἶνα βιβλίδιον οὐκ ἀνέγνων, οὐδὲ οἶδα σαφῶς ὁμολογούμενον· Ἵππυς δὲ ὁ Ῥηγῖνος, οὗ μέμνηται Φανίας ὁ Ἐρέσιος, ἴσως εἶχε δόξαν ταύτην Πέτρωνος καὶ λόγον, ὡς ἑκατὸν καὶ ὀγδοήκοντα καὶ τρεῖς κόσμους ὄντας, ἁπτομένους δ' ἀλλήλων κύκλῳ στοιχεῖον· ὅ, τι δὴ τοῦτ' ἐστὶ, κύκλῳ στοιχεῖον ἅπτεσθαι, μὴ προσαψαφῶν, μηδ' ἄλλου τινὰ πιθανότητα προσάπτων. Ὑπολαβὼν δὲ Δημήτριος, Τίς δ' ἂν, εἶπεν, ἐν τοιούτοις πράγμασιν εἴη πιθανότης, ὅπου καὶ Πλάτων οὐδὲν εἰκὼς εὔλογον οὐδ' ἐοικὸς ὕ-

D. 4. Θηρητήρ] Θυητὴρ Xyl. et Mez. ex Homero Od.

moria ipſe ea ſuggeſſiſſet: Idem, inquam, mihi ſubit dicere de peregrino iſto:

En contemplator fuit, ac fur callidus iſte

ſententiarum ſermonumque omnis generis, varieque pervagatus litteras: neque barbarus fuit, ſed Græcus, et eruditione Græcanica affatim refertus. Arguit hoc numerus mundorum, non Ægyptius aut Indus, ſed Dorienſis, e Sicilia propagatus, cujus autor Petro fuit Himeræus. Hujus quidem libellum ipſe non legi, neque ſcio an extet etiamnum. Sed Hippys Rheginus, cujus meminit Phanias Ereſius, hanc ait opinionem ac ſententiam eſſe Petronis, Mundos eſſe centum octoginta tres, qui ſeſe invicem elemento attingant: quid autem ſit contactus ratione elementi, non explicat, neque quicquam aliud adjicit, quod rem probabilem faciat. Sub hæc Demetrius: Et quæ, inquit, probabilitas his in rebus inſit? quando ipſe Plato nihil conſentaneum aut veriſimile

ε τως καπέβαλε τὸν λόγον; καὶ ὁ Ἡρακλέων, Ἀλλὰ μὴν ὑμῶν, ἔφη, τῶν γραμματικῶν ἀκούομεν εἰς Ὅμηρον ἀγόντων τιὼ δόξαν, ὡς ὁκεῖνα τὸ πᾶν εἰς πέντε κόσμους διανέμοντος, ἠθερινὸν, ὕδωρ, ἀέρα, γῆν, ὄλυμπον· ὧν τὰ μὲν δύο, κοινὰ καταλείπει· γῆν μὲν τῦ κάτω παντὸς οὖσαν, ὄλυμπον δὲ τῦ ἄνω παντός· οἱ δ' ἐν μέσῳ τρεῖς τοῖς τρισὶ θεοῖς ἀπεδόθησαν. Οὕτω δὲ καὶ Πλάτων ἔοικε τὰ κάλλιστα καὶ πρῶτα σωμάτων εἴδη καὶ
423 σχήματα συνέμων ταῖς τῦ ὅλε διαφοραῖς, πέντε κόσμους καλεῖν, τὸν γῆς, τὸν ὕδατος, τὸν ἀέρος, τὸν πυρός· ἔσχατον δὲ τ' περιέχοντα τούτους, τ' ὃ δωδεκάεδρον, πολίχνιον καὶ πολύτρεπτον, ᾧ μάλιστα δὴ ταῖς ψυχαῖς περίοδος καὶ κινήσεσι πρέπον σχῆμα καὶ συναρμόττον ἀπέδωκε. Καὶ ὁ Δημήτριος, Ὅμηρον, ἔφη, τί κινῶμεν ἐν τῷ παρόντι; μύθων γὰρ ἄλις. Πλάτων δὲ πολλῦ δεῖ τὰς πέντε τῦ κόσμε διαφορὰς πέντε κόσμους ποιῆ-

effatus, autor duntaxat hujus fuit ſententiæ. Vos tamen grammaticos, inquit Heracleo, audimus nos, opinionem iſtam Homero vindicantes, qui univerſum in quinque diviſerit mundos, Cœlum, Aquam, Aërem, Terram, Olympum: de quibus duos relinquat communes, ſcilicet terram univerſi infimam, et Olympum ſupremam partem, reliquos autem tres tribus diis attribuat. Eodem etiam modo Plato, qui videtur pulcherrimas eaſdemque primas corporum ſpecies univerſi diſtinctis partibus accommodans, quinque facere mundos, Terræ unum, unum Aquæ, alios Aëris, et Ignis: extremum, qui hos contineat, quem duodecim baſium corpori ob varietatem motus et multitudinem laterum comparavit, quod illam figuram maxime converſionibus motibuſque animalibus congruere exiſtimaret. Intulit hæc Demetrius: Quid in præſentia Homerum movemus? ſatis jam eſt fabularum. Plato autem nequaquam quinque in partes dividendo univerſum, quinque mundos voluit appel-

ἀγορεύῃν, ἐν οἷς τε μάχῃ τοῖς ἀπείρους κόσμους ὑποτιθεμένοις, ζητεῖσθαι δή φησι, δικεῖν ἕνα τοῦτον εἶναι μονογενῆ τῷ θεῷ καὶ ἀγαπητόν, ὡς τοῦ σωματοειδοῦς παντὸς ὅλον καὶ τέλειον καὶ αὐτάρκη γεγενημένου. Ὅθεν ἄν τις καὶ θαυμάσειεν ὅτι ταλήθης εἰπὼν αὐτὸς ἑτέρωσε ἀπέβλεψε καὶ λόγον οὐκ ἐχούσης ἀρχὴν παρέσχε δόξης. Τὸ μὲν γὰρ ἕνα μὴ φυλάξαι κόσμον, εἶχεν ἀμφισβήτησιν τοῦ τοῦ παντὸς ἀπειρίαν· τὸ δὲ ἀφωρισμένως ποιῆσαι τοσούτους, καὶ μήτε πλείους τοῦ πέντε, μήτ' ἐλάττους, κομιδῇ πολλάλογον καὶ πάσης πιθανότητος ἀπηρτημένον, εἰ μή τι σὺ λέγεις, ἔφη, πρὸς ἐμὲ βλέψας. Κἀγώ, Δοκεῖ γὰρ οὕτως, ἔφην, ἀφέντας ἤδη τὸν περὶ χρηστηρίων λόγον, ὡς τέλος ἔχοντα, μεταλαμβάνειν ἕτερον τοσοῦτον. Οὐκ ἀφέντας, εἶπεν ὁ Δημήτριος, ἐκεῖνον, ἀλλὰ μὴ παρελθόντας τοῦτον ἀντιλαμβανόμενον ἡμῶν· οὐ γὰρ ἐνοχλήσομεν, ἀλλ' ὅσον ἰσορῆσαι τοῦ πιθα-

A. 9. ἐν οἷς τε—ταῦτα δή] Legendum ὃς γε—αὐτῷ δί.

lari: quo enim loco pugnat adverſum eos, qui infinitos ponunt mundos, ſibi, inquit, videri unicum a deo factum eſſe eoque contentum deum, quod ex univerſa corporea mole totus perfectus, nihilque extra ſe poſitum requirens exſtiterit. Unde etiam non nemini mirari ſubeat, qui verum ipſe dicens, aliis anſam præbuerit ſententiæ probabilitatem non habentis neque rationem ullam. Univerſi quidem infinitas pro argumento ſumi utcumque poterat ſi quis ab unitate mundi diſcederet: quod autem præciſe quinque, non plures neque pauciores, mundi ſtatuuntur, id nimis quam eſt ab omni veri ſpecie et ratione alienum: niſi tu quid dicis, aiebat in me reſpiciens. Ego autem: Nimirum videtur, inquam, vobis omiſſa de oraculis diſputatione, quaſi ad finem jam perducta, aliam ſuſcipere. Non, inquit Demetrius, iſtam miſſam faciemus: ſed hanc nobis ſeſe ingerentem non præteribimus: non enim huic immorabimur, ſed ita attingentes, ut quid pro-

κότητα ἡγοῦντες αὐξῆ, μέτιμεν ὅκη τῶν ἐξ ἀρχῆς ὑπο-
θέσιν.

κδ'. Πρῶτον τοίνυν (ἔφην ἐγὼ) τὰ κωλύοντα ποι-
εῖν κόσμους ἀπείρους, οὐκ ἀπείρως πλείονας ἑνὸς ποιεῖν·
καὶ γὰρ ὅσον ὄφελος εἶναι καὶ μανταχοῦ καὶ πανοίαν ἐν
πλείοσι κόσμοις, καὶ τὸ μικροτάτην τύχην παρεμπίπ-
τειν, τὰ δὲ πλεῖστα καὶ μέγιστα τάξιν λαμβάνειν γένεσιν
D καὶ μεταβολήν, ὧν οὐδὲν ἡ ἀπειρία δέχεσθαι πέφυκεν.
Ἕπεται τῷ λόγῳ μᾶλλον ἕπεσθαι τὸ τῷ θεῷ μὴ μονο-
γενῆ μηδ' ἔρημον εἶναι τὸν κόσμον. Ἀγαθὸς γὰρ ὢν τε-
λέως οὐδεμιᾶς ἀρετῆς ἀνδρὸς ὄντος, ἥκιστα δὲ τῶν περὶ
δικαιοσύνην καὶ φιλίαν· κάλλιστα γὰρ αὐτῷ καὶ θεοῖς πρέπουσαι·
μάτην δὲ καὶ οὐδὲν ἔχειν καὶ ἄχρηστον θεὸν πέφυκεν· εἰσὶν
οὖν ἐκτὸς ἕτεροι θεοὶ καὶ κόσμοι, πρὸς οὓς χρῆται
κοινωνικαῖς ἀρεταῖς· οὐδὲ γὰρ πρὸς αὐτὸν, οὐδὲ μέρος

C. 9. ὅσον ἐστὶν] Legendum οἷόν τ' ἐφὴν. Mez. et Xyl.
D. 4. ἥκιστα δὲ τῶν] Vulgo ἥκιστα δὲ τῷ. Mox κάλλιστα γὰρ εἶναι κ. corrigendum.

babile ſit nobis appareat, ad propoſitam initio quæſtionem nos referamus.

XXIV. Tum ego ſic: Primum, inquam, ea quæ non ſinunt infinitos mundos ſtatuere, non impediunt quo minus uno plures cenſeantur mundi: fieri enim ſic quoque poteſt ut pluribus in mundis divinationi locus ſit, et fortunæ minimus interventus, pleraque autem et maxima ordinatis motibus ac viciſſitudinibus ferantur: quorum nihil infinitas admittere poteſt. Deinde rationi magis conſentaneum eſt divinæ naturæ, non eſſe unicum ac ſolitarium mundum. Deus enim perfecte bonus cum ſit, nullius virtutis eſt expers, minime omnium juſtitiæ et amicitiæ: quæ pulcherrimæ ſunt, deumque apprime decent. Ad hæc nihil fruſtra ut habeat aut quo non utatur, dei fert natura. Sunt ergo extra alii dii aliique mundi, erga quos utitur virtutibus iſtis ad communitatem pertinentibus: non enim erga ſe aut partem ſui utitur

αὐτῷ χρῆσίς ἐστι δικαιοσύνης, ἢ χάριτος, ἢ χρηστότητος, ἀλλὰ πρὸς ἄλλους· ὥστε οὐκ εἰκὸς ἄφιλον ὑδ' ἀγάστονα E τόνδ', ὑδ' ἄμικτον ἐν ἀπείρῳ κενῷ τὸν κόσμον σαλεύειν. Ἐπεὶ γὰρ τὴν φύσιν ὁρῶμεν τὰ καθ' ἕκαστα γένεσιν καὶ εἴδεσιν οἷον ἀγγείοις ἢ περιφραπτοῖς σπέρματος περιέχουσαν· ὅθεν γὰρ ἐν ἀριθμῷ τῶν ὄντων ἐστίν· ὅθεν μὴν λόγος ὑπάρχει κοινός, οὐδὲ τυγχάνει τῆς τοιᾶσδε προσηγορίας, ὃ μὴ κοινῶς ποιόν, ἰδίως ἐστίν· ὁ δὲ κόσμος οὐ λέγεται κοινός εἶ· ποῖοι δ' ὡς τοίνυν ποῖός ἐστιν ἀπὸ διαφορᾶς τῆς πρὸς ἄλλα συγγενὴς καὶ ὁμοειδὴς γεγονὼς τοιοῦτος. Εἰ γὰρ ὅτε ἄνθρωπος εἷς, οὔτε ἵππος ἀπὸ τῆς φύσεως γέγονεν, οὔτε ἄστρον, οὔτε θεός, οὔτε F δαίμων, τί κωλύει μηδὲ κόσμον ἕνα τὴν φύσιν ἔχειν, ἀλ-

E. 4. ὁ περικαρπίοις—γεγονὼς τοιοῦτος] Sophiſma Dialecticum, cujus haec pars mire a librariis corrupta, ſic refingenda videtur: ὥσπερ καρπὸς σπέρματι περιέχουσαν· οὐδὲν γὰρ ἐν τῶν ὄντων· ὅτε τί ἐστιν, οὗ γε μὴ λόγος ὑπάρχει κοινός· οὐδὲ τυγχάνει τῆς τοιᾶσδε προσηγορίας, ὃ μὴ κοινῶς ποιὸν ἰδίως τ' ἐστιν. Ὁ δὲ κόσμος λέγεται, τῷ κοινῶς εἶναι ποιὸς· ἰδίως δ' αὖ ποιός ἐστιν ἐκ διαφόρας τῆς πρὸς ἄλλα συγγενῆ καὶ ὁμοειδῆ γεγονὼς τοιοῦτος. Ratio in Animadverſionibus reddetur.

juſtitia, gratia, benignitate, quippe quarum uſus ad alios refertur. Quare probabile non eſt amicitiæ, vicinitatis, ac commerciorum exſortem mundum in vacua infinitate fluctuare. Jam ipſam videmus naturam ea quæ ſunt ſingula, generum et formarum complexu tanquam vaſculis aut ſeminum involucris continere. Neque enim ulla res naturalis ſubſiſtit, cujus non ſit etiam communis aliqua ratio ſive notio: neque appellatio ei ſui generis congrueret, niſi præter eam communem rationem ſuis peculiaribus qualitatibus ab aliis ejuſdem generis rebus diſtingueretur. Atqui mundus non dicitur communis eſſe, ſed certis qualitatibus ſive proprietatibus deſcribitur; ergo certis differentiis ab aliis ejuſdem generis mundis diſtinctus, ſuam peculiarem hanc formam obtinet. Præterea cum neque homo unicus, neque unicus equus in natura rerum ſit, neque aſtrum, neque deus, neque genius; quid obſtat quin dicamus non unicum, ſed plures numero mundos natu-

λὰ πλείονας; Ὁ γὰρ λέγων ὅτι καὶ γῆν μίαν ἔχει καὶ θάλατταν, ἐμφανές τι παρορᾷ τὸ τοῦ ὁμοιομερῶν· τοῦ τε γὰρ γοῦν εἰς ὁμώνυμα μέρη, καὶ τοῦ θαλάττης. ὡσαύτως ἀφορίζομεν· τῷ δὲ κόσμῳ μέρος οὐκ ἔστι κόσμος, ἀλλ' οὐκ ἀφορὰν φύσεων συνέχουσι.

4:4 κε'. Καὶ μὴν ὅ γε μάλιστα φοβηθέντες ἔνιοι καταναλίσκωσιν τοῦ ὕλην εἰς τὸν κόσμον ἅπασαν, ὡς μηδὲν ὑποληφθόμενον ἐκτὸς συστάσιν ἢ πληγαῖς ἀφαιρεθῆναι τοῦ τῷδε σύστασιν, οὐκ ὀρθῶς ἔδεισαν. Πλάνων γὰρ ὄντων κόσμων, ἰδία δ' ἑκάστου συνεχόντος οὐσία καὶ ὕλη μέτρον ὡρισμένον ἐχούσῃ καὶ πέρας, ὅθεν ἄτακτον ὑπ' ἀκαταστασίας κόσμου, οἷον περίττωμα, ἀφανισθῆναι περισσὸν ἔξωθεν. Ὁ γὰρ περὶ ἕκαστον λόγος ἐγκρατὴς ὢν τῆς συνεκεκριμένης ὕλης, ὅθεν ἔκφορον εἶναί τε καὶ πλανώμενον ἐμπεσεῖν εἰς ἄλλον, μήτε εἰς ἑαυτὸν ἐξ ἄλλου· ἀφ'

A. 3. ὑπολειπόμενον—διαστάσεσι] Prius ex Anon. Mez. Posterius ex Ald. Bas. D. F. Ven. 1. Vulgo ὑπολειπομένην—διαστάσεσιν.
A. 8. ἕκαστον λόγος] Sic Anon. Mez. Vulgo ἑκάστου λόγου.

ram complecti? Qui enim dicit unam quoque duntaxat esse terram, unicum mare, is hallucinatur, partium similitudinem in rebus evidentem non animadvertens. Terra enim in ejusdem nominis partes dividitur, itemque mare: mundi pars jam non itidem mundus est, sed diversæ naturæ res.

XXV. Porro quod nonnulli universam materiam uni mundo impendunt, maxime id metuentes, ne si quid extra istum relinqueretur, id allisionibus atque ictibus hujus mundi compagem disturbaret: inanis est metus. Cum enim sint plures mundi, quorum quisque sua contineatur substantia atque materie quam certa mensura definit suæque extremitates; nihil ordinis expers et incompositum ac tanquam excrementum foras prolapsum relinquetur. Uniuscujusque enim mundi forma materiam sibi destinatam continens, nihil patietur temerario motu citatum in alium decidere mundum, aut ex alio

τὸ μήτε πλῆθος ἀόριστον καὶ ἄπειρον τῇ φύσιν ἔχειν, μήτε κίνησιν ἄλογον καὶ ἄτακτον. Εἰ δέ καί τις ἐπόρροια φέρεται τοὺς ἑτέρους ἀφ' ἑτέρων, ὁμόφυλον εἶναι καὶ προσηκὴν καὶ πᾶσιν οἰκείως ἐπιμιγνυμένην, ὥσπερ αἱ τῶν ἀστέρων αὐγαὶ καὶ συγκράσεις, αὐτούς τε τέρπεσθαι χαίροντας ἀλλήλοις εὐμενῶς, θεοῖς τε πολλοῖς καὶ ἀγαθοῖς καθ' ἕκαστον ὄντι, παρέχειν ἐπιμιξίας, καὶ φιλοφροσύνας. Ἀδύνατον γὰρ ἄλλο ἐστὶν ὅτι τούτων, οὔτε μυθῶδες, οὔτε παράλογον· εἰ μή, νὴ Δία, τοῖς τοῦ Ἀριστοτέλους ἐπόμενόν τινες, ὡς φυσικὰς αἰτίας ἔχοντα. Τῶν γὰρ σωμάτων ἑκάστῳ τόπον οἰκεῖον ἔχοντος, ὥς φησιν, ἀνάγκη τὴν γῆν πανταχόθεν ἐπὶ τὸ μέσον φέρεσθαι, καὶ τὸ ὕδωρ ἐπ' αὐτῆς ἧττον βάρος ὑφιστάμενον τοῖς κουφοτέροις· ἂν οὖν πλείονες ὦσι κόσμοι, συμβήσεται τὴν γῆν πολλαχοῦ μὲν ἐπάνω τοῦ πυρὸς καὶ τοῦ ἀέρος κεῖσθαι, πολλα-

B. 4. οἰκείως] D. ἰσίως. Unde ſuſpicor veram lectionem fuiſſe ἰσίως εἰκός. Certe ſententia loci requirit *verisimile* αβ, vel quid ejus modi.

in ſe; eo quod natura neque infinitam admittit multitudinem, neque temerarias et ordine rationeque carentes motiones. Quod ſi quid ab uno mundo in alium defluit: neceſſe eſt hujuſmodi influxus cognatos inter ſe, gratoſque eſſe, et mixtione fieri optime mundorum naturæ conveniente: quo modo ſiderum fulgores ſive radii inter ſe contemperantur: ipſoſque mundos delectari dum benigno invicem ſe contemplantur vultu: diiſque qui in ſingulis ſunt multi ac boni, congreſſus amicos exhibere. Horum omnium, quæ dixi, nihil eſt quod fieri nequeat, nihil fabuloſum, nihil rationi adverſum. Niſi, mehercle, Ariſtotelis aliquis ſententia terretur, tanquam naturæ conſentanea. Cum enim, ut ipſe inquit, quodvis corpus ſuum habeat proprium locum: neceſſe eſt terram undiquaque ad medium ferri, et aquam ſuper hanc levioribus ſubſidentem; ergo ſi plures ſint mundi, eveniet ut terra multifariam igni et aëre ſupe-

χοῦ δ' ὑποκάτω· ἡ τὸν ἀέρα ἡ ὃ ὕδωρ ὁμοίως, ποῦ μὴν ἐν ταῖς ἰδ. φύσιν χώρας ὑπάρχειν, ποῦ δὲ ἐν ταῖς αὐτῶν φύσιν· ὧν ἀδυνάτων ὄντων, ὡς οἴεται, μήτε δύο, μήτε πλείονας εἶναι κόσμους, ἀλλ' ἕνα τοῦτον ἐκ τῆς ὑσίας ἁπάσης συγκείμενον, ἱδρυμένον ἰδ. φύσιν, ὡς ποιοῦσαι ταῖς τῶν σωμάτων διαφοραῖς.

κζ'. Ἀλλὰ ἡ ταῦτα πιθανῶς μᾶλλον ἢ ἀληθῶς εἴρηται. Σκόπει δὲ ὅτως, ἔφη, ὦ φίλε Δημήτριε· τῶν
D γὰρ σωμάτων τὰ μὲν ὅλα τὸ μέσον καὶ κάτω κινεῖσθαι λέγων, τὰ δὲ ἀπὸ τοῦ μέσου καὶ ἄνω, τὰ δὲ περὶ τὸ μέσον καὶ κύκλῳ, πρὸς τί λαμβάνει τὸ μέσον; οὐ δήπου πρὸς τὸ κενόν· οὐ γὰρ ὄντι κατ' αὐτόν· καθ' οὗ δ' ὄντιν, οὐκ ἔχει μέσον, ὥσπερ οὐδὲ πρῶτον, οὐδ' ἔσχατον· πέρατα γὰρ ταῦτα· τὸ δὲ ἄπειρον, ἡ ἀπεράτωτον. Εἰ δὲ καὶ βιάσαιτό τις αὐτὸν λόγῳ βίᾳ κινεῖ-

C. 6. ποῦ μὲν—ποῦ δὲ] Rectius πῆ μὲν—πῆ δέ: prius habent D. F. posterius B. Colleg. Nov.

D. 7. Εἰ δὲ ἡ βιάσαιτο—τολμῆσαι] Corruptissimus locus, prior certe ejus pars. Forte Εἰ δὲ ἡ βιάσαιτό τις αὐτὸν λέγειν κενοῦ μέσου, ἄτοπον τὸ νοῆσαι: tale quid etiam Xylander vertendo secutus est.

rior, multifariam item inferior exstet: idemque de aëre et aqua intelligendum, quæ alicubi suis in locis a natura attributis erunt, alicubi non erunt: quæ cum sint, ut ipse censet, impossibilia; neque duos esse, neque plures mundos statuit, sed unum hunc ex universa compactum substantia: in quo corpora juxta legem naturæ sint locorum differentiis dispositа.

XXVI. Verum hæc ipsa probabiliter magis quam vere dicta ab eo sunt, idque mi Demetri, sic dispiciamus. Corporum alia ad medium et deorsum, alia a medio et sursum, quædam circa medium et in orbem moveri dicens, cujusnam rei respectu medium sumit? Non quidem inanis comparatione sumit, quod nullum est ipsius sententia: et qui vacuum ponunt, medio hoc ipsorum opinione caret, ut et principio, et fine: quæ sunt extremitates, quibus in infinito non est locus. Atque ut extorqueas Aristoteli assertionem inanis, tamen intel-

μένον, ἀπειρον τολμῆσαι, τίς ἡ περὶ τοῦτο γινομένη τῶν κινήσεων διαφορὰ τοῖς σώμασιν; ἔστε γὰρ ἐν τῷ κενῷ δύναμίς ἐστι τῶν σωμάτων, ἔστε τὰ σώματα προαίρεσιν ἔχει ἢ ὁρμὴν ἢ τοῦ μέσου γλίχεται, καὶ περὶ τοῦτο σωτείνει πανταχόθεν· ἀλλ' ὅμως ἄπορόν ἐστιν ἀψύχων σωμάτων πρὸς ἀσώματον χωρεῖν ἢ ἀδιάφορον, ἢ φορὰν ἐξ αὐτοῦ ἢ ὁλκὴν ἀπ' ἐκείνης γινομένην νοῆσαι. Λείπεται τοίνυν, τὸ μέσον οὐ τοπικῶς ἀλλὰ σωματικῶς λέγεσθαι. Τοῦδε γὰρ τοῦ κόσμου μίαν ἐκ πλειόνων σωμάτων καὶ ἀνομοίων ἑνότητα καὶ σύνταξιν ἔχοντος, αἱ διαφοραὶ τὰς κινήσεις ἄλλους περὶ ἄλλας ποιοῦσιν ἐξ ἀνάγκης· δῆλον δὲ τῷ μεταχειρίζεσθαι ταῖς οὐσίαις ἕκαστα καὶ τὰς χώρας ἅμα συμμεταβάλλειν· αἱ μὲν γὰρ διακρίσεις ἀπὸ τοῦ μέσου τὴν ὕλην αἰωρούσας ἄνω, κύκλῳ διανέμουσιν· αἱ δὲ συγκρίσεις καὶ πυκνώσεις πιέζουσι κάτω πρὸς τὸ μέσον καὶ συνελαύνουσι.

E. 1. ἀλλ' ὅμως ἄπορόν] Legendum ἄλλως δ' ἄπορον. Mox χωρεῖν in χώραν mutandum, cum Mez.

lectu arduum eſt, quænam ejus ratione corporibus differentia motuum debeat tribui; nam neque in inani vis eſt corporum, neque voluntatem habent corpora et appetitum quo medium affectent et undiquaque ad illud contendant: ſed tamen difficile eſt intelligere, quo modo corpora ad incorpoream atque indifferentem rem ferantur, aut ab ea motum momentumve conſequantur. Reſtat ut medium non loci ratione, ſed corporis accipiamus. Cum enim mundus hic ex multis ac diſſimilibus corporibus in unam compactus ſit ac concinnatus molem, neceſſario differentiæ eorum motus viciſſitudines efficiunt. Id ex eo fit evidens, quod ſingula dum ſubſtantiam mutant, ſimul etiam locum alium a priore occupant; diſſipatio enim a medio ſurſum elatam materiam per circulum didit: concretio et ſtipatio deorſum eam ad medium cogit atque deprimit.

κζ'. Περὶ ὧν οὐκ ἀναγκαῖον ἐνταῦθα πλείοσι λόγοις ἐξηθῆσαι· ἰκανὸν γὰρ ἄν τις ὑποθοῖτο τῶν παθῶν τούτων καὶ τῶν μεταβολῶν αἰτίαν εἶναι δημιουργόν, αὕτη συνέξει τὸν κόσμον ἕκαστον ἐν ἑαυτῷ. Καὶ γὰρ γῆν ἡ θάλατταν ἕκαστος ἔχει κόσμος· ἔχει γὰρ ἡ μέσον ἕκαστος ἴδιον, καὶ πάθη σωμάτων, καὶ μεταβολὰς, καὶ φύσιν, καὶ δύναμιν ἡ σώζει κατ' χώραν καὶ φυλάττῃ ἕκαστον. Τὸ μὲν γὰρ ἐκτὸς εἴτ' οὐδέν ἐστιν, εἴτε κενὸν ἄπειρον, οὐ παρέχει μέσον, ὡς εἴρηται· πλειόνων δὲ κόσμων ὄντων, καθ' ἕκαστόν ἐστιν ἴδιον μέσον· ὥστε κίνησις ἰδία τοῖς μὲν ἐπὶ τοῦτο, τοῖς δ' ἀπὸ τούτου, τοῖς δὲ περὶ τοῦτο, καθάπερ αὐτοὶ διαιροῦσιν. Ὁ δ' ἀξιῶν, πολλῶν μέσων ὄντων, ἐφ' ἓν μόνον ὠθεῖσθαι τὰ βάρη πανταχόθεν, οὐθὲν διαφέρει τοῦ, πολλῶν ὄντων ἀνθρώπων, ἀξιοῦντος εἰς μίαν φλέβα τὸ πανταχόθεν αἷμα συρρεῖν, καὶ μιᾷ μήνιγγι τοὺς

A. 3. ἡ σώζει] Addidi ἡ ex Mez. Mox Τὸ pro vulgato Τῷ ex Anon. In utroque assentitur Xyl.

XXVII. Qua de re non eſt opus hoc loco copioſius diſſerere. Quam enim cauſam harum affectionum atque mutationum effectricem poſueris, ea unumquemvis in ſeipſo continebit mundum: quivis enim peculiare habet medium, ſuas corporum affectiones, mutationeſque, ſuam naturam et vim, quæ ſuo quodque in loco conſervet. Quod enim extra eſt, ſive id nihil eſt, ſive infinitum inane, non præbet medium: ſicut docuimus ſupra. Cum autem plures ſint mundi, unicuique ſuum eſt medium, ac proinde peculiaris etiam cuivis motus, aliis ad medium, aliis circa id, aliis ab eo: ſicut ipſi diſtinguunt. Qui autem propoſita mediorum multitudine contendit undique omnia gravia ad unum medium compelli: is perinde facit ac ſi poſtulet omnium hominum, qui numero ſunt permulti, ſanguinem in unam aliquam venam confluere, omniaque cerebra una contineri membrana; quia nimirum in-

πάντων ἐγκεφάλους θεμένους, δεινὸν ἡγεῖσθαι μῦθος εἰ τοῖς φυσικοῖς καὶ σωματικοῖς οὐ μίαν ἅπασι τὰ γεννητὰ καὶ B μίαν τὰ μανὰ χώραν ἐφέξει. Καὶ γὰρ ὅστος ἄδοπος ἔσται, καὶκεῖνος, ἀναναγκῶν εἰ τὰ ὅλα τοῖς αὑτῶν μέρεσι χρῆσθαι, τὴν τοῦ φύσιν θέσιν ἔχουσιν οὐ ἐκάστῳ καὶ τάξιν· ἐκεῖνο γὰρ ἦν ἄδοπον, εἴ τις ἔλεγε κόσμον εἶναι τὸν ἐν αὑτῷ σελήνην ἔχοντα, καθάπερ ἄνθρωπον ἐν ταῖς πέρναις τὴν ἐγκέφαλον φοροῦντα, καὶ τὴν καρδίαν ἐν τοῖς κροτάφοις. Τὸ δὲ, πλείονας ποιῆσαι χωρὶς ἀλλήλων κόσμους, ἅμα τοῖς ὅλοις τὰ μέρη διαφορίζειν καὶ διαιρεῖν οὐκ ἄτοπον· ἡ γὰρ οὐ ἐκάστῃ γῆ καὶ θάλασσα καὶ οὐρανὸς κεῖσεται κατὰ φύσιν ὡς προσήκει, τό, τε ἄνω καὶ κάτω, C καὶ κύκλῳ, καὶ μέσον, οὐ πρὸς ἄλλον, οὐδ' ὅκτος, ἀλλ' ἐν ἑαυτῷ καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἔχει τοῦ κόσμου ἕκαστος.

κη'. Ὃν μὴν γὰρ ἔξω τοῦ κόσμου λίθον ὑποτίθενταί

B. 3. χρῆται] Ita A. B. D. F. Venet. 1. Colleg. Nov. Pol. Jannot. Anon. Mez. Ceteri et vulgo χρῆσθαι.

B. 6. σελήνην ἔχοντα] Complura videntur excidiſſe verba: Mez. quidem inſerit κάτω, quod non ſatisfacit.

juriam naturæ fieri putet, ſi corporum naturalium non omnia ſolida uno, rara itidem ſuo quodam ſint in loco. Nam et hic abſurdum tueretur, et is inepte facit, qui ferre æquo animo non poteſt ut tota quævis ſuis utantur partibus, naturæ ratione atque ordine debito diſpoſitis. Id quidem abſurdum foret, ſi quis diceret mundum eſſe qui ita in ſe Lunam habeat, ſicut homo in calcibus cerebrum ſi geſtet, et cor in temporibus. Sed plures a ſe invicem ſeparatos mundos ſtatuentem, una cum totis etiam partes ſegregare ac dividere, non eſt a ratione alienum; unius enim cujuſque mundi terra, mare, cœlum, ſecundum naturam erunt collocata: et quivis mundus ſuperiora, inferiora, circulo ambientia, centrum, habebit non alterius ſed ſui ipſius ſuarumque inter ſe partium reſpectu, intra, non extra ſe.

XXVIII. Quem enim quidam lapidem extra mundum

πινες, ὅτε μονῆς εὐπόρως παρέχει νόησιν, ὅτε κινήσεως· πῶς γὰρ ἡ μένει βάρος ἔχων ἢ κινήσεται πρὸς τ' κόσμον, ὥσπερ τὰ λοιπὰ βάρη, μήτε μέρος ὢν αὐτοῦ, μήτε συνεστραμμένος εἰς τ' οὐσίαν; τ' δ' ἐν ἑτέρῳ κόσμῳ περιεχομένῳ καὶ συνδεδεμένῳ οὐκ ἔδει διαπορεῖν ὅπως οὐκ ἐνταῦθα μεταχωρεῖ ἀφ' βάρος ἀποφραγεῖσα τῷ ὅλῳ, τιμὼ
D φύσιν ὁρῶντας καὶ τὸν τόνον ὑφ' οὗ συνέχεται τ' μερῶν ἕκαστον. Ἐπεὶ μὴ πρὸς τὸν κόσμον, ἀλλ' ἐκτὸς αὐτοῦ τὸ κάτω καὶ ἄνω λαμβάνοντες, ἐν ταῖς αὐταῖς ἀπορίαις Ἐπικούρῳ γενησόμεθα, κινοῦντι τὰς ἀτόμους ἁπάσας εἰς τὸν ὑπὸ πόδας τόπους, ὥσπερ ἡ τῶ κενοῦ πόδας ἔχοντος, ἢ τῆς ἀπειρίας ἐν αὐτῇ κάτω τε καὶ ἄνω διανοῆσαι διδούσης. Διὸ καὶ Χρύσιππόν ὄφελ θαυμάζειν, μᾶλλον δὲ ὅλως διαπορεῖν ὅ, τι δὴ παθὼν τὸν κόσμον ἐν μέσῳ φησὶν ἱδρύσθαι, καὶ τιμὼ οὐσίαν αὐτοῦ τὸν μέσον τόπον ἀϊδίως κατειληφυῖαν, οὐχ

positum pro argumento adhibent, is neque quietis expeditam, neque motus opinionem adfert. Quomodo enim vel manebit, pondere præditus? vel ad mundum feretur, reliquorum instar gravium, cujus pars non est, neque in naturam ejus compositus? De terra autem in altero contenta atque devincta mundo non erat necesse sollicitum esse, quomodo non avulsa pondere suo ab universo in hunc mundum transiret: cum videamus naturam suo quasque partes loco cohibere. Etenim si non ipsius mundi respectu, sed extra eum superiora et inferiora comparare instituamus, in easdem cum Epicuro incidemus difficultates, qui atomos universas movet in loca sub pedibus sita: quasi vero aut inane pedes habeat, aut infinitum in se cogitari superius inferiusve aliquid sinat. Itaque Chrysippum admirari licet, aut potius vehementer dubitare quidnam ei ad animum acciderit, cum mundum in medio collocatum scriberet, ejusque substantiam ab æterno medium occupasse locum, qui

ἤκιζα τοῦτον συνέργεσθαι πρὸς τὴν δαιμονίαν καὶ οἱονεὶ
ἀφθαρσίαν. Ταυτὶ γὰρ ἐν τῷ τετάρτῳ περὶ δυνατῶν D
λέγει, μέσον τε τὸν ἀπείρου τόπον οὐκ ὀρθῶς ὀνειρώτ-
των, ἀτοπώτερόν τε τῆς Εἱμαρμένης τὸν κόσμου τῷ ἀνυ-
πάρκτῳ μέσῳ τὴν αἰτίαν ὑποθεὶς καὶ ζῶντα πολλά-
κις εἰρηκὼς ἐν ἑτέροις, ὅτι ταῖς εἰς τὸ αὐτῆς μέσου ἡ
οὐσία, καὶ ταῖς ἀπὸ τοῦ αὐτῆς μέσου διοικεῖται καὶ συνέ-
χεται κινήσεσι.

κθ'. Καὶ μὴν τά γε ἄλλα τῶν Στωϊκῶν τίς ἂν φο-
βηθείη, πυνθανομένων πῶς εἱμαρμένη μία μένει ἡ πρό-
νοια, καὶ οὐ πολλοὶ Δίες καὶ Ζῆνες ἔσονται, πλειόνων
ὄντων κόσμων; Πρῶτον μὲν γὰρ εἰ τὸ πολλοὺς εἶ) Δίας
καὶ Ζῆνας ἄτοπόν ἐστι, πολλῷ δήπουθεν ἔσαι τὰ ἐκείνων F
ἀτοπώτερα· καὶ γὰρ ἡλίους καὶ σελήνας καὶ Ἀπόλλωνας
καὶ Ἀρτέμιδας καὶ Ποσειδῶνας ἐν ἀπείροις κόσμων περι-
όδοις ἀπείρους ποιοῦσιν. Ἔπειτα τίς ἀνάγκη πολλοὺς εἶ)
Δίας, ἂν πλείονες ὦσι κόσμοι, καὶ μὴ καθ' ἕκαστον ἄρ-

D. 11. τοῦτον συνέργεσθαι] Corrigendum certe τούτῳ: forte et συνεργεῖσθαι.
E. 5. αὐτῆς μέσου] Ita F. Ceteri et vulgo αὐτῆς μέσων.
F. 5. καθ' ἕκαστον] Senſus Scriptoris requirit unum eſſe communem omnium Mun-

non minimum ei ad permanendum et interitus immunitatem momenti contulerit. Hoc enim in quarto de Poſſibilibus libro tradit, medium inanis locum non recte ſomnians, et cauſam cur mundus permaneat abſurdiorem fictitio iſto medio adſignans: cum quidem alibi ſæpe dixiſſet ſubſtantiam ſuis in medium et a medio ſuo motibus diſpenſari ac contineri.

XXIX. Et quidem reliqua Stoicorum interrogata quem terreant, dum quærunt qui unum fatum, una providentia maneat, ac non plures Joves fiant, ſi plures ſint mundi? Primum enim ſi abſurdum eſt multos eſſe Joves, ipſorum decreta multo erunt abſurdiora: faciunt enim in infinitis mundorum converſionibus infinitos Soles, Lunas, Apollines, Dianas, Neptunos. Deinde quæ neceſſitas cogit multos eſſe Joves, ſi plures ſint mundi, non ſingulis præeſſe prin-

χοντα θεῖον καὶ ἡγεμόνα τοῦ ὅλου θεὸν ἔχοντα καὶ νοῦν
426 καὶ λόγον, οἷος ὁ παρ' ἡμῖν κύριος ἁπάντων καὶ πατὴρ ἐπονομαζόμενος; Ἢ τί κωλύσει τοῦ Διὸς εἱμαρμένης καὶ προνοίας ὑπηκόους πάντας εἶναι, καὶ τοῦτον ἐφορᾶν καὶ μέρει καὶ κατὰ μύνειν, διδόντα πᾶσιν ἀρχὰς καὶ σπέρματα καὶ λόγους τοῦ προσνομάνων; Οὐ γὰρ ἐνταῦθα μὴ ἓν σωμάτων σῶμα πολλάκις ἐκ διεζώντων σωμάτων, οἷον ἐκκλησία, καὶ στράτευμα, καὶ χορός· ὧν ἑκάστῳ καὶ ζῆν καὶ φρονεῖν καὶ μανθάνειν συμβέβηκεν, ὡς οἴεται Χρύσιππος· ἐν δὲ τῷ παντὶ δεκὰ κόσμους ἢ πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ὄντας ἑνὶ χρῆσθαι λόγῳ, καὶ πρὸς ἀρ-
B χὴν συστετάχθαι μίαν, ἀδύνατόν ἐστιν· ἀλλὰ καὶ πάνυ πρέπει θεοῖς ἡ τοιαύτη διάταξις. Οὐ γὰρ ὡς σμήνους ἡγεμόνας δεῖ ποιεῖν ἀνεξόδους, οὐδὲ φρουρεῖν συγκλείσαντας τῇ ὕλῃ, μᾶλλον δὲ συμφράξαντας, ὥσπερ ὕτοι

dorum principem Jovem: quod in verbis, ut nunc ſunt, non continetur. Malim ἵνα ἄρχοντα πάντων καὶ ἡγεμ. vel. καθ' ἵνα τὸν ἄρχοντα πάντων καὶ ἡγεμόνα τοῦ ὅλου θεόν &c. quo ſenſu vertit Xyl.

B. 1. καὶ ἑκατὸν] Rectius ἢ ἑκατὸν, ut Xyl. reddidit.

cipem Univerſi deum mente ac ratione præditum, qualis eſt qui a nobis dominus omnium ac pater cognominatur? Aut quid obſtabit, quo minus Jovis fato ac providentiæ omnes ii obediant, iſque ſingulos inſpiciat, ac dirigat, ſingulis præbens initia, ſemina, ac rationes eorum quæ peraguntur? Cum enim in rebus humanis ſæpenumero unum aliquod corpus ex diverſis corporibus conſtet, quorum pro ſe quodvis vivat, intelligat, ſentiat, ut eſt concio, ut exercitus, ut chorus, quod et Chryſippo viſum fuit; in univerſo nefas nequaquam putandum eſt, eſſe mundos decem, quinquaginta, aut centum, qui omnes una regantur mente, et ab uno pendeant principio: immo autem admodum deos decet talis diſpoſitio. Non enim tanquam apum examinum ductores deos debemus ſtatuere qui nuſquam exeant, aut materiæ incluſi adſerventur, ac quaſi in ea obturentur: id quod faciunt Stoici, qui deos introducunt

τοὺς θεοὺς ἀέρων ἕξεις ποιοῦντες, ἢ ὑδάτων ἢ πυρὸς δυνάμεις ἐγκεκραμένας ἡγεμόνι συγγενῶσι τῷ κόσμῳ, καὶ πάλιν συγκατακαίουσιν, οὐκ ἀπολύτους, οὐδ' ἐλευθέρους, οἷον ἡνιόχους ἢ κυβερνήτας ὄντας· ἀλλ' ὥσπερ ἀγάλματα προσπλῶσι καὶ σωτήριαι βάσεσιν, ὕλας ἐγκεχλεισμένους εἰς τὸ σωματοειδὲς καὶ συγκαλαγηρμένους, κοινωνοῦντας αὐτῷ μέχρι φθορᾶς καὶ διαλύσεως ἁπάσης C καὶ μεταβολῆς.

λ'. Ἐκεῖνος δ', οἶμαι, σεμνότερος ὁ λόγος καὶ μεγαλοπρεπέστερος, ἀθανάτους, καὶ αὐτοκράτεις τοὺς θεοὺς ὄντας, ὥσπερ οἱ Τυνδαρίδαι τοῖς χειμαζομένοις βοηθοῦσιν, ἐπερχόμενοί τε μαλάττοντες βίᾳ τὸ πόντον, ἀκείας τε ἀνέμων ῥιπὰς, οὐκ ἐμπλέοντες αὐτοὶ καὶ συγκινδυνεύοντες, ἀλλ' ἄνωθεν ὀπτανόμενοι καὶ σώζοντες· οὕτως ὑπεῖναι τὸν κόσμον ἄλλοτε ἄλλον, ἡδονῇ τε τῆς θέας ἀγομένους, καὶ τῇ φύσει συναπολαύνοντας ἕκαστον. Ὁ μὲν γὰρ

B. 6. ποιοῦντες] Hanc variam lectionem A. et Mez. prætuli vulgato ποιοῦντας.
C. 8. ὑπεῖναι τὸν κόσμον] Corrigendum ἐνεῖναι, vel ἐνεῖναι, τῶν κόσμων.

aërum, aquarum, et ignium affectiones ſeu facultates quaſdam inſitas, eoſque et gignunt cum mundo, et rurſus cum eodem comburunt: neque eos liberos ac ſolutos inſtar aurigarum aut gubernatorum faciunt: ſed quo modo ſimulachra ſuis baſibus adfixa ſunt, ita deos corporeæ incluſos naturæ ac tanquam clavis immiſſis adſtrictos faciunt, conſortes omnium mutationum, etiam ad interitum uſque.

XXX. Hæc vero, niſi fallor, magnificentior eſt et majeſtati deorum affinior ſententia, eſſe eos liberos, neque alieno ſubjectos dominio: utque Caſtores auxilium jactatis tempeſtate ferunt, ſuoque adventu

Leniunt fluctus, celereſque ventos,

non ipſi ſimul navigantes, aut in eodem verſantes periculo, ſed ab alto ſupervenientes ſalutemque adferentes: ita eos alium alias inviſere mundum, cum contemplationis ductos jucunditate, tum quod ſua natura ſingulorum gubernationem adjuvant. Nam Home-

D Ὁ Ὁμηρικὸς Ζεὺς οὐ πάνυ τοσοῦτο μετέθηκε τὴν ὄψιν ἀπὸ Τροίας ἐπὶ τὰ Θρᾴκια καὶ τοὺς ἐπὶ τὸν Ἴστρον νομάδας· ὁ δ' ἀληθινὸς ἔχει καλὰς καὶ ποικίλας ἐν πλείοσι κόσμοις μεταβολάς, οὐκ κενὸν ἄπειρον ἔξω βλέπων, οὐδ' ἑαυτὸν, ἄλλο δέ τι ὄδιον (ὡς ᾠήθησαν ἔνιοι) νοῶν, ἀλλ' ἔργα τε θεῶν καὶ ἀνθρώπων πολλὰ, κινήσεις τε καὶ φορὰς ἄστρων ἐν εὐκύκλοις καταθεώμενος. Οὐ γὰρ ἀπεχθάνεται μεταβολαῖς, ἀλλὰ καὶ πάνυ χαίρει τὸ θεῖον, εἰ δεῖ τοῖς φαινομένοις τεκμαίρεσθαι ταῖς κατ' ἐρανὸν ἐξαμείψεσι καὶ εὐκύκλοις. Ἡ μὲν οὖν ἀπειρία παντάπασιν ἀγνώμων καὶ ἄλογος καὶ μηδαμῆ ποσταμένη θεὸν, ἀλλὰ χεομένη πρὸς πάντα τῷ κῦ τύχῃ καὶ αὐτοματῷ· ἡ δ' ἐν ὡρισμένῳ πλήθει καὶ ἀριθμῷ κόσμων ἐπιμέλεια καὶ ποήσεις ἐκ εἰς ἓν δεδικυίας σῶμα καὶ ποσπερτημένης ἑνὶ, καὶ τοῦτο μεταχηματιζούσης καὶ ἀναπλαττούσης ἀπειράκις, ἔμοιγε δοκεῖ μηδὲν ἔχειν ἀσεμνότερον μήτ' ἐπιπονώτερον.

ricus quidem iſte Jupiter non uſque adeo longe oculos a Troja divertit, in Thraciam et Nomades Iſtri accolas intuens: verus autem pulchras habet ipſique convenientes in variis mundis mutationes, non inane extra infinitum cernens, neque ſeipſum ac nihil aliud (quæ nonnullorum fuit opinio) conſiderans: ſed opera deorum et hominum, motuſque et converſiones ſiderum multiplices contemplans. Non enim odit mutationes divina natura, ſed admodum iis delectatur, ſi licet hoc colligere ex ſiderum viciſſitudinibus conſpectui noſtro expoſitis. Enimvero infinitas omnino bruta eſt et importuna, neque deum admittit, fortuna et caſu omnibus in rebus utitur. At in certa multitudine definitoque numero mundorum adminiſtratio ac providentia verſans, ei quæ in unum aliquod corpus illapſa eique adfixa id infinities tranſmutat atque refingit, neque majeſtate cedit, neque eſt laborioſior.

λα'. Ἐγὼ μὲν οὖν τοσαῦτα εἰπὼν ἐπέσχον. Ὁ δὲ Φίλιππος ὑ πολὺ χρόνον ἀφελπών, Τὸ μὲν ἀληθὲς περὶ τούτων οὕτως ἔχειν ἢ ἑτέρως, οὐκ ἂν ἔγωγε διϊσχυρισαίμην· εἰ δὲ τὸν θεὸν ἐκβεβάζομεν ἑνὸς κόσμου, ἀφ' F τί πέντε μόνων ποιοῦμεν οὐ πλειόνων δημιουργόν, καὶ τίς ἐστι τῷ ἀριθμοῦ τούτῳ περὶς τὸ πλῆθος λόγος, ἥδιον ἄν μοι δοκῶ μαθεῖν, ἢ τῆς σκηνῆς τοῦ ΕΙ καθιερώσεως ἕνεκα· οὔτε γὰρ τρίγωνος ἢ τετράγωνος, οὔτε τέλειος ἢ κυβικὸς, οὔτ' ἄλλῳ τινὰ φαίνεται κομψότητα παρέχων τοῖς ἀγαπῶσι τὰ τοιαῦτα καὶ θαυμάζουσιν. Ἡ δ' ἀπὸ τῶν στοιχείων ἔφοδος ἣν αὐτὸς ὑπενίξατο, πάντη δύσληπτός ἐστι, καὶ μηδὲν ὑποφαίνουσα τοῦ ἐκεῖνον ἐπαραμμήνης πιθανότητος εἰπεῖν, ὡς ἐκεῖνός ἐστι πέντε 423 σωμάτων ἰσογωνίων καὶ ἰσοπλεύρων καὶ περιεχομένων ἴσοις

E. 8. ἐπίσχον.] Sic Ald. Baſ. Xyl. B. D. F. Ven. 1. Colleg. Nov. Mez. At Steph. et ceteri male ἀπίσχον.

F. 6. φαίνεται] Colleg. Nov. Mez. Vulgatum erat φαίνεται.

F. 9. ἐκεῖνον] Ex Anon. Mez. pro vulgato ἐκείνων.

XXXI. Hæc ego locutus, conticui. Philippus autem temporis exiguo ſpatio elapſo, Hæc, inquit, Sicne habeant an ſecus, meum non eſt affirmare. Quod ſi tamen deum extra unum mundum proferimus, cur eum quinque duntaxat artificem faciamus mundorum, non plurium, et quæ ſit hujus numeri ad multitudinem mundorum ratio, cogniturum me majore cum voluptate arbitror, quam quæ ſit EI hic dedicati cauſa. Is enim numerus neque triangulus eſt, neque quadratus, neque perfectus, neque cubicus, neque ullam aliam videtur elegantiam offerre iis, qui ſtudio iſtarum rerum afficiuntur, haſque magni faciunt ſubtilitates. Illa autem ab elementis ratiocinatio, quam Plato per ænigma notat, omnino obſcura et intellectu difficilis eſt, neque probabilitatem aliquam præ ſe fert, qua inductus concluſerit cum ſint quinque corpora æquiangula et æquilatera æqualibuſque contenta ſuperficiebus, ea in materiam

ὑπιπέδοις, ἐγγενομένων τῇ ὕλῃ, τοσούτους εὐθὺς ἐξ αὐτῆς ἀποτελεσθῆναι κόσμους.

E. 4. ἐντεκούσης—ἐπιτευόμενον] Assentior Meziriaco conjicienti, ἐντεινούσης—ἐπιτεινόμενον: ultimum hoc magis etiam requiro, quam anterius.

possit ut amet aliquis ingeniosum et bona ad virtutem indole puerum, possit etiam malum et impudicum: itemque uti ira improbe in liberos et parentes suos, juste pro iisdem adversus tyrannos et hostes: sicut ibi sentitur pugna perturbationis contra rationem et discordia: ita hic obsequii et tanquam affluentis atque adjuvantis motus accursus. Et vir probus, ubi legibus convenienter uxorem duxit, in eam cogitationem incumbit, quomodo possit cum ea recte et pudice vivere; temporis autem successu, ubi consuetudo amorem ingeneravit, sentit ratione dilectionem augescere. Et adolescentes ubi scitis præceptoribus se dederunt, principio eos usus gratia sectantur atque æmulantur, postmodo autem eos diligunt, ac de familiaribus discipulisque amatores et fiunt et dicuntur. Idemque in ci-

δ' αὐτὸ συμβαίνει καὶ τοῖς ἄρχουσι, τοὺς πόλεσι χρησιμους, καὶ γείτονας, καὶ κηδεστάς· ἀρξάμενοι γὰρ ἀπὸ χρείας τινὸς καθημέρους ἀλλήλοις ὁμιλεῖν, ἔπειτα λανθάνουσιν εἰς τὸ φιλεῖν ὑποφερόμενοι, συνεπισπασαμένου τοῦ λογισμοῦ καὶ συναναπείσαντος τὸ παθητικόν. Ὁ δὲ εἰπών,

Αἰδώς τι· δισσαὶ δ' εἰσίν, ἡ μὲν οὐ κακή,
Ἡ δ' ἄχθος οἴκων·

ἆρ' οὐ δῆλός ἐστι συνηθημένος ἐν ἑαυτῷ τοῦτο τὸ πάθος πολλάκις, παρὰ τὸν λόγον ὄκνοις καὶ μελλήσεσι χαι- 449
ρούσης καὶ παράγματα λυμαινόμενον;

Θ'. Οἷς καὶ οὗτοι τρόπον τινὰ ἀφὸ τῆς ἀπάργειαν ὑπέκκοντες, αἰδοῖαν τὸ αἰσχύνεσθαι καλοῦσι, καὶ τὸ ἥδεσθαι χαίρειν, καὶ τοὺς φόβους εὐλαβείας· ζητῶ μὴν ἐδενὸς ἂν ἀπασαμένου τῆς εὐφημίας, εἰ τὰ αὐτὰ πάθη προσῆκεν μὴν τῷ λογισμῷ τούτοις καλοῦσι τοῖς ὀνόμασι, μαχόμενα δὲ καὶ βιαζόμενα τὸν λογισμὸν ἐκείνοις.

A. 3. ἰνάργειαν] Sic E. Mez. T. V. Vulgo, ἐνέργειαν.
A. 6. εἰ τὰ αὐτὰ] Sic B. E. P. Vulgo εἴτε αὐτά.

vitatibus uſu venit hominibus erga magiſtratum, vicinos, neceſſarios; poſtquam enim cœperunt neceſſitatis cauſa invicem pro officii ratione conſueſcere, paulatim deinde in amorem delabuntur, ratione ſecum trahente et parere ſibi docente eam partem quæ affectuum eſt ſedes. Qui vero dixit:

Et verecundia duplex eſt ipſa, quædam non mala eſt:
Altera autem familiarum onus eſt labeſque:—

nonne præ ſe fert quod ſentiat ſibi affectum iſtum ſæpe contra rationem cunctando tergiverſandoque occaſionem rerum gerendarum perdidiſſe?

IX. Quarum rerum iſti evidentia convicti, pudorem verecundiæ nomine afficiunt, voluptatem gaudii, metum cautionis: nemine profecto hanc honeſtorum pro odioſis vocabulorum uſurpationem culpaturo, ſi quidem eaſdem affectiones rationi ſe dedentes, honeſtis, ei repugnantes et vim facientes, odioſis appelle-

Ὅταν δὲ δακρύοις ἐλεγχόμενοι καὶ τρόμοις καὶ χρόας μεταβολαῖς, ἀντὶ λύπης καὶ φόβου δυσμάς τινας καὶ συνεύρσεις λέγωσι, καὶ ταραχὰς τὰς ἐπιθυμίας ἐπικοσμοῦσιν, σοφισταῖς δοκοῦσιν ἢ φιλοσόφοις δικαιώσεις καὶ
B ἀποδράσεις ἐκ τῶν πραγμάτων μηχανᾶσθαι διὰ τῶν ὀνομάτων. Καίτοι πάλιν αὐτοὶ τὰς τε χαρὰς ἐκείνας καὶ τὰς βουλήσεις καὶ τὰς εὐλαβείας, εὐπαθείας καλοῦσιν, οὐκ ἀπαθείας· ὀρθῶς οἰκεῖα χρώμενοι τοῖς ὀνόμασι· γάνει γὰρ εὐπάθεια ἔοικεν τὸ πάθος οὐκ ἀναιροῦντος, ἀλλὰ κοσμοῦντος καὶ τάττοντος ἐν τοῖς σωφρονοῦσιν. Οἱ δὲ φαῦλοι καὶ ἀκρατεῖς τί πάσχουσιν; ὅταν τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα χρίναντες φιλεῖν, ἀντὶτοῦ ἐρωμένου καὶ τῆς ἐρωμένης μὴ δύνωνται, τὴν δὲ ἑταίραν καὶ τὸν κόλακα χρίναντες, εὐθὺς καὶ φιλῶσιν. Εἰ γὰρ τὸ πάθος ἐν κρίσει, ἔδει τῇ τοῦ φιλεῖν χρῆναι καὶ μισεῖν

A. 11. συνήρσεις] Mendosum videtur. Forte cum Anon. T. V. συνόσεις legendum: forte συνεκάρσεις. B. habet συν σεις mediis literis omissis et spatio relicto.

B. 8. κρίναντες φιλεῖν—κόλακα κρίναντες] Mez. κρίναντες χρῆναι φιλεῖν—κόλακα μισεῖν χρῆναι κρίναντες. Probabiliter.

rent nominibus. Quando autem lachrymis victi, et tremoribus, coloriſque mutationibus, loco doloris aut metus morſus quoſdam et conturbationes nominant, cupiditateſque ſtudii voce velant; videntur non philoſophicis, ſed ſophiſticis effugiis uti, dum moliuntur nominum ope res ipſas evitare. Et ſane rurſum ipſi dum gaudia iſta, et voluntates, et cautiones, non vacationes affectionum, ſed bonas affectiones appellant: vocabulis recte utuntur. Bona enim affectio fit, cum ratio non abolet affectum, ſed componit atque conſtituit in animo temperantis. Quid vitioſi et incontinentes? Ubi decreverunt ſe patrem ac matrem loco amaſii aut amaſiæ diligere velle, nequeunt hoc præſtare: ſi amicam aut adulatorem ſtatuerunt amare, illico etiam amant. At ſi idem eſſent judicium et affectus, o-

χρίσις, τὸ φιλεῖν ἔπεσθαι καὶ τὸ μισεῖν· νυνὶ δὲ συμβαίνει τἀναντία, ταῖς μὲν προηγουμένοις καὶ πάθεσι χρῆσθαι, ταῖς δὲ ἀπροαιρέτοις. Ἢ καὶ φασὶν αὐτοὶ τῶν πραγμάτων ἀλλοιαζομένων, καὶ πᾶσαν εἰς χρῆσιν πάθος, ἀλλὰ τὴν κινητικὴν ὁρμῆς βιαίας καὶ πλεοναζούσης· ὁμολογοῦντες ἕτερον εἶναι τὸ χρῆσιν καὶ τὸ πάθος ἐν ἡμῖν, ὥσπερ τὸ κινοῦν καὶ τὸ κινούμενον. Αὐτός τε Χρύσιππος ἐν πολλοῖς ὁριζόμενος τὴν καρτερίαν καὶ τὴν ἐγκράτειαν ἕξεις ἀκολουθητικὰς τῷ αἱρετῷ λόγῳ, δῆλός ἐστιν ὑπὸ τῶν πραγμάτων ὁμολογεῖν ἀναγκαζόμενος ὡς ἕτερόν ἐστι τὸ ἀκολουθοῦν ἐν ἡμῖν καὶ ᾧ D ἀκολουθεῖ πειθόμενον, ἢ πάλιν μάχῃ μὴ πειθόμενον.

ι. Ἴσα τοίνυν τὰ ἁμαρτήματα πάντα καὶ πάσας πεφυκέναι τὰς ἁμαρτίας, εἰ μὴ ἄλλῃ τῳ παρῆται τὸ ἀληθές, οὐκ ἔστι χωρὶς τοῦ παρόντι διελέγχειν· οἱ δὲ τοῖς πλείοσι φαίνονται κομιδῇ φορτικὴν τὴν ἐναργειαν

C. 6. τὸ κινοῦν καὶ τὸ κινούμενον.] Ita omnes libri. At Steph. et hinc ductæ tres Græco-Latinæ, vitiose ὥσπερ τὸ κινούμενον.

portuit decreto amandi aut odiendi ſtatim amorem aut odium comitari: nunc contrarium evenit, affectu quibuſdam judiciis obſequente, quibuſdam refragante. Hinc eſt quod ipſi rebus cogentibus pronuntiant, non omne judicium eſſe perturbationem, ſed id demum quod excitet appetitum violentum atque nimium: fatentes ſcilicet aliud eſſe in nobis quod judicat, aliud quod afficitur: ſicut aliud eſt quod movet, aliud quod movetur. Et ipſe Chryſippus multis locis definiens tolerantiam et continentiam habitus qui obſequantur rationi deligenti; prodit ſe rebus ipſis eo adactum fuiſſe, ut fateretur aliud in nobis eſſe id quod obſequitur, ab eo cui vel obſequitur dicto audiens, vel repugnat non parens.

X. Porro cum omnia peccata paria, omnia delicta æqualia faciunt, an etiam alias a veritate diſcrepent, arguere in præſentia non eſt tempeſtivum: certe in pleriſque videntur admodum contra evi-

ἐνιςάμθοι τῷ λόγῳ. Πᾶν μθὺ γὰρ πάθος ἁμαρτία κατ' αὐτός ἐςι, καὶ ὁ πᾶς λυπέμθος ἢ φοβέμθος ἢ ἐπιθυμῶν, ἁμαρτάνει. Μεγάλαι δὲ τῶν παθῶν διαφοραὶ καὶ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον ὁρῶνται. Τίς γὰρ ἂν φαίη τὸν Δόλωνος φόβον ἴσον εἶναι τῷ Αἴαντος, ἐντροπαλιζομένου καὶ βάδην ἀπιόντος ἐκ τῶν πολεμίων, ὀλίγον χρόνου γενὸς ἀμείβοντος; ἢ τὴν Πλάτωνος ὅτι Σωκράτει τελευτήσαντι λύπην, τὴν Ἀλεξάνδρου δὲ Κλεῖτον, ἑαυτὸν ἀνελεῖν ὁρμήσαντος; Ἐπιτείνονται γὰρ οὐ μετρίως καὶ τῷ θαυμαζομένῳ λόγον αἱ λύπαι· καὶ τὸ παρ' ἐλπίδα σύμπτωμα, τῷ κατὰ λόγον ὀδυνηρότερον· εἰ τερατδκῶν εὐημερούντα καὶ θαυμαζόμθον ὄψεθαι, πύθοιτο κατεγρεκλωμθόν, ὡς Φιλώταν Παρμθνίων. Θυμῷ δὲ τίς ἂν εἴποι τοὺς Ἀνάξαρχον ἴσῳ κεχρῆθαι Νικοκρέοντα καὶ πρὸς Φιλήμονα Μάγαν, ἀμφοτέρους λοιδορηθέντας ὑπ' αὐτοῦ; ὁ μθὺ γὰρ ὑπέρογις σωκρατῆς κατέπιωτε καὶ κατέκοπτεν

dentiam ratiocinari. Sunt enim ex ipſorum ſententia omnes perturbationes ſive affectus, peccata: et quicunque dolet, metuit, concupiſcit, is peccat. At vero magna ſunt affectuum, pro eo atque magis minuſve afficimur, diſcrimina. Quis enim dixerit metui Dolonis parem fuiſſe Ajacis metum, retro pedem referentis, et pedetentim ex hoſtibus recedentis, ſenſimque genu genui præponentis? Aut dolorem quem morte Socratis cepit Plato, ei quem Alexander, ubi propter Cliti necem manus ſibi ipſe inferre eſt aggreſſus? Intenduntur enim dolores non mediocriter eo quod nec opinantibus contingit: inſperatique caſus acerbiores iis ſunt, quos ſuſpicari aliquis eventuros potuit: verbi gratia, ſi quis eum, quem lætis rebus florentem ac in admiratione hominum viventem ſperabat ſe viſurum, excarnificatum eſſe audiat, ut Philotam Parmenio. Quis autem affirmet eadem ira in Philemonem a Maga, qua in Anaxarchum a Nicocreonte deſævitum fuiſſe, eadem quidem in cauſa, quod eſſent ab iis convicio proſciſſi? nam Anaxarchum

σκεῖνον· ὁ δὲ τῷ Φιλήμονι τὸν δήμιον σκέλβυσεν ὀπὶ τ τραχηλον ὀπιθεῖναι γυμνὶὼ τὴν μάχαιραν, εἶτα ἀφεῖναι. Διὸ καὶ νεῦρα τῆς ψυχῆς τὸν θυμὸν ὁ Πλάτων προσεῖπεν, ὡς ὀπιτεινόμθνόν τε παιρίᾳ καὶ παρότητι χαλώμενον. Ταῦτα τοίνυν καὶ τὰ τοιαῦτα διαχρεόμθνοι, τὰς ὀπιτάσεις τῶν παθῶν καὶ τὰς σφοδρότητας, ἃ φασι γίνεσθαι κῦ τὴν κρίσιν, ἐν ᾗ τὸ ἁμαρτητικὸν, ἀλλὰ τὰς λήξεις καὶ τὰς συστολὰς καὶ διαχύσεις εἶναι τὰς τὶ μᾶλλον ἢ τὸ ἧττον τῷ λόγῳ δεχομθνάς. Καίτοι ἢ περὶ τὰς κρίσεις φαίνον᾽ γινόμθνα διαφοραί· τὶω τε γὸ πενίαν οἱ μὲ ὃ κακὸν, οἱ δὲ ἢ μέγα κρίνεσι κακὸν, οἱ δὲ γε ἢ μέγιστον, ὥστε καὶ κῦ τ περιῶν καὶ κῦ τ θαλάττης ὠθεῖν ἑαυτύς· τὸν τε θάνατον οἱ μὲ ἀγαθῶν στερήσει μόνον, οἱ δὲ, καὶ τιμωρίαις αἰωνίοις ὑπὸ γῆν, καὶ κολασμοῖς φρικώδεσι, κακὸν εἶναι νομίζεσιν· ἥ τε τῦ σώματος ὑγεία

A. 2. λήξεις] δόξεις conjicit Camerarius, ut et Amiot. vertit. Forte verius corrigatur δόξας.

A. 3. τῷ λόγῳ δεχομένας] Mez. τῷ ἀλόγῳ δεχομένας.

piſtillis ferreis contudit Nicocreon; Magas Philemonis cervicibus nudum imponi a lictore gladium juſſit, deinde eum dimitti. Itaque iram Plato nervos animi cognominavit; qui et intenderentur acerbitate, et laxarentur manſuetudine. Hæc et alia id genus illi ut amoliantur, contentiones, et vehementiam affectuum negant fieri ſecundum judicium, quod errori ſit obnoxium: exitus, et contractiones, et diffuſiones aiunt eſſe, quæ ratione majores minoreſve fiant. Enimvero differentiæ judiciorum ſatis apparent. Paupertatem enim alii malum non eſſe cenſent, alii magnum: ſunt qui maximum, ut ejus evitandæ gratia de ſaxis et in mare ſe præcipitare homo debeat. Et mortem alii bonorum duntaxat amiſſione, quidam æternis porro infra terram pœnis, horrendiſque ſuppliciis malum eſſe arguunt. Bonam valetudinem corporis ſunt qui ut naturæ conveni-

τοῖς μὴ ὡς καλὰ φύσιν καὶ χρήσιμον ἀγαπᾶται, τοῖς
B δὲ πᾶσι ὄντων δοκεῖ μέγιστον ἀγαθόν, οὔτε γὰρ πλούτου
χάριν ἢ τεκέων, οὔτε τᾶς ἰσοδαίμονος ἀνθρώποις βασι-
ληίδες ἀρχᾶς, τελοῦντες δὲ καὶ τὰν Ἀρετὰν ἀνω-
φελῆ καὶ ἀνόητον ἡγοῦνται, τᾷ ὑγιαίνειν μὴ παρόντος·
ὥστε φαίνεσθαι καὶ περὶ τὰς κρίσεις αὐτὰς, τὰς μὲν
μᾶλλον, τὰς δὲ ἧττον ἁμαρτάνοντας. Ἀλλὰ οὐ τοῦτο
νῦν διελεγκτέον, ἐκεῖνο δὲ ἐκ τούτου λοιπόν, ὅτι συγ-
χωροῦσι καὶ αὐτοὶ τῆς κρίσεως ἕτερον εἶναι τὸ ἄλογον·
καθ' ὃ φασι γίνεσθαι τὸ πάθος σφοδρότερον καὶ μεῖ-
ζον, ἐρίζοντες περὶς τοὔνομα καὶ τὸ ῥῆμα, τὰ δὲ πρά-
γματα διδόντες τοῖς διαφέρειν τὸ παθητικὸν καὶ ἄλογον
C τᾶ λογιζομένου καὶ κρίνοντος ἀποφαινομένοις. Ἐν δὲ τοῖς
περὶ Ἀνομολογίας ὁ Χρύσιππος εἰπὼν ὅτι τυφλόν ἐστιν
ἡ ὀργή, καὶ πολλάκις μὲν οὐκ ἐᾷ ὁρᾶν τὰ ἐκφανῆ,
πολλάκις δὲ τοῖς καλαμβανομένοις ὑπαπατᾷ· μι-

B. 2. τᾶς ἰσοδαίμονος—ἀρχᾶς] Ita Ald. In Baſ. et Xyl. τᾶς in τὰς abiit. Steph. pejus etiam τᾶς—ἀρχάς. Locus ex Pæane Ariphronis ap. Athen. XVII. fin.

B. 7. διελεγκτέον] Sic B. Vulgo, διαλεκτέον.

entem utilemque rem amplectuntur: aliis omnium rerum optima videtur, utpote ſine qua nihil juvent divitiæ, nihil liberi, nihil regia, quæ diis (ut ille ait) æquat poteſtas, ad extremum ipſam quoque virtutem ea abſente inutilem eſſe pronunciant: ut appareat in judicando alios magis, alios minus peccare. Sed de hoc nunc non eſt locus diſſerendi. Hoc autem ſumendum eſt, ipſos etiam concedere aliud quam judicium eſſe brutum illud, quo affectus fiat vehementior ac major: ac dum de vocabulo litigant, rem ipſam dare iis qui affectibus obnoxiam ac rationis expertem partem differre affirmant a ratiocinante et judicante. Jam Chryſippus in iis quæ de Anomologia ſcripſit, poſtquam iram eſſe cæcam pronuntiavit, quæ ſæpenumero res conſpicuas videre non ſinat, ſæpe ea quæ jam apprehendimus ob-

χρὸν προελθών, " Τὰ δὲ ἐπιγινόμενα (φησὶ) πάθη, " ἐκκρούει τὰς λογισμὰς, καὶ τὰ ὡς ἑτέρως φαινόμενα, " βιαίως προωθοῦντα ἐπὶ τὰς ἐναντίας πράξεις" εἶτα ἐξῆται μάρτυρι τῷ Μενάνδρῳ, λέγοντι,

Οἵ μοι τάλας ἔγωγε, σὺ ποτε φρένες
Ἡμῶν ἐκεῖνοι ἦσαν ἐν τῷ σώματι
Τὸν χρόνον, οὐ ταῦτ' ἀλλ' ἐκεῖνα αἱρούμεθα. D

καὶ πάλιν ὁ Χρύσιππος προελθών, " Τῷ λογικῷ (φη- " σὶ) ζώῳ φύσιν ἔχοντος προηγεῖσθαι εἰς ἕκαστα τῷ λό- " γῳ, καὶ ὑπὸ τούτου κυβερνᾶσθαι, πολλάκις ὑπο- " φέρεσθαι αὐτὸν ἡμᾶς, ἄλλῃ βιαιοτέρᾳ φορᾷ χρωμέ- " νους" ὁμολογῶν τὸ συμβαῖνον ἐκ τοῦ προῆς τὸν λόγον τῷ πάθους διαφορᾶς. Ἐπεὶ καὶ γελοῖόν ἐστιν, ἢ φησι Πλάτων, αὐτόν τινα λέγειν αὐτῷ κρείττονα, καὶ πάλιν χείρονα· καὶ τὸ μὲν, κρατοῦντα ἑαυτοῦ, τὸν δὲ, μὴ κρα- τοῦντα.

ια'. Πῶς γὰρ οἷόν τε τὸν αὐτὸν αὑτοῦ κρείττονα εἶ) καὶ

D. 1. Τὸν χρόνον—αἱρούμεθα] Legendum ut Bentleius p. 93, et diu ante eum Meziriacus, correxit: Τὸν χρόνον· ὃτ' οὐ ταῦτ', ἀλλ' ἐκεῖν' ἠρούμεθα.

ſcuret: paulo poſt, *Oborti enim*, inquit, *affectus rationes explodunt, et ea quæ judicium ab iis diverſa ſtatuit, vique ad contrarias his actiones propellunt.* Deinde Menandri utitur teſtimonio, ſic loquentis:

Me miſerum: ubi mens mea in noſtro corpore
Fuit iſto tempore? non equidem hoc decreveram,
Sed ab hoc aliud longe diverſum.—

Progreſſuſque longius, *Ea*, inquit, *natura eſt animalis ratione præditi, ut in ſingulis rebus ratione uti, ab eaque gubernari poſſit: ſæpe tamen eam aſpernatur, alio motione violenta impellente:* nimirum fatens id quod fit ex diſſenſione affectus cum ratione. Etenim ridiculùm fuerit, quod Plato ait, unumquemque ſeipſo alias meliorem, alias deteriorem eſſe, et modo vincere ſeipſum, modo a ſeipſo vinci.

XI. Quomodo enim fieri hoc poteſt, niſi unuſquiſque duplex quodammodo ſit, et in

χείρονα; ἢ κρατεῖν ἅμα καὶ κρατεῖσθαι; μὴ τρόπον τινὰ
Ε δυεῖν πεφυκότος ἑκάστου, καὶ τὸ μὲν χεῖρον οἰκεῖον αὐτῷ, τὸ
δὲ βέλτιον ἔχοντος; οὕτω γὰρ ὁ μὲν τοῦ βελτίονος ὑπη-
κόῳ τῷ χείρονι χρώμενος, ἐγκρατὴς ἑαυτοῦ καὶ κρείτ-
των ἐστίν· ὁ δὲ τῷ ἀκολάστῳ καὶ ἀλόγῳ τῆς ψυχῆς
ἐπόμενον θεωρῶν καὶ ὑπηρετοῦν τὸ χεῖρον, ἥττων ἑαυ-
τοῦ καὶ ἀκρατὴς λέγεται, καὶ πρὸς φύσιν διακείμενος.
Φύσει γὰρ πεφυκὸς θεῖον ὄντα τὸν λογισμὸν, ἡγεῖσθαι
καὶ ἄρχειν τοῦ ἀλόγου, καὶ τὴν γένεσιν αὐτόθεν ἔχοντος ἐκ
τοῦ σώματος· ᾧ καὶ συνεξομοιοῦσθαι καὶ κοινωνεῖν παθῶν
Ε καὶ ἀναπίμπλασθαι πέφυκεν, ἐνδεδυκὸς ἄνωθεν καὶ κα-
ταμεμιγμένον, ὡς δηλοῦσιν αἱ ὁρμαὶ πρὸς τὰ σωματι-
κὰ καὶ κινήσεις, καὶ σφοδρότητας ἐν ταῖς τοῦ σώματος με-
ταβολαῖς καὶ ἀνέσεις λαμβάνουσαι. Διὸ νέοι μὲν καὶ
ὀξεῖς καὶ ἰταμοὶ πρός τε τὰς ὀρέξεις ἀφάπτουσι καὶ οἰστρώ-
δεις αἵματος πλήθει καὶ θερμότητι· τοῖς δὲ πρεσβυτέροις

E. 9. ᾧ ξ συνεξομοιοῦσθαι—ἐνδεδυκὸς—καταμεμιγμένον·] ᾧ pro vulgato ὃ recepi ex P. Pol. Schott. Anon. Mez. Tum vero corrigendum mox, ἐνδεδυκὸς —καταμεμιγμένος: ita reddidit Camerar.

ſeſe aliquid præſtantius, aliquid deterius habeat? ita enim ſui potens ac præſtantior ſeipſo erit, ſi deteriorem partem meliori habeat obedientem: qui vero intemperanti ac brutæ parti patitur obſequi et inſervire principem facultatem, is ſeipſo inferior; incontinens, et ſecus quam natura poſtulat affectus dicitur. Natura enim vult, ut ratio, quæ divina eſt, imperet brutæ parti quæ ex ipſo corpore ortum habet, ideoque in illud demerſa et contemperata ſimilis ejus ſit, corporeiſque referta affectibus. Demonſtrant hoc impetus concupiſcentiæ, qui pro modo corporis incitantur, ac ſecundum ejus mutationes vel concitatiores vel languidiores fiunt. Et hæc eſt cauſa quod adoleſcentum cupiditates ob copiam et calorem ſanguinis celeres, feroces, ardentes, atque rabidæ ſunt: ſenibus quia principium concupiſcentiæ cir-

ἡ περὶ τὸ ἧπαρ ἀρχὴ τῆς ἐπιθυμητικῆς καταβέβηκεν, ἢ γίνεται μικρὰ ἢ ἀσθενής· ἰσχύει δὲ μᾶλλον ὁ λόγος τῆς παθητικῆς τῷ σώματι συναπομαραινομένης. Τοῦτο δὲ ἀμέλει καὶ τὰς τῶν θηρίων ἤθοποιεῖ περὶς τὰ πάθη φύσις. Οὐ γὰρ ὀρθότητι δοξῶν, οὐδὲ φαυλότητι δήπου, τοῖς μὲν ἀλκαὶ καὶ ὁρμαὶ πρὸς τὰ φαινόμενα δεινὰ παρίστανται, τοῖς δὲ ἀμηχανοι πλοῖαι καὶ φόβοι τῆς ψυχῆς· ἀλλὰ αἱ περὶ τὸ αἷμα καὶ τὸ πνεῦμα καὶ τὸ σῶμα δυνάμεις τὰς τῶν παθῶν διαφορὰς ποιοῦσιν, ὥσπερ ἐκ ῥίζης, τῆς παθητικῆς τῆς σαρκὸς ἀναβλαστάνοντος καὶ συναναφέροντος τὴν ποιότητα καὶ τὴν κρίσιν. Τῷ δὲ ἀνθρώπῳ ταῖς μὲν παθητικαῖς ὁρμαῖς τὸ σῶμα συμπαθῶν καὶ συγκινούμενον ἐλέγχουσιν ὠχρότητες, ἐρυθήματα, τρόμοι, πηδήσεις καρδίας, διαχύσεις αὖ πάλιν ἐν ἐλπίσιν ἡδονῶν καὶ προσδοκίαις· ὅταν δὲ μὴ μετὰ πάθους ἀλλ' αὐτὸ καθ' αὑτὸ κινῆται τὸ διανοητικόν, ἡσυχίαν ἄγει τὸ σῶμα καὶ κατέστησεν, οὔτε κοινωνῶν, οὔτε μεῖον 45[illegible]

A. 7. κρίσιν] Legendum κρᾶσιν, cum Cameratio.

ca jecur reſtinctum eſt ac debilitatum, magis viget ratio, elangueſcente una cum corpore affectuum capace parte. Hoc ipſum ſcilicet eſt, quod brutorum animalium mores et affectus format. Non enim opinionum alia bonitate, alia pravitate robur et audaciam, vel contra metum trepidationemque ingentem ſortiuntur: ſed facultates ſanguinis, ſpiritus, et corporis, diſcrimina faciunt affectuum: quia pars eorum capax e carne tanquam radice enaſcens, qualitatem propenſionemque talem ſecum effert. Hominis autem impetibus ab affectu ortis etiam corpus una affici atque cieri, convincunt pallores, rubores, tremores, ſaltatio cordis, rurſumque diffuſio in expectatione voluptatum. At vero cum ipſa per ſe mens abſque ullo affectu movetur, tum corpus quieſcit ac conſiſtit placide: nihil commune nimirum

ἀπὸ τῆς ἐνεργείας τῆ φρονήσει, εἰ τῷ μαθηματικῷ συνεφάπλοιτο, μηδὲ συμπαραλαμβάνοι τὸ ἄλογον· ὥστε καὶ τούτῳ δύο ὄντα δηλοῦσθαι καὶ διαφέροντα ταῖς δυνάμεσιν ἀλλήλων.

ιβ'. Καθόλου δὲ τῶν ὄντων αὐτοί τε φασι καὶ δῆλόν ἐστιν, ὅτι τὰ μὲν ἔξει διοικεῖται, τὰ δὲ φύσει, τὰ δὲ ἀλόγῳ ψυχῇ, τὰ δὲ καὶ λόγον ἐχούσῃ καὶ διάνοιαν· ὧν ὁμοῦ τι πάντων ὁ ἄνθρωπος μετέχει, καὶ γέγονεν ἐν πάσαις c ταῖς εἰρημέναις διαφοραῖς· καὶ γὰρ ἕξει συνέχεται, καὶ φύσει τρέφεται, καὶ λόγῳ χρῆται καὶ διανοίᾳ. Μέτεστιν οὖν καὶ τῷ ἀλόγῳ, καὶ σύμφυτον ἔχει τινὰ τῷ πάθους ἀρχήν, οὐκ ἐπεισόδιον ἀλλὰ ἀναγκαίαν οὖσαν, οὐδὲ ἀναμφίλεκτον παντάπασιν, ἀλλὰ θεραπείας καὶ παιδαγωγίας δεομένην. Ὅθεν οὐ Θρᾴκιον οὐδὲ Λυκούργειον τῷ λόγῳ τὸ ἔργον ἐστὶ, συνεκκόπτειν καὶ συνδιαφθείρειν τὰ ὠφέλιμα τοῖς βλαβεροῖς τῷ πάθους, ἀλλὰ ἥπερ ὁ φυτάλμιος θεὸς καὶ ἡμερίδης, τὸ ἄχρειον κολοῦσαι, καὶ ἀφελεῖν

B. 5. εἰ τῷ μαθηματικῷ] Forte, εἰ μὴ τῷ παθητικῷ· ut Reiſk.

cum ea mentis actione habens: quæ ſi mathematicam conſiderationem ſuſcipit, non adſciſcit brutam partem ſibi. Quo ipſo oſtenditur duas animi partes eſſe, facultatibus differentes.

XII. In univerſum autem quidquid eſt, id conſtat, ac ne ipſi quidem negant, vel habitu aliquo gubernari, vel natura, vel bruta anima, vel rationem habente: quorum ſimul omnium particeps eſt homo, omnibuſque iſtis ſubjectus eſt differentiis; nam et habitu continetur, et natura nutritur, et ratione utitur. Itaque etiam brutum aliquid in ſe, et principium innatum habet perturbationum, non extrinſecus ſubiens, ſed neceſſarium: et quod non exſcindendum omnino ſit, ſed cultura atque diſciplina indigeat. Itaque non Thracico aut Lycurgeo modo agit ratio, ut affectuum utilia ſimul cum damnoſis exſcindat: ſed ut Phytalmius et Hemerides, (id eſt proſper frugum

τὴν ἀμετρίαν· εἶτα πλανᾶσθαι καὶ ἁμαρτάνειν καὶ ἀδικεῖσθαι τὸ χρή-
σιμον. Οὔτε γὰρ οἶνον, οἱ φοβούμενοι τὸ μεθύειν, ἐκχέ-
ουσιν, οὔτε πάθος, οἱ δεδιότες τὸ παραπτικόν, ἀναιροῦσιν,
ἀλλὰ κεραννύουσι. Καὶ γὰρ καὶ βοῶν καὶ ἵππων τὰ πη-
δήματα καὶ τοὺς ἀφιππασμοὺς οὐ ταῖς κινήσεις οὐδὲ ταῖς
ἐνεργείαις ἀφαιροῦσι· καὶ τοῖς πάθεσι δεδαμασμένοις χρῆ-
ται καὶ χειροήθεσιν ὁ λογισμός, οὐκ ἀνδρίσας οὐδὲ
ἐκτεμὼν παντάπασι τῆς ψυχῆς τὸ ὑπηρετικόν·

Ὑφ' ἅρμασι γὰρ ἵππος,

ὡς φησι Πίνδαρος,

Ἐν δ' ἀρότρῳ βοῦς. Κάπρῳ δὲ βωλείοντα φόνον,
Κύνα χρὴ πλάθυμον ἐξευρεῖν.

Ὧν πολὺ χρησιμώτερα τὰ τῶν παθῶν θρέμματα τῷ λο-
γισμῷ συμπαρόντα καὶ συνεπιτείνοντα ταῖς ἀρεταῖς· ὁ θυμὸς
τῇ ἀνδρείᾳ, μέτοχος ὤν· ἡ μισοπονηρία τῇ δικαιοσύνῃ· καὶ

D. 11. βωλείοντα] Sic Steph. nec diſſentiunt B. Venet. 3. In ceteris Ald. Baſ. Xyl. E. Venet. 1. 2. eſt βωλείοντι. Illud prætulerim. Conf. infra, p. 472. C.

atque de ſylveſtribus ſativa redigens deus,) tantum immoderatam auferat feritatem: ac deinde quod reliquum eſt circurare, et ad vitæ commoda convertere. Quo enim pacto ii qui ab ebrietate ſibi metuunt, non effundunt vinum, ſed diluunt: ita affectus non abolent qui perturbationes timent, ſed iis moderantur. Ita boum etiam, equorumque non motus, non opera, ſed petulantiores ſaltus frænique rejectionem auferunt: et affectibus ſubactis ac cicuribus utitur ratio, non plane enervans aut evellens ex animo partem miniſteriis ejus deſtinatam. Pindari eſt, *ſub curru equum, ad aratrum bovem prodeſſe: aprum autem qui velit venari, ei laboris tolerantem canem eſſe inveniendum.* Multo autem his utiliores ſunt affectuum fœtus, rationi præſto ubi ſunt, eique ad Virtutem enitenti opem ferunt. Sic moderata ira fortitudini adjumento eſt, odium in malos juſtitiæ, ac

ἡ νέμεσις ὑπὲ τὺς παρ' ἀξίαν εὐτυχῦνζας, ὅταν ἅμα ἀνοίᾳ ϗ ὕβρει φλεγόμθνοι τ ψυχλὺ ὑπερέσεως δέωνται. Φιλίας δὲ φιλοτοργίαν, ἢ φιλανθρωπίας ἔλεον, ἢ τὸ συγχαίρειν ϗ συναλγεῖν εὐνοίας ἀληθινῆς, οὐδὲ βελόμθνος ἄν τις ἀπαυάσφεν οὐδὲ ἀποτήξειεν. Εἰ δὲ οἱ τὸν ἔρω-
F τα τῇ ἐρωτομανίᾳ συνεκβάλλοντες ἁμαρτάνθσιν, οὐδὲ οἱ τὺ ὑπθυμίαν ἀφ' τὺ φιλαργυρίαν φέροντες καταρθῶσιν· ἀλλ' ὅμοιόν τι πεφύκθσι τοῖς τὸ πέχειν, διὰ τὸ πεφαντάσειν, ϗ τὸ βάλλειν ἀφ' τὸ ὑπερβάλλειν ἀναιρῶσι, ϗ πρὸς τὸ ᾄδειν τοπρῶπαν ἀφ' ὃ ἀπᾴδειν ἀπεχθῶς ἔχουσιν. Οἷον γὰ ἐν φθόγγοις μθσικὴ τὸ ἐμμελὲς οὐκ ἀναιρέσ βαρύτητος ϗ ὀξύτητος, σὶ δὲ σώμασιν ἰατρικὴ τὸ ὑγιεινὸν, ὐ φθρᾷ θερμότητος ϗ ψυχρότητος ἀλλὰ συμμετρίαις ϗ ποσότησι κεραθέντων ἀφῃρέζε), τοιῦ σὶ ψυχῇ τὸ ναιῶν, ἐγλενομθνης ὑπὸ λόγυ ζαῖς παθη-

F. 10. τὸ ναιῶν] Forte τὸ οἰκεῖον. Camerarius conjecit τὸ ἐθικόν. Venet. 1. a prima manu habet τὸν οἶκον.

juſta indignatio adverſus nullo ſuo merito rebus ſecundis elatos, quando hi dementia ſimul atque petulantia inflammatis animis coercitione opus habent. Jam ab amicitia naturalem ad diligendum propenſionem, ab humanitate miſericordiam, a vera benevolentia gaudere una atque dolere, ne ſi velis quidem, avellere ullo poſſis modo. Præterea ſi peccant qui una cum inſano amore omnem tollunt amorem; non recte agunt, qui propter avaritiam omnes etiam alias damnant appetitiones: ſed perinde agunt, ac ſi quis curendum, quod aliquando impingatur, aut jaciendum neget, quia nonnunquam a ſcopo aberretur, aut canendum, quod interdum inſcite canatur. Enimvero ſicut muſica in ſonis concentum non acutorum ac gravium vocum exſtirpatione, in corporibus medicina ſanitatem non internecione caloris aut frigoris, ſed proportione contemperationis quærunt atque conficiunt: ita in animo etiam rationi victoria paratur,

πικρῖς δυνάμεσι καὶ κινήσεσιν ἐπιτεταμένας καὶ μετεώρους. Οἰδοῦντι γὰρ ἔοικε καὶ φλεγμαίνοντι σώματι τὸ θερμαλγὲς καὶ θερμαρὲς καὶ θερμόφοβον τῆς ψυχῆς, οὐ τὸ χαίρειν, οὐδὲ τὸ λυπεῖσθαι, οὐδὲ τὸ φοβεῖσθαι· καὶ καλῶς Ὅμηρος, εἰπών,

Τῷ δ' ἀγαθῷ οὔτ' ἂρ τρέσσεται χρὼς, οὐδέ τι λίην
Ταρβεῖ,——

τὸ φόβον οὐκ ἀφεῖλεν, ἀλλὰ τὸ ἄγαν φόβον· ὅπως ἀνδρεία μὴ ἀπόνοια, καὶ θαρραλέότης μὴ θρασύτης γένηται. Διὸ καὶ περὶ τὰς ἡδονὰς, τὸ ἄγαν ἀφαιρετέον ἐπιθυμίαν, καὶ περὶ τὰς ἀμύνας, τὸ ἄγαν μισοπονηρίαν· οὕτω γὰρ ὁ μὴ ὀργὴν ἀνάλγητος, ἀλλὰ σώφρων· ὁ δὲ, δίκαιος, οὐκ ὠμὸς οὐδὲ πικρὸς ἔσται. Τῶν δὲ παθῶν πάντα πάσιν ἀναιρε- B θέντων, εἰ καὶ δυνατὸν ἐστιν, οὐ πολλοῖς ἀργότερος ὁ λόγος καὶ ἀμβλύτερος, ὥσπερ κυβερνήτης, πνεύματος ἐπιλιπόντος. Ταῦτα δὲ ἀμέλει καὶ οἱ νομοθέται σκοπιδόντες,

A. 2. περίφοβον] Sumſi ab Anon. T. V. Vulgo, περίλυπον.
B. 2. εἰ καὶ δυνατόν ἐστιν, ἐν πολλοῖς—] Legendum ac diſtinguendum, εἴ γε δυνατὸν, ἔσται ἐν πολλοῖς: ultimum item monuit Camerar.

cum ea perturbationibus modum mediocritatemque impoſuit. Animus enim nimio dolore aut gaudio correptus, ſimilis eſt corpori affluxu humoris alicujus ſupervacanei tumenti atque inflammato, non ipſum gaudium aut dolor. Et præclare Homerus his verbis,

Semper at eſt forti color idem: nec grave illum
Pertentat metus:—

non metum ademit, ſed nimium metum: ut fortitudo non in væcordiam, aut fiducia in temeritatem abeat. Sic etiam circa voluptatem nimiæ cupiditates, et in vindicandis flagitiis nimium in malos odium tollantur: et habebis temperantem, qui tamen non omnis ſenſus voluptatum ſit expers, juſtumque citra ſævitiam et acerbitatem. Adde, quod ſi omnino evelli ex animis affectus poſſint multorum, eorum ratio hebetior fieret atque otioſior: ſicut gubernator vento ceſſante non admodum habet quod agat. Atque hæc, ut apparet, obſervantes legum

ἐμβάλλουσιν εἰς τὰς πολιτείας καὶ φιλοτιμίαν καὶ ζῆλον πρὸς ἀλλήλους, πρὸς δὲ τοὺς πολεμίους καὶ σάλπιγξι καὶ αὐλοῖς ἐπεγείρουσι καὶ αὔξουσι τὸ θυμοειδὲς καὶ μάχιμον. Οὐ γὰρ μόνον ἐν ποιήμασιν, ἢ φησιν ὁ Πλάτων, τὸν τεχνίτην καὶ διακριβωμένον ὁ μεσόληπτος καὶ κατάσχετος ἀποδείκνυσι γελοῖον, ἀλλὰ καὶ περὶ τὰς μάχας τὸ παθητικὸν καὶ τὸ ἐνθουσιῶδες ἀνυπόστατόν ἐστι καὶ ἀήττητον· ὃ καὶ τοὺς θεοὺς Ὅμηρος ἐμποιεῖν φησι τοῖς ἀνθρώποις,

Ὡς εἰπὼν, ἔμπνευσε μένος μέγα ποιμένι λαῶν·

καὶ,

Οὐχ ὅγ' ἄνευθε θεοῦ τάδε μαίνεται·——

καθάπερ ὄρμημα τῷ λογισμῷ καὶ ὄχημα τὸ πάθος προσπλέκας. Αὐτός γε μὲν τούτους ὁρᾷν ἐστι, πολλάκις μὲν ἐπαίνοις τοὺς νέους παροξύνοντας, πολλάκις δὲ νουθεσίαις κολάζοντας· ὧν τῷ μὲν ἔπεται, τὸ ἥδεσθαι, τῷ δὲ τὸ λυπεῖσθαι· καὶ γὰρ ἡ νουθεσία καὶ ὁ ψόγος ἐμ-

conditores, in civitate ambitionem æmulationemque excitant, adverſus hoſtes autem tubis etiam ac tibiis inſtigant, augentque irarum ardores et pugnandi cupiditatem. Non enim in poëſi duntaxat, ſicut eſt apud Platonem, artifex et accuratiſſime formatus, ridiculus eſſe oſtenditur ab eo qui furit divino Muſarum inſtinctu impulſus: ſed in prœliis etiam animo concitati ac furore correpti ſubſiſti ſuperarique nequeunt: qualem inſtinctum Homerus ait a diis homini inſeri,

Sic ait, atque duci permagnas flamine vires
Inſeruit.—

et rurſum:

Non abſque inſtinctu furit hic ita numinis.—

nimirum quod Dii quaſi incitamentum et vehiculum quoddam rationi affectum apponant. Ipſos adeo illos, contra quos nobis eſt ſermo, videmus in eo eſſe, ut ſæpenumero et laudando adoleſcentes excitent atque propellant, et caſtigando coërceant quorum alterum delectatio, alterum dolor ſubſequitur: correctio enim et reprehenſio pœniten-

ποιεῖ μετάνοιαν ἢ αἰσχύνην, ὧν τὸ μὲν λύπη τῷ γένει, τὸ δὲ φόβος ἐστὶ· ἢ τύττις μάλιστα χρῶνται πρὸς τὰς ἐπανορθώσεις. Ἦ καὶ Διογένης, ἐπαινεθέντος Πλάτωνος, Τί δὲ ἐκεῖνος, εἶπεν, ἔχει σεμνὸν, ὃς τοσοῦτον χρόνον φιλοσοφῶν, οὐδένα λελύπηκεν; Οὐ γὰρ ὅπως τὰ μαθήματα φαίη τις ἂν, ὡς ἔλεγε Ξενοκράτης, λαβὰς εἶναι φιλοσοφίας, ὡς τὰ πάθη τῶν νέων, αἰσχύνην, ἐπιθυμίαν, μετάνοιαν, ἡδονὴν, λύπην, φιλοτιμίαν· ὧν ἐμμελῶς καὶ σωτήριον ἁφὴν ἀπόμνυσι ὁ λόγος καὶ ὁ νόμος, εἰς τοὐμπροσθεν ὁδὸν ἀνυσίμως καθίστησι τὸ νέον. Ὥστε μὴ κακῶς εἰπεῖν τὸν Λάκωνα παιδαγωγὸν, ὅτι ποιήσει τὴν παῖδα τοῖς καλοῖς ἥδεσθαι καὶ ἄχθεσθαι τοῖς αἰσχροῖς· οὗ μεῖζον ὄφελός ἐστιν οὐδὲ κάλλιον ἐπιφῆναι τέλος ἐλευθέρῳ πρόσκυσις παιδείας.

tiam pudoremque incutit: quorum prius dolorem, posterius metum genus habet: iisque maxime ad castigandum utuntur. Unde etiam Diogenes Platonem laudantibus quibusdam dixit: *Et quidnam ille habet tantopere prædicandum, qui tanto philosophatus tempore, neminem dolore affecit?* Non enim tam recte cum Xenocrate dixeris, mathematicas disciplinas esse ansas philosophiæ: quam hoc, affectus istos verecundiam, cupiditatem, pœnitentiam, voluptatem, dolorem, ansas esse adolescentium: quas salutari atque concinna opportunitate ratio et lex apprehendentes, eos cum profectu in rectam perducant viam. Ut non male professus fuerit Laco ille pædagogus, effecturum se, ut puer gaudeat honestis, ac molestè ferat turpia: quo liberalis institutionis fine neque major potest ullus, neque pulchrior nuncupari.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΕΡΙ

ΑΟΡΓΗΣΙΑΣ.

ΠΡΟΣΩΠΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ.

ΣΥΛΛΑΣ. ΦΟΥΝΔΑΝΟΣ.

PERSONÆ DIALOGI.

SYLLA. FUNDANUS.

F

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΕΡΙ

ΑΟΡΓΗΣΙΑΣ.

PLUTARCHI

DE

COHIBENDA IRA.

α'. ΣΥΛΛΑΣ. Καλῶς μοι δοκεῖσιν, ὦ Φυνδανε, ποιεῖν οἱ ζωγράφοι, ἀφ' ἡρόνυ τὰ ἔργα πρὶν ἢ συντελεῖν, ἐπισκοπεῖντες· ὅτι τῷ ὄμμα αὐτῶν ἀφιστάντες, τῇ πολλάκις κρίσει ποιῶσι χαρὶν, ἢ μᾶλλον ἀπομένην τῆς ἀκριβοῦς μικρὸν διαφορᾶς, ἣν ἀποκρύπτῃ τὸ συνε-

I. SYLLA. Recte mihi, Fundane, facere videntur pictores, qui opera ſua, priuſquam ea abſolvant, per intervalla temporis contemplantur: ita enim abducto ab iis pauliſper viſu, ſæpius judicium revocantes, etiam exigua diſcrimina obſervando attingunt, quæ continenti in-

χὲς ἡ τὸ σύνηθες. Ἐπεὶ τοίνυν οὐκ ἔστιν αὐτὸν αὑτῷ 453
ἀφ' ἡσόνος παρελθεῖν χωρὶς γενόμενον, καὶ ἀφαιρήσαντα
τῆς συνεχείας τὴν αἴσθησιν, ἀλλὰ τοῦτό ἐστι τὸ μά-
λιστα ποιῶν ἕκαστον αὑτῷ φαυλότερον κριτὴν ἢ ἑτέρων
δεύτερον ἂν εἴη τὸ τοὺς φίλους ἐφορᾶν ἀφ' ἡσόνος, καὶ
παρέχειν ὁμοίως ἐκείνοις ἑαυτὸν, οὐκ εἰ γέρων γέγονε
ταχὺ, καὶ τὸ σῶμα βέλτιον ἢ χεῖρον ἔσχηκεν, ἀλλὰ καὶ
τὸν τρόπον καὶ τὸ ἦθος ἐπισκοπεῖν, εἴ τι ἡσσον ὁ ἡσό-
νος παρεστέλκειν, ἢ τῶν φαύλων ἀφῄρηκεν. Ἐγὼ οὖν
ἐμαυτῷ μὲν ἀφιγμένος εἰς Ῥώμην δευτέρᾳ, σοὶ δέ
σοι μῆνα τοῦτον πέμπτον, τὸ μὲν ἐξ ὑπαρχόντων δὴ B
εὐφυΐαν ἀγαθῶν ἐπίδοσιν γεγονέναι τοσαύτην καὶ αὔξησιν,
οὐ πάνυ θαυμαστὸν ἡγοῦμαι· τὸ δὲ σφοδρὸν ἐκεῖνο καὶ
ἀφάτυφον πρὸς ὀργὴν ὁρῶντί μοι πρᾶον ἤπιον καὶ χει-
ρόηθες τῷ λογισμῷ γεγενημένον, ἐπέρχεται πρὸς τὸν θυ-
μὸν εἰπεῖν,

Ὦ πόποι ἦ μάλα δὴ μαλακώτερος—

spectione et consuetudine quotidiana occulterentur. Nobis autem quandoquidem non licet ut aliquandiu a nobis ipsi digrediamur, nostrive sentiendi faciamus aliquam intercapedinem; (quod ipsum efficit potissimum ut sui quisque pejor sit quam aliorum judex) proximum est, ut interdum amicos conveniamus, iisque nos præbeamus considerandos, non an celeriter consenuerimus, aut corpus melius pejusve sit affectum, sed an moribus nostris tempus boni aliquid addiderit, aut vitii ademerit. Ego itaque anno reversus Romam secundo, ac quintum hunc tecum degens mensem, felicitate naturæ tuæ reputata non admodum mirabile duxi tantum virtutum tuarum esse factum incrementum: sed mihi animadvertenti vehementiam illam tuam, et ad irascendum efferveſcentiam ita placatam, et rationi obedientem atque mansuetam redactam, subiit ad animum dicere:

Prob superi, vere quam multo mollior hic est!

αὕτη δ' ἡ μαλακότης οὐκ ἀργίαν, οὐδὲ ἔκλυσιν, ἀλλ' ὥσπερ ἡ κατειργασμένη γῆ λειότητα καὶ βάθος εὐεργὸν ἐπὶ τὰς ὁράξεις ἔχουσιν ἀντὶ τῆς φορᾶς ἐκείνης καὶ τῆς ὀξύτητος. Διὸ καὶ δῆλόν ἐστιν ὁ θυμὸς τινι δι' ἡλικίαν τὸ θυμοειδὲς, οὐδὲ αὐτομάτως ἐπομαραινόμενον, c ἀλλ' ὑπὸ λόγων τινῶν χρηστῶν θεραπευόμενον. Καίτοι, τὸ γὰρ ἀληθὲς εἰρήσεται πρὸς σὲ, ταῦτα ἡμῖν Ἔρως ὁ ἑταῖρος ἀπαγγέλλων, ὕποπτος ἦν, τὰ μὴ προσόντα, προσποιούμενα δὲ προσεῖναι τοῖς καλοῖς καὶ ἀγαθοῖς, δι' εὔνοιαν ἐπιμαρτυρεῖν· καὶ γὰρ, ὡς οἶδα, ἡδέως πιθανὸς ὢν τὶ πρὸς χάριν ὑφίεσθαι τῷ δεχομένῳ. Ἀλλὰ νῦν ἐκεῖνός τε τῶν ψευδομαρτυριῶν ἀφεῖται, καὶ σὺ, τῆς ὁδοιπορίας σχολὴν διδούσης, ὥσπερ ἰατρείαν τινὰ σαυτοῦ δίελθε ἡμῖν, ἢ χρησάμενος, ὅπως εὐλύτιον καὶ ἁπλῆν καὶ τῷ λόγῳ πρᾷον καὶ ἐπήκοον ἐποίησω τὸν θυμόν.

Φουνδανος. Εἶτα ὑ σκοπεῖς, ὦ πρόθυμότατε Σύλλα, μὴ καὶ αὐτὸς εὐνοίᾳ καὶ φιλίᾳ τῇ πρὸς ἡμᾶς παρ-

Atque hæc mollitudo non ignaviam, non diſſolutionem, ſed inſtar ſubactæ cultura terræ levitatem quandam et profunditatem ad agendum efficacem habet, loco priſtinæ illius incitationis ac celeritatis. Unde liquet, iracundiam non ob decedentem ætatis vigorem, neque fortuito elanguiſſe, ſed rationibus quibuſdam bonis procuratam fuiſſe. Sane, ut verum tibi dicam, cum Eros ſocius nobis hæc nunciaret, ſuſpicabar eum non quæ adeſſent, ſed quæ decerent præclaros homines, benevolentia adductum ſuo teſtimonio tibi tribuere: tametſi, ut noſti, alias perſuaderi ſibi nequaquam ſineret, ut in gratiam alicujus de ſententia ſua decederet. Nunc autem et illum crimine falſo dicti teſtimonii abſolvi: et tu, profectione otium præbente, expone nobis tuam quaſi medicam curationem, qua uſus animum ita probe frænatum, ſimplicem, rationique obtemperantem reddideris.

Fundanus. Cave, amiciſſime Sylla, ne ipſe quoque amore noſtri in aliqua rerum

ορᾷς π τῶν ἡμετέρων; Ἔρωτι μὲν γὰρ οὐδὲ αὐτῷ πολλάκις ἔχοντι χώραν ἐν τῇ Ὁμηρικῇ πείσῃ μένοντα D τὸν θυμὸν, ἀλλὰ τραχύτερον ὑπὸ μισοπονηρίας, ἐάν ὄξι σεμνοτέρους ἡμᾶς φανῆναι, καθάπερ ἐν ἁρμονιῶν μεταβολαῖς νῆταί τινες πρὸς ἑτέρας νήτας, τάξιν ὑπάτων λαμβάνουσι.

ΣΥΛΛΑΣ. Οὐδέτερα τούτων γέγονεν, ὦ Φουνδανέ· ποίει δὲ, ὡς λέγω, χαριζόμενος ἡμῖν.

Β'. ΦΟΥΝΔΑΝΟΣ. Καὶ μὴν ὧν γε μεμνήμεθα Μουσωνίου καλῶν, ἔν ὄξι, ὦ Σύλλα, τὸ, Δεῖν ἀεὶ θεραπευομένους βίον τοὺς σώζεσθαι μέλλοντας. Οὐ γὰρ ὡς ἐλλέβορον, οἶμαι, δεῖ θεραπεύσαντα συνεκφέρειν τῷ νοσήματι τὸν λόγον, ἀλλ' ἐμμένοντα τῇ ψυχῇ σωτήριον εἶναι τὰς κρίσεις καὶ φυλάττειν. Φάρμακοις γὰρ οὐκ ἔοικεν ἀλλὰ E σιτίοις ὑγιεινοῖς ἡ δύναμις αὐτῶν, μεθ' ὑγείας ἕξιν ἐμποιοῦσα χρηστὴν οἷς ἂν γένηται συμπλοκή· αἱ δὲ πρὸς ἀκμάζοντα τὰ πάθη καὶ οἰδοῦντα παραινέσεις καὶ νουθετήσεις,

noſtrarum allucineris. Eroti enim, cui ipſi quoque non raro animus ſuo loco non manet, neque Homericam illam ſervat obedientiam, ſed odio malorum aſperius effertur, par eſt nos manſuetiores fuiſſe viſos: quomodo in muſicis deſcriptionibus quædam de infimis fides aliarum reſpectu ſummæ habentur.

SYLLAS. Neutrum horum factum eſt, Fundane: ſed age, in gratiam noſtram fac quod petii.

II. FUNDANUS. Equidem præclare dictorum Muſonii, quæ memoria tenemus, unum hoc eſt Sylla, *Eos qui ſalvi eſſe velint, ita vivere debere ut perpetuo curentur.* Non enim, puto, ratio curationi morbi ita eſt adhibenda, ut veluti elleborus ſimul cum morbo ejiciatur: ſed animo percepta doctrina inhærere debet, judiciaque continere et cuſtodire. Quippe vis rationis non medicamenti eſt, ſed ſalubris alimenti ſimilis, quæ nobili indoli familiaris uſu facta probum inducit habitum. Cæterum admonitiones et caſtigationes, quæ vigentibus ani-

ῥολῇ μὴν ἀνύτουσι ϗ μόλις, οὐδενὶ δὲ τῶν ὀσφραντῶν ὠφελοῦσιν, ἃ τοὺς ὑπολιπομένους ἐγείροντα καταπίπτοντας, οὐκ ἀπαλλάττει τοῦ νοσήματος. Ὅμως δὲ τὰ μὲν ἄλλα ϗ παρ' ὃν ἀκμάζει καιρὸν, ἀμωσγέπως ὠφέλει, ϗ παρίσησι βοηθοῦντα λόγον ἔξωθεν εἰς τὴν ψυχήν· ὁ δὲ θυμὸς οὐχ, ἣν φησιν ὁ Μελάνθιος,

F. Τὰ δεινὰ πράσσειν τὰς φρένας μετοικίσας,

ἀλλ' ἐξοικίσας τελείως ϗ ἀποκλείσας, ὥσπερ οἱ συνεμπιπρῶντες ἑαυτοὺς ταῖς οἰκίαις, πάντα ταραχῆς ϗ καπνοῦ ϗ ψόφου μεστὰ ποιεῖ τὰ ἐντὸς, ὥστε μήτ' ἰδεῖν μήτ' ἀκοῦσαι τῶν ὠφελούντων. Διὸ μᾶλλον ἐν χειμῶνι ϗ πελάγει ναῦς ἔρημος ἀναλήψεται κυβερνήτην ἔξωθεν,
454 ἢ παρασδέξεται λόγον ἀλλότριον ἄνθρωπος ἐν θυμῷ ϗ ὀργῇ σαλεύων, ἂν μὴ παρεσκευασμένον ἔχῃ τὸν οἰκεῖον λογισμόν. Ἀλλ' ὥσπερ οἱ πολιορκίαν παρασδεχόμενοι συνάγουσι ϗ παρασκευάζονται τὰ χρήσιμα, τὰς ἔξωθεν ἐλπίδας ἀπεγνωκότες, ὕτω μάλιστα δεῖ τὰ πρὸς

mi turgentibuſque accommodantur motibus, ægre et vix efficiunt quicquam: nihilo utiliores odoratis rebus; quæ proſtratos comitiali morbo excitant quidem, non tamen morbo liberant. Quanquam aliæ quidem animi perturbationes etiam quo tempore vigent, utcunque concedunt, et admittunt rationem extrinſecus in animam opitulandi cauſa venientem: excandeſcentia non, ut ait Melanthius,

Migrare coacta ratione malas res agit:

ſed ejecta prorſus, et excluſa: et perinde ac qui ſe una cum domo incendunt, omnia quæ intus ſunt tumultus, fumi, et ſtrepitus plena facit: nihil ut eorum quæ conducunt videri audirive poſſit. Itaque facilius in tempeſtate et alto mari navis vacua aliunde gubernatorem recipiet, quam homo ira fervens atque fluctuans alienam admittat orationem, ſi ſuam intus rationem non habeat præparatam. Sed quemadmodum qui obſidionem exſpectant, deſperatis externis auxiliis intro neceſſaria congerunt atque apponunt: ita

τὸν θυμὸν βοηθήματα πόρρωθεν λαμβάνοντας ἐκ φιλοσοφίας, καταικομίζειν εἰς τὴν ψυχήν· ὡς, ὅταν ὁ τῆς χρείας ἀφίκηται καιρός, μὴ ῥᾳδίως παρεισάγειν δυσπαθοῦντες. Οὐδὲ γὰρ ἀκούει τῶν ἔξωθεν ἡ ψυχὴ μέχρι τοῦ θορύβου, ἂν μὴ καθάπερ κελεύσιν ἔνδοθεν ἔχῃ τὸν αὐτῆς λόγον ὀξέως δεχόμενον, καὶ σωιέντα τῶν προσπελλομένων ἕκαστον· ἀκούσασα δὲ, τῶν μὲν ἠρέμα καὶ πράως λεγομένων καταφρονεῖ, τοῖς δὲ τὰς ἐπιταττομένας τραχύτερον ἐρεθίζεται. Καὶ γὰρ ὑπόφαυλος καὶ αὐθάδης καὶ ὅλως ὑφ' ἑτέρου ὁ θυμὸς δυσκίνητος ὤν, ὥσπερ ὀχυρὰ τυραννὶς, ἐξ ἑαυτῆς ἔχειν ὀφείλει σώφρονα καὶ συγγενῆ τὸ κατάλυσον.

γ'. Ἡ μὲν οὖν συνέχεια τῆς ὀργῆς, καὶ τὸ προσκρούειν πολλάκις, ἕξιν ἐμποιεῖ πονηρὰν τῇ ψυχῇ, ἣν ὀργιλότητα καλοῦσιν, εἰς ἀκροχολίαν καὶ πικρίαν καὶ δυσκολίαν τελευτῶσαν, ὅταν ἐλκώδης καὶ μικρόλυπος ὁ θυμὸς γένηται καὶ φιλαίτιος ὑπὸ τῶν τυχόντων, ὡς σι-

maxime oportet quæ adverſus iram faciunt, eminus e philoſophia deſumta in animum comportare; quippe non facile facultas dabitur ea inferendi, cum eorum uſum tempus poſtulabit. Non enim audit ob tumultum tunc anima quæ foris ſunt, niſi intus ſuam rationem habeat quaſi moderatorem, quæ celeriter accipiat et intelligat ſingulas exhortationes: ac ſi audiat etiam, placide dicta contemnit: aſperius ſi quis inſtet, irritatur. Etenim animus ſuperbus, contumax, omnimoque ab alio difficulter ſe moveri ſinens, veluti munita tyrannis, neceſſe eſt ut in ſe habeat, domeſticumque ſit id, quo debet opprimi.

III. Proinde continentes iræ, et crebræ offenſæ, habitum animo ingenerant malum, qui iracundia dicitur, et in levitatem ſtomachandi, acerbitatem, moroſitatemque deſinit: quando exulceratus animus minimas ob res dolorem concipit, et quævis etiam vilia culpat, ab iis ferri inſtar

δηρὸν λεπτὸς καὶ ἀσθενὴς ἀναχαρασσόμενος· ἡ δὲ παρόχρημα τοῖς ὀργαῖς ἐνισταμένη καὶ πέζουσα κρίσις, οὐ τὸ παρὸν ἰᾶται μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ λοιπὸν εὔτονον ποιεῖ καὶ δυσπαθῆ τὴν ψυχήν. Ἐμοὶ γοῦν συνέβη δὶς ἢ τρὶς ἐπὶ τοῦτο ἐλθόντι πρὸς ὀργὴν, τὸ τῶν Θηβαίων παθεῖν, οἳ τοσοῦτον ὠσάμενοι Λακεδαιμονίους ἀπήλιτους εἶναι δοκοῦντας, ὕστερον ἡττήθησαν ὑπ' αὐτῶν μάχην. Φάσκημα δ' ἔχον ὡς κρατοῦν τὸν λογισμῶν· ἐώρων δὲ καὶ μόνον
D ψυχρὰν κατασκεδασαμένην λήγουσαν ὀργήν, ὡς Ἀριστότελης ἱστόρησεν, ἀλλὰ καὶ φόβῳ προσαχθέντος ἀποσβεννυμένην· καὶ νὴ Δία χαρᾶς ὑπογενομένης ἄφνω, κατ' Ὅμηρον, ἰάνθη καὶ διεχύθη πολλοῖς ὁ θυμός. Ὥστε μοι παρίσταλο, μὴ παντελῶς ἀδοίητον εἶναι τοῖς γε βουλομένοις τὸ πάθος. Οὐδὲ γὰρ ἀρχὰς ἔχει μεγάλας ἀεὶ καὶ ἰσχυράς, ἀλλὰ καὶ σκῶμμα καὶ παιγνιὰ, καὶ τὸ γελάσαι τινὰ καὶ τὸ διανεῦσαι, καὶ πολλὰ τοιαῦτα, πολλοὺς εἰς ὀργὴν κεκίνηκεν· ὥσπερ ἡ Ἑλένη τὴν ἀδελφιδῆν προσαγορεύσασα,

tenuis atque mollis lancinatus. At judicium illico iras inhibens atque reprimens, non in præsentia tantum medetur, sed in posterum quoque firmum facit animum et affectionum securum. Mihi quidem bis terve iram continenti id usu venit quod olim Thebanis: qui cum primum Lacedæmonios ante invictos creditos pepulissent, nullo unquam deinde ab iis victi sunt prœlio. Sic et ipse fiduciam animo concepi, posse iram ratione superari. Vidi autem non modo frigida affusa iram sedari, ut Aristoteles narravit, sed et metu oblato exstinctam, et subito etiam mehercle gaudio *delinitum*, ut est apud Homerum, multis pacatumque *animum*. Itaque in hanc veni sententiam, iis qui operam navare velint, iram non esse incurabilem. Nam ne initia quidem semper habet magna ac valida: cum et dicterium, et jocus, et risus, et nutus, et multa id genus alia multis iræ causa fuerint: ut Helena consobrinam suam compellans,

Παρθένε μακρὸν δὴ μῆκος Ἠλέκτρα χρόνου,

παρώξυνεν εἰπεῖν,

Ὀψέ γε φρονεῖς εὖ, τότε λιπὼν αἰχρῶς δόμους.

Καὶ τὸν Ἀλέξανδρον ὁ Καλλισθένης, εἰπών, ἢ μεγάλης κύλικος ἐπιφερομένης, Οὐ βούλομαι σὸν Ἀλεξάνδρου, Ἀσκληπιὸν δεῖσθαι.

Δ'. Καθάπερ οὖν τὴν φλόγα θριξὶ λαγώαις ἀναπολμύειν καὶ θρυαλλίσι καὶ συρφετῷ, ῥᾴδιόν ἐστιν ἐπισχεῖν· ἐὰν δ' ἐπιλάβηται τῶν ξυρεῶν ἢ βάθος ἐχόντων, ταχὺ διέφθειρε καὶ συνεῖλεν

Ὑψηλὸν ἡ βάσασα τεκτόνων πόνον,

ὡς φησιν Αἰσχύλος· οὕτως ὁ τῷ θυμῷ προσέχων, ἐν ἀρχῇ καὶ μικρὸν ἔκ τινος λαλιᾶς καὶ βωμολοχίας συρφετώδους ὁρῶν καπνιζομένην καὶ ἀναχαιόμενον, οὐ μεγάλης δεῖται προσχωματείας, ἀλλὰ πολλάκις αὐτῷ τῷ σιωπῆσαι καὶ καταμελῆσαι κατέπαυσε. Καὶ γὰρ τὸ πῦρ ὁ μὴ προσέχων ὕλην, ἔσβεσε, καὶ ὀργήν, ὁ μὴ θρέψας ἐν ἀρχῇ καὶ μὴ

E. 5. σὸν Ἀλεξάνδρου] Sic A. monuit et reddidit Xyl. Vulgo, σὸν, Ἀλέξανδρε.

Electra longo jane virgo tempore,

ita irritavit, ut ea reſponderet:

Sero ſapis, olim turpiter ædes deſerens.

et Alexandrum Calliſthenes, cum diceret magno circumlato calice, *Nolo poculo Alexandri hauſto Æſculapio opus habere.*

IV. Sicut ergo flammam pilis leporis, ellychnio, aut paleis accenſam facile eſt inhibere: ubi vero ſolidas ac craſſas res corripuit, celeriter abſumit

Sublime fabrorum ſe ſubjiciens opus,

ut ait Æſchylus: ita qui iram ab initio animadvertit, ſenſimque intelligit eam a ſermone aliquo aut promiſcua ſcurrilitate incenſam fumare, is non magno opus habet labore, ſed plerumque ipſo ſilentio et contemtu oppreſſit. Ut enim ignem exſtinguit qui materiam ei non ſuggerit: ita iram præcavet et arcet, qui eam initio

φυσήσας ἑαυτὸν, ἐφυλάξατο καὶ καθεῖλεν. Οὐκ ἤρεσκεν οὖν μοι, καίτοι ἄλλα χρήσιμα λέγων καὶ παραινῶν ὁ Ἱερώνυμος, ἐν οἷς ἔ φησι γενομένης ἀλλὰ γεγενημένης καὶ ἤδους αἴσθησιν ὀργῆς εἶ) ἀφὰ τὸ πάχος. Οὐθὲν γὰρ ἧττον τῶν παλῶν συλλεγόμενον καὶ ἀφακινούμενον ἔχει τὴν γένεσιν ἐμφανῆ καὶ τὴν αὔξησιν. Ὡς δὴ καὶ Ὅμηρος ἐμπείρως διδάσκει, λυπηθέντα μὲν εὐθὺς ἐξαίφνης ποιῶν τὸν Ἀχιλλέα, τῷ λόγῳ προσαπεσόντος, ἐν οἷς λέγει,

"Ως φάτο· τοῦ δ' ἄχος πρόφρων ἐπάλυξε μέλαινα·

θυμούμενον δὲ βραδέως τὸν Ἀγαμέμνονα, καὶ ἀφὰ λόγων πολλῶν ἐκκαιόμενον· ὃς εἴ τις ὑφεῖλεν αὐτῷ ἐν ἀρχῇ καὶ διεκώλυσεν, οὐκ ἂν ἔσχεν αὔξησιν ἡ ἀφροφὰ τηλικαύτην καὶ μέγεθος. Ὅθεν ὁ Σωκράτης ὁσάκις αἴσθοιτο κινουμένου τραχύτερον αὐτοῦ πρός τινα τῶν φίλων,

B Πρὸ πνεύματος ὥς τινα σωτῆρα ἔκρυεν γαλόμενος,

ἐπέδιδε τε τῇ φωνῇ, καὶ διεμείδια τῷ προσώπῳ, καὶ τὸ

A. 6. αὐτῷ] Sumfi a Voſſ. pro vulgato αὐτῶν.

non alit, neque ſeſe inflat. Quare tametſi multa alia utiliter dixerit atque docuerit Hieronymus, mihi tamen hoc ejus dictum non probatur, quod *iræ non naſcentis, ſed jam natæ atque exiſtentis, ait, ob celeritatem eſſe ſenſum.* Nam nulla animi perturbatio alia collecta et exagitata tam conſpicuum habet ortum atque incrementum. Atque hoc perite docuit Homerus, Achillem audito ſermone ſubito corripi dolore faciens:

Dixit: at hunc nubes circumdedit atra doloris:

lente autem iraſcentem Agamemnonem, ac multis verbis inflammatum: quæ ſi quis ab initio intercepiſſet, non in tantam magnitudinem excreviſſet jurgium. Itaque Socrates quoties ſentiret ſe vehementius commotum adverſus amicorum aliquem,

Ante ſtuctum ſubiens maritimum aliquod promontorium,

vocem remittere ſolebat, vultu renidere, et manſuetius obtu-

βλέμμα προσώπου παρῆχε, τῷ μέτριον ἐπὶ θάτερα ἢ πρὸς τἀναντίον ἀντικινεῖσθαι τῷ πάθει διαφυλάττων ἑαυτὸν ἀπαθῆ καὶ ἀκίνητον.

ε'. Ἔστι γάρ τις, ὦ ἑταῖρε, προφὴ καθάπερ τυραννὶς κατάλυσις τοῦ θυμοῦ, μὴ πείθεσθαι, μηδ' ἐπαγωγὴν προσιόντος αὐτῷ μέγα βοᾶν καὶ δεινὸν βλέπειν, καὶ κόπτειν ἑαυτὸν, ἀλλ' ἡσυχάζειν, καὶ μὴ συνεπιτείνειν, ὥσπερ νόσημα, ῥιπασμῷ καὶ διαδόσει τὸ πάλος. Αἱ μὲν γὰρ ἐρωτικαὶ προσῳδίαι, οἷον ὑπακωμάσαι καὶ ᾆσαι καὶ στεφανῶσαι θύραν, ἔχουσιν ἀμουσότητος καὶ ἀφορμὴν οὐκ ἄχαριν οὐδὲ ἄμουσον,

Ἐλθὼν δ' εἰσὶ δόμονδε, τίς ἢ τίνος, ἀλλ' ἐφίλησα
Τὴν φλιήν· εἰ τοῦτ' ἦν ἐγὼ καὶ ἀδίκημ' ἀδικῶ·

καί τι τοῖς πεπονθόσιν ἐφέσεως τοῦ ἀπολαῦσαι καὶ ἀποδύσασθαι, πολύ τι τῆς λύπης ἅμα τῷ δακρύῳ συνεξάγουσιν· ὁ δὲ θυμὸς ἀκριβίζεται μᾶλλον οἷς προφέρεται καὶ λέγουσιν οἱ ἐν αὐτῷ καθεζόμενοι. Ἀτρεμεῖν οὖν χρὴ τὸν

C. 4. Τὴν φλιήν] *Limen*: elegans et vera lectio Salmaſii, confirmatur a Moſc. 1. manus ſecundæ. Locus eſt ex Callimachi Epigr. XLIV. ubi vulgo eſt τὸν λάρνα.

eri: vergendo in diverſam partem, et contrarios perturbationi motus inſtituendo invictum ſe erectumque ſervans.

V. Eſt enim, amice, prima quædam excandeſcentiæ, tanquam tyranni, opprimendæ ratio, non parere, neque obtemperare ei jubenti vociferari, torvum tueri, cædere ſeipſum: ſed quieſcere, neque affectum, morbi in morem, intentiorem jactatione et clamore facere. Nam amatoriæ quidem actiones, ut comeſſatum ire, cantare, ſertis januam ornare, habent utcunque allevationem aliquam neque inelegantem neque rudem,

Nil clamans, quis vel cujus, veniam, oſcula amicæ
Fixi: ni licet hoc, flagitioſus egò:

et permiſſi in luctu fletus atque ejulatus, multum doloris una cum lachrymis educunt. Ira autem magis etiam accenditur iis quæ irati agunt ac dicunt. Ergo optimum eſt ut

ἢ φεύγειν καὶ ἀπαυρίσκειν καὶ καθορμίζειν ἑαυτὸν εἰς ἡσυχίαν, ὥσπερ ὀπιληψίας ἀρχομένης συναισθανομένους, ἵνα μὴ πέσωμεν μᾶλλον δὲ ὀπιπέσωμεν· ὀπιπίπτομεν δέ γε
D τοῖς φίλοις μάλιστά τι καὶ πλησίοις. Οὐ γὰρ πάντων ἐρῶμεν, οὐδὲ πᾶσι φθονοῦμεν, οὐδὲ πάντας φοβούμεθα. Θυμῷ δὲ ἄθικτον οὐδέν, ὑφ' ἀνεπιχείρητον· ἀλλ' ὀργιζόμεθα καὶ πολεμίοις καὶ φίλοις, καὶ τέκνοις καὶ γονεῦσι, καὶ θεοῖς τε καὶ Διΐ, καὶ ἐμψύχοις ἀψύχοις σκεύεσιν· ὡς ὁ Θάμυρις,

Ῥηγνὺς χρυσόδετον κέρας,
Ῥηγνὺς ἁρμονίαν χορδοτόνου λύρας·

καὶ ὁ Πάνδαρος, αὐτῷ καταρώμενος εἰ μὴ τὰ τόξα κατεαγήσεται

——— χερσὶ δαιδάσσας.

Ὁ δὲ Ξέρξης καὶ τῇ θαλάττῃ στίγματα καὶ πληγὰς ἐνέβαλλε, καὶ πρὸς τὸ ὄρος ἐξέπεμπεν ὀπιστολάς, "Ἄθω δαιμόνιε
E "ὑβριστὰ μηχανήσομαι, μὴ ποιεῖν ἐμοῖς ἔργοις λίθους μεγάλους καὶ

C. 11. ἐπιπίπτομεν δέ γε τοῖς φίλοις μάλιστά τι] Sic D. Vulgo ἐπιπίπτομεν δὲ τοῖς φίλοις μάλιστά γε. Steph. mendose ἐπιπίπτομεν : et hinc tres Gr. Latinæ. Omnes alii libri ἐπιπίπτομεν.

placide nos contineamus, aut fugiamus, occultemuſve nos, et in quietem tanquam portum confugiamus, ubi iræ quaſi morbi comitialis acceſſionem præſenſimus, ne cadamus, aut in alios potius incidamus. Incidimus autem potiſſimum et ſæpiſſime in amicos. Non enim omnes amamus, non omnibus invidemus, non omnes metuimus. Soli iræ nihil intactum, nihil inacceſſum eſt: iraſcimur et beſtiis, et amicis, liberis, parentibus, atque adeo etiam diis, beſtiis, anima carentibus, inſtrumentis, ut Thamyris,

Auro illigatum cornu rumpens,
Rumpens harmoniam tendiſidis lyræ.

et Pandarus ſeſe exſecrans, niſi arcum combureret

Confractum manibus—

Xerxes autem et mari ſtigmata ac verbera ingeſſit, et ad montem epiſtolam, miſit: *Atho divine, cælum tangens vertice, noli meis operibus lapides*

"δυσκατεργάστως· εἰ δὲ μὴ, τεμῶν ῥίψω σεαυτὸν εἰς "τὴν θάλατταν." Πολλὰ γὰρ ἔστι τῶν θυμῶν φοβερά, πολλὰ δὲ καὶ γελοῖα· διὸ καὶ μισεῖται καὶ καταφρονεῖται μάλιστα τῶν παθῶν. Ἀμφότερα δὲ ἰσχέφθαι χρήσιμον.

ς'. Ἐγὼ γοῦν, εἰ μὴ ὀρθῶς οἶδα, ταύτην δὴ τὴν ἰατρείας ἀρχὴν ποιησάμενος, ὥσπερ οἱ Λάκωνες ἐν τοῖς εἵλωσι τὸ μεθύειν οἷόν ἐστι, κατεμάνθανον τὴν ὀργὴν οἵα ἐστίν. Καὶ πρῶτον μὲν, ἣν φησιν Ἱπποκράτης χαλεπωτάτην εἶναι νόσον, οἵα ἡ τῶν νοσούντων ἀνομοιοτάτον αὐτῷ γίνεται τὸ πρόσωπον· ὅταν ὁρῶν ὑπ' ὀργῆς οὕτω F
ἰταμὴν μάλιστα καὶ μεταβάλλουσαν ὄψιν, ἡχὴν, βάδισμα, φωνὴν, οἷον εἰκόνα τῶν πάθων ἀπεματτόμην ἐμαυτῷ, πάνυ δυσχεραίνων εἰ φοβερὸς οὕτω καὶ πρόσκεχυμένως ὁρῶμαι ποτὲ τοῖς φίλοις καὶ τῇ γυναικὶ, καὶ τοῖς θυγατρίοις, οὐ μόνον ἰδεῖν ἄχαρις καὶ ἀσυνήθης, ἀλλὰ καὶ φωνὴν ἀπλῶν καὶ τραχεῖαν ἀφιείς· ὥσπερ ἐτέ-

F. 7. ὥσπερ ἐτέρους] Forte, ὥσπερ ἑνούς.

facere magnos et intractabiles: alioqui te excisum in mare deturbabo. Sunt enim iræ multa terribilia, multa ridicula; itaque nullus animi motus perinde et in odio est et contemnitur. Expedit autem ambo isthæc considerari.

VI. Ego itaque, nescio an recte, medicinæ adversus id malum hoc initium cepi, ut in aliis, quomodo Lacones in heilotibus ebrietatem, observarem iram, qualisnam ea res esset. Ac principio, sicut Hippocrates eum morbum periculosissimum ait esse, in quo ægrotantis facies sui dissimillima fiat: ita sentiens iratos maxime mutare faciem, colorem, incessum, vocem, veluti imaginem quandam ejus affectionis animo mihi conformavi, admodum indignam rem existimans, si ita terribilis et abalienatus aliquando conspicerer ab amicis et uxore et filiabus, non visu modo ferus et insolens, sed et vocem edens immanem atque asperam: si-

ϱοις τ̃ συνήθων ἀνετύγχανον, ὀδὲ ἤθος, οὐ μορφὴν, οὐ λόγου χάριν, οὐ τὸ πιθανὸν καὶ ϖϱοσωϊὲς ἐν ὁμιλίᾳ
456 δυναμένοις ὑπ' ὀργῆς διαφυλάττειν. Γαΐῳ μὲν οὖν Γϱάκχῳ τῷ ῥήτορι, καὶ τὸν τϱόπον ὄντι χαλεπῷ, καὶ πεϱιπαθέστεϱον λέγοντι, διηϱμοσμένον ἦν συρίγγιον, ᾧ τὴν φωνὴν οἱ ἁϱμονικοὶ χοϱδὴν ἐπ' ἀμφότεϱα διὰ τῶν τόνων ἄγουσι· καὶ τοῦτο ἔχων οἰκέτης αὐτῷ λέγοντος ὄπιθεν ἑστὼς, ἐνέδιδου τόνον ὑπιέναι καὶ ϖϱᾴον, ᾧ τὴν κϱαυγὴν ἀνεκαλεῖτο, καὶ τὸ τϱαχὺ καὶ τὸ θυμοειδὲς ἀφῄϱει τῆς φωνῆς, ὥσπεϱ ὁ τῶν βυκόλων

—— κηϱόπλαστος ὀπὴ Δόναξ ἀχέτας ὑπωδὸν ἠμοιβάδα νόμον,

ὑπηχοῦντες καὶ κατηϱέμιζον τὴν ὀϱγὴν τοῦ ῥήτοϱος. Ἐμοὶ δὲ εἴπεϱ ἐμμελὴς καὶ κομψὸς ἀκόλουθος ἦν, οὐκ ἂν ἠνϱθϱίμην αὐτῷ ϖϱοσφέϱοντος ὑπὸ ταῖς ὀϱγαῖς ἔσοπτϱον, ὥσ-
B πεϱ σὐνίοις ϖϱοσφέϱουσι λυσαμένοις ἐπ' ὠδὴν χϱησίμῳ· ὃ δὲ αὐτὸν ἰδεῖν ϖϱὸς φύσιν ἔχοντα καὶ σωτεταϱαγμένον,

A. 4. σχολὴν] Forte σχολῇ· vel σχίδην ut C. Canter. Nov. Lect. III. 25.
A. 9. κηρόπλαστος—νόμον] Diſtinxi a Plutarcheis, verſus Æſchyli Prom. 575.

cut ipſe in quoſdam familiarium incidiſſem, qui præ ira neque mores, neque formam, neque ſermonis elegantiam, neque in colloquio comitatem, ſervare poterant. Caio quidem Graccho oratori, qui et moribus eſſet auſterioribus, et in dicendo vehementior, fiſtula fuit concinnata, quali Muſici vocem paulatim in utramque partem per tonos deducunt: hanc eo orante ſervus tenens a tergo adſtabat, tonumque lenem ſuggerebat, itaque herum a vociferatione revocabat, aſperitatemque et iracundiam vocis auferebat: ita is iram dicentis demulcebat atque ſedabat,

Ut paſtoralis cera juncta fiſtula,
Quando ſoporifero ſomitu ciet modos.

At mihi ſi quis elegans et ac curatus comitetur famulus, ægre non tulerim ſi mihi iraſcenti ſpeculum offerret, ſicut nonnullis, ubi laverint, nulla utilitate exhibetur. Etenim videre ſeipſum contra naturam affecto et conturbato vultu,

ὐ μακρόν ἐστιν εἰς διαβολὴν τῦ πάθους. Καὶ γὰρ ἡ Ἀθηνᾶν λέγουσιν οἱ παίζοντες αὐλῆσαι, ἐπὶ τῦ σατύρου πηλεῖσθαι, καὶ μὴ προσέχειν,

Οὔ τοι πρέπει τὸ σχῆμα· τοὺς αὐλοὺς μέθες,
Καὶ δ' ὅπλα λάζυ, καὶ γνάθους εὐχημόνει·

θεασαμένην δὲ τῦ προσώπου τὴν ὄψιν ἐν ποταμῷ τινι, διαχεῖσθαι καὶ προέσθαι τοὺς αὐλούς· κεῖται δ' ἐμμένειν ἡ τέχνη τὴν ἀμορφίας ἔχει τὴν εὐμέλειαν. Καὶ ὁ Μαρσύας, ὡς ἔοικε, φορβείᾳ τινὶ καὶ προεσμένοις βίᾳ τῦ πνεύματος τὸ ῥαγδαῖον ἐγκαθεῖρξε, καὶ τῦ προσώπου κατεκόσμησε καὶ ἀπέκρυψε τὴν ἀνωμαλίαν·

Χρυσῷ δ' αἰγλήεντι συήρμοσεν ἀμφιδασείας
Κάρφας, καὶ τόμα λάβρον ὀπισθοδέτοισιν ἱμᾶσιν.

Ἡ δὲ ὀργὴ, φυσῶσα καὶ διατείνουσα τὸ πρόσωπον ἀπρεπῶς, ἔπι μᾶλλον αἰσχρὰν ἀφῆκε καὶ ἀτερπῆ φωνὴν,

Κινοῦσα χορδὰς τὰς ἀκινήτους φρενῶν.

Τὴν μὴν γὰρ θάλασσαν, ὅταν ἐκταραχθεῖσα τοῖς πνεύμασι τὰ βρύα καὶ τὸ φῦκος ἀναβάλλῃ, καθαίρεσ-

non parum facit ad damnandam iram. Jocus fertur, Minervam cum fiſtula caneret, Satyro his verbis caſtiganti,

Non te decet forma iſthæc, pone fiſtulas,
Et arma capeſſe, componens recte genas,

non obtemperaſſe: cum autem in flumine faciem ſuam eſſet contuita, indignatam fuiſſe, ac miſſas feciſſe fiſtulas: quanquam ars deformitatem cantus ſuavitate hic quidem compenſabat. Et Marſyas, ut aiunt, capiſtro quodam atque orificio violentiam flatus intercepit, ac faciei inæqualitatem occultavit atque compoſuit:

Aurum tunc ſplendens malis circumdedit birtis,
Os patulum loris ſtrinxit retroque Egetis.

Ira vero fœdè inflans atque intendens faciem, etiam turpiorem et ingratam vocem emittit,

Mentis fides movens immotas antea.

Mare quidem purgari tradunt, quando ventis exagitatum muſcum algamque ejicit.

φαὶ λέγουσιν· ἃ δὲ ὁ θυμὸς ἀκθεσίαν τ ψυχῆς θερ-
D πεπομένης ἀχόλαστα καὶ σικρὰ καὶ ἀσερμαλόγα ῥήμα-
τα, τὰς λέγοντας πρώτους καταβρυπαίνει, καὶ καταπίμ-
πλησιν ἀδοξίας· ὡς ἀεὶ μὲν ἔχοντας ἐν αὐτοῖς ζῶντα
καὶ πλήρεις ὄντας, ὑπὸ δὲ τῆς ὀργῆς ἀναχαλυπτομένους.
Διὸ κρατίστου πράγματος, ὡς φησιν ὁ Πλάτων, λό-
γου, βαρυτάτην ζημίαν τίνουσιν, ἐχθροὶ καὶ κακολόγοι
καὶ κακόηθες δοκοῦντες εἶναι.

Ζ. Ταῦτα οὖν ὁρῶντι μοι καὶ παρατηροῦντι, συμ-
βαίνει πάσχειν καὶ διαμνημονεύειν ὑπισχνοῦμαι πρὸς ἐμαυτὸν,
ὡς ἀγαθὸν μὲν ἐστιν ἐν πυρετῷ, κρεῖττον δὲ ἐν ὀργῇ, τὴν
γλῶτταν ἁπαλὴν ἔχειν καὶ λείαν. Ἡ μὲν γὰρ τῶν
E πυρετιόντων, ἐὰν μὴ κατὰ φύσιν ἔχῃ, σημεῖόν ἐστι πονηρὸν,
οὐκ αἴτιον· ἡ δὲ τῶν θυμουμένων, τραχεῖα καὶ ῥωγάδης
γενομένη, καὶ ῥεῖσα πρὸς λόγους ἀτόπους, ἔχθρας ἀπη-
κόου δημιουργὸν ὕβριν ἐκφέρει, καὶ δυσμενείας ἐπιβούλου
κατήγορον. Οὐδὲν γὰρ ὁ ἄκρατος ἀκόλαστον οὕτω καὶ
δυσχερὲς, ὡς ὁ θυμὸς, ἀναδείκνυσι· καίτοι ἐκεῖνα μὲν γέλωτα

Quæ vero excandeſcentia animo conturbato evomit impudica, amara, et futilia verba, ea primum dicentes conſpurcant, infamiaque obruunt; quod ſemper eorum pleni, tum per iram detegere videntur. Itaque irati, ſermonis, quod apud Platonem eſt, rei leviſſimæ, graviſſimas dant pœnas, inimici, maledici, et maligni crediti eſſe.

VII. Hæc mihi videnti et obſervanti uſu venit nimirum ut mecum ſic cogitarem, et memoriæ mandarem, Bonum eſſe in febri, melius autem in ira, linguam habere teneram, atque lævem. Nam febricitantium lingua ſi non ſit naturæ convenienter affecta, ſignum eſt malum, non cauſa: at iratorum lingua exaſperata et inquinata, cum in abſurda dicta erumpit, inimicitiæ implacabilis effectricem injuriam effert, et malevolentiæ occultæ delatricem. Vinum ſane nihil æque intemperans et inviſum, ut ira edit: et a vino

καὶ παιδιᾷ μέλει, ταῦτα δὲ χολῇ κέκραται· καὶ ὥσπερ πότον μὲν ὁ σιωπῶν, ἐπαχθὴς τοῖς συνοῦσι καὶ φορτικός· οὕτω ὀργὴ δὲ σεμνότερον οὐδὲν ἡσυχίας· ὡς ἡ Σαπφὼ παραινεῖ, Σκιδναμένης οὕτω σήψασιν ὀργῆς πεφυλάχθαι γλῶσσαν μαψυλακταν.

η'. Οὐ ταῦτα δὲ μόνον ὑπιλαμβάνεσθαι δίδωσι τὸ προσ- E
έχειν αὑτοῖς ἀλισκομένοις ὑπ' ὀργῆς, ἀλλὰ καὶ τὴν ἄλλην τοῦ θυμοῦ κατανοεῖν φύσιν, ὡς οὔτε εὐγενὴς οὐδὲ ἀνδρώδης οὐδὲ ἔχουσα φρόνημα καὶ μέγεθος ἔστιν, ἀλλὰ δειλοῖς τοῖς πολλοῖς τὸ ταραχτικὸν αὐτῆς, θραχτικόν, καὶ τὸ ἀπειλητικόν, εὐθαρσοῦς τινος, καὶ τὸ ἀπειλές, ἰσχυρόν· ἔνιοι δὲ καὶ τὴν ὠμότητα μεγαλουργίαν, καὶ τὸ δυσπαραίτητον εὐτονίαν, καὶ μισοπονηρίαν τὸ δύσκολον, οὐκ ὀρθῶς τιθέντες· τὰ γὰρ ἔργα καὶ τὰ κινήματα καὶ τὰ σχήματα μικρότητα πολλὴν καὶ ἀσθένειαν κατηγορεῖ· ὃ μόνον ἐν 457

E. 9. ὡς ἡ Σαπφὼ παραινεῖ, Σκιδναμένης] Ita Xylander edidit ex vetere codice ſcripto: quocum conſentit codex item bonus et antiquus D. Vulgo, οὕτως οὐκ ἄμφω παραινεῖν δυναμένης—.

F. 2. αὐτοῖς] Sic D. Colleg. Nov. et Xyl. vertit. Vulgo, ἀεὶ τοῖς.

quæ veniunt, riſui et joco debentur, hæc felle mixta ſunt. Atque inter pocula qui tacet, moleſtus eſt compotoribus atque inſolens: in ira nihil magis decet quam quies, ut Sappho præcipit:

Ira cum pectus rapida occupavit,
Futiles linguæ jubeo cavere
Vana latratas jaculantis.—

VIII. Non hæc duntaxat monent ut ira capti noſmet attendamus, ſed et reliquam iræ naturam perſpiciendam proponunt, ſcilicet non eſſe eam ingenuam, non virilem, neque a magni elatione animi proficiſci. Videntur quidem pleriſque ejus tumultus efficacitatem, comminationes audaciam, contumacia vim habere; ſicut et crudelitatem nonnulli magnificentiæ, implacabilitatem conſtantiæ, moroſitatem odii malorum, nomine falſo afficiunt. Sed facta, motus, formæ iratorum magnam puſillanimitatem imbecillitatemque declarant: non tum mo-

εἰς παιδάρια ἀπαράτλουσι, καὶ πρὸς γύναια διαπαραίνονται, καὶ κύνας καὶ ἵππους καὶ ἡμιόνους οἴονται δεῖν χολάζειν, ὡς Κτησιφῶν ὁ παγκρατιαστὴς ἀντιλακτίσαι τὴν ἡμίονον ἀξιῶν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰς τυραννικὰς μιαιφονίας τῷ παιρῷ τὸ μικρόψυχον αὐτῶν, καὶ τῷ δρῶντι τὸ πεπονθὸς ἐπορώμενον, ἔοικε τοῖς δήγμασι τῶν ἑρπετῶν, ὅταν ἄμαχοι καὶ θερμότατα γένηται, τὴν φλεγμονὴν ἀφορεδομένων σφόδρα τοῖς λελυπηκόσιν. Ὡς γὰρ οἴδημα μεγάλης ὀδύνης ἐν σαρκὶ πληγῆς πάθος, ὕπως ἐν ταῖς μαλακωτάταις ψυχαῖς ἡ ὀργὴ τὸ λυπῆσαι ἔνδοσις ἐχ-
B φέρει μείζονα θυμὸν ἀπὸ μείζονος ἀσθενείας. Διὸ καὶ γυναῖκες ἀνδρῶν ὀργιλώτεραι, καὶ νοσοῦντες ὑγιαινόντων, καὶ γέροντες ἀκμαζόντων, καὶ κακῶς πράττοντες εὐτυχούντων· ὀργιλώτατος δὲ ὁ φιλάργυρος πρὸς τὸν οἰκονόμον, ὁ γαστρίμαργος πρὸς τὸν ὀψοποιὸν, ὁ ζηλότυπος πρὸς τὸ γύναιον, ὁ κενόδοξος κακῶς ἀκούσας· χαλεπώτατοι δὲ, ἅγαν φιλοτιμίαν μνώμενοι ἐν πόλεσιν ἄνδρες ἢ φάσιν, ἄλγος

do, cum pueros laniant, acerbe cum mulieribus expoſtulant, caneſque, equos, et mulos putant puniendos, ut Cteſipho pancratiaſta mulam calce referiendam ſibi exiſtimans: ſed et in tyrannorum ſceleratis homicidiis in ſævitia animi humilitas, et in actionibus perpeſſiones eorum conſpectæ, morſus ſerpentum referunt, quæ inflammationis et doloris impatientia æſtum in ea, a quibus læſa ſunt, emittunt. Sicut enim tumor naſcitur in carne a magno ictu: ſic in molliſſimis animis ad lædendum facta inclinatio majorem excandeſcentiam a majore profert imbecillitate. Itaque et mulieres magis iracundæ ſunt quam viri, et ægroti quam ſani, et ſenes juvenibus, rebus adverſis utentes proſperam habentibus fortunam: maxime iraſcitur avarus diſpenſatori, gulæ deditus coquo, zelotypus uxori, ambitioſus male dicenti, omnium moroſiſſimi ſunt qui honores in civitatibus petunt, aut factionem, *dolorem*, ut ait Pinda-

ἐμφανὲς, καὶ Πίνδαρος· ὅτως ὀργῇ μάλιστα ὁ ψυχῆς ἡγεμὼν ἀνίσταται μάλιστα δ' ἀσθένειαν ὁ θυμὸς, ἀλλὰ νεῦρις, ὡς τις εἶπε, τῆς ψυχῆς ἐοικὼς, ἀλλὰ βλεπτόμασι καὶ σπάσμασιν ἐν ταῖς ἀμυντικαῖς ὁρμαῖς σφοδρότερον ἐξημιγμένης. C

Θ'. Τὰ μὲν οὖν φαῦλα παραδείγματα, τιμῆς ὄντα οὐκ εὐχαρι, ἀλλ' ἀναγκαίαν μόνον ἔχει· τὰς δ' ἁπίους καὶ λείους ὁμιλοῦντας ὀργαῖς, κάλλιστα μὲν ἀκούσματα, κάλλιστα δὲ θεάματα ποιούμενον, ἄρχομαι καταφέρειν τῶν λεγόντων,

Ἄνδρα τ' ἐδίκησας, ἄνδρ' ἀνικτίον τόδε·

καὶ,

——βαῖνε λαξ
Ἐπὶ τραχήλου, βαῖνε καὶ σφῶν χθονὶ,

καὶ τἆλλα παραξωπικά, δι' ὧν ἔνιοι τὸν θυμὸν ἐκ τῆς D γυναικωνίτιδος εἰς τὸν ἀνδρωνῖτιν οὐκ εὖ μετοικίζουσιν. Ἡ μὲν ἀνδρία καὶ τἆλλα τῇ δικαιοσύνῃ συμφερομένη,

C. 9. ἄνδρ' ἀνικτίον τόδε·] Ita dixerunt, re ipſa jubente: forte etiam corrigendum, ἀνικτίτου, cum Mez. Vulgo, ἀνδρ' ἀνικτίον· Τὸ δὲ—.

rus, *manifeſtum*. Itaque ergo maxime paſſo aliquid et dolore affecto animo, ob ejus imbecillitatem exſurgit ira, non, quod quidam dixit, nervis animi ſimilis, ſed intentionibus et convulſionibus in ulciſcendis cupiditatibus vehementius ſe efferentis.

IX. Vitioſa porro exempla conſiderationem habebant non jucundam, ſed neceſſariam duntaxat: at eorum qui placide et leniter ſe geſſerunt adverſus iram, pulcherrimas voces, pulcherrima facta ad contemplandum proponens, ſperno eos qui dicunt,

Virum læſiſti, ſunt tolerandæ iſthæc viro:

et,

Pedibus premi cervicem, atque allidi ſolo:

aliaque id genus ad irritandum facientia, quibus uſi nonnulli iram e muliebri conclavi perperam in virile traduxerunt. Enimvero fortitudo aliis in rebus optime cum juſ-

πρὸς μόνης μοι δοκεῖ διαμάχεσθαι τῆς πρακτότητος, ὡς αὐτῇ μᾶλλον προσηκούσης. Ἀνθρώπων μὲν γὰρ κρατῆσαι, καὶ χείρωσι βελτιόνων, ὑπῆρξε· τὸ δ' ἐν ψυχῇ γῆσαι καὶ θυμῷ τρόπαιον (ᾧ χαλεπὸν εἶ) διαμάχεσθαι, φησὶν Ἡράκλειτος, ὅ, τι γὰρ ἂν θέλῃς, ψυχῆς ὠνεῖται) μεγάλης ἐστὶ καὶ νικητικῆς ἰσχύος, ὥσπερ νεῦρα καὶ τόνους ἀληθῶς ἐπὶ τὰ πάθη τὰς κρίσεις ἐχούσης. Διὸ καὶ σπουδάζειν ἀεὶ πειρῶμαι καὶ ἀναγινώσκειν οὐ ταῦτα δὴ μόνον τὰ τῶν φιλοσόφων, οὕς φασι χολὴν οὐκ ἔχειν οἱ πολλοὶ ἔχοντες, ἀλλὰ μᾶλλον τὰ τῶν βασιλέων καὶ τυράννων. Οἷον Ἀντιγόνου τὸ πρὸς τοὺς γραπτώσας, ὅτι τοὺς πρὸ τοῦ σκηνοῦ λοιδορουμένους αὐτὸν ὡς οὐκ ἀκούοντα, τῷ βακτηρίαν ὑποβαλὼν ἔξω, Παπαῖ, εἶπεν, οὐ πορρωτέρω σοι πεπόμφαμεν χαλῶς ἐρεῖτε ἡμᾶς; Ἀρκαδίωνος δὲ τοῦ Ἀχαιοῦ τὸν Φίλιππον ἀεὶ καλῶς λέγοντος, καὶ φεύγειν παραινοῦντος

Εἰσόκε τὸν ἀφίκηται ὃς οὐκ ἴσασι Φίλιππον·

titia congruens, de ſola videtur mihi certare manſuetudine, eamque ſibi vindicare. Etenim imperium in homines, etiam deterioribus in meliores obtigit: at in animo tropæum de ira ſtatuere (cui pugnare difficile eſſe, Heraclitus dixit; quod quidquid concupiſcit, id anima pro pretio data emit) magnæ eſt victriciſque potentiæ, quæ, veluti nervis ac tendinibus, motus animi rectis judiciis dirigat. Quamobrem ſemper conor colligere et legere non philoſophorum tantum iſta facta, quos recte ſentientes felle carere dicunt: ſed magis ea, quæ regum ſunt et tyrannorum. Quale eſt illud Antigoni, qui militibus ipſi prope ſuum tabernaculum tanquam non audienti maledicentibus, exſerto ſcipione, *Papæ*, inquit, *non longius hinc digreſſi nobis obloquemini?* Arcadio Achivus Philippum nunquam non inſectabatur verbis, aliiſque ſolebat dicere, fuge hinc,

Donec ad eos veniat qui non noverit Philippum:

εἰτά πως ὁ Μακεδονία φανέντος, ᾠήντο δεῖν οἱ φίλοι κολάσαι καὶ μὴ παρεῖδεῖν· ὁ δὲ Φίλιππος ἐντυχὼν αὐτῷ φιλανθρώπως, καὶ ξένια καὶ δῶρα πέμψας, ἐκέλευσεν ὕστερον παιδάνεσθαι τίνας λόγους ἀπαγγέλλοι παρὰ τοὺς Ἕλληνας· ὡς δὲ πάντες ἐμαρτύρουν, ἐπαινέτην αὐτοῦ γενέσθαι τὸν ἄνδρα θαυμάσιον, Ἐγὼ τοίνυν, ἔφη, βελτίων ἰατρὸς ὑμῶν. Ἐν Ὀλυμπίοις δὲ βλασφημίας παρ' αὐτοῦ γενομένης, καὶ τινων λεγόντων, ὡς οἰμώξαι παρασκευάσει τοὺς Ἕλληνας, ὅτι εὖ πάσχοντες ὑπὸ τοῦ Φιλίππου κακῶς αὐτὸν λέγουσι, Τί οὖν, ἔφη, ποιήσουσιν ἂν κακῶς πάσχωσι; Καλὰ δὲ καὶ Πεισιστράτου τὰ πρὸς Θρασύβουλον, καὶ Πορσίνα τὰ πρὸς Μούκιον, καὶ Μάγα τὰ πρὸς Φιλήμονα· δημοσίᾳ γὰρ ὑπ' αὐτοῦ κωμῳδηθεὶς ὑπ' ἀνάτου, 458

Παρὰ τοῦ βασιλέως γράμματα ἥκει σοι Μάγα.
Μάγα κακόδαιμον γράμματα οὐκ ἐπίστασαι·

λαβὼν ὑπὸ χειμῶνος εἰς Παραιτόνιον ἐξενεχθέντα, πρωτίστῃ μὲν ἐκέλευσε γυμνῇ τῇ μαχαίρᾳ θίγειν τοῦ

hunc aliquando in Macedonia conſpectum cum amici non omittendum, ſed ſupplicio afficiendum dicerent, Philippus humane compellatum donis muneribuſque hoſpitalibus affecit: juſſit deinde inquirere, quos de ſe ille apud Græcos ſpargeret ſermones: omnibuſque teſtantibus mirabilem eum Philippi laudatorem factum, *Ego itaque*, inquit, *melior vobis ſum medicus*. Idem cum in feſtivitate Olympica dictum in ſe eſſet aliquid, et eſſent, qui Græcos debere infortunium habere cenſerent, quod a Philippo beneficiis acceptis male ei dicerent, *Quid ergo*, ait, *facient, ſi male ipſis fecero?* Præclare etiam Piſiſtratus ſe erga Thraſybulum, et Porſena adverſus Mucium geſſit. Magas a Philemone publice in theatro comica ſcurrilitate exagitatus his verbis erat:

A rege litteræ veniunt tibi Maga.
Infortunate litteras neſcis Maga.

hunc Philemonem Magas tempeſtate ad Parætonium ejectum cum cepiſſet, militi man-

πραχήλιν μόνον, εἶτα κοσμίως ἀπελθεῖν· ἀπεργάλιος δὲ ὁ σφαγεὺς ὡς παιδαρίῳ νοῦν οὐκ ἔχοντι ῥοπὸν ἐπέμψας ἀφῆκε. Πτολεμαῖος δὲ γραμματικὸν εἰς ἀμαθίαν ὑπισκώπτων, ἠρώτησε, Τίς ὁ τοῦ Πηλέως πατὴρ ἦν· καὶ ἐκεῖ-
B νος, Ἂν σὺ πρότερον εἴπῃς, ἔφη, τίς ὁ τοῦ Λάγου· τὸ δὲ σκῶμμα τῆς δυσγενείας ἥψατο τοῦ βασιλέως, καὶ πάντες ἠγανάκτησαν ὡς οὐκ ὑποτιθέμενον ὄντα φέρειν· καὶ ὁ Πτολεμαῖος, Εἰ μὴ τὸ φέρειν, ἔφη, σκωπτόμενον, οὐδὲ τὸ σκώπτειν βασιλικόν ἐστιν. Ἀλέξανδρος δὲ πικρότερον αὖ γέγονεν ἐν τοῖς περὶ Καλλισθένην καὶ Κλεῖτον· ἢ καὶ Πῶρος ἁλοὺς, παρεκάλει χρήσασθαι βασιλικῶς αὐτῷ· καὶ πυθομένου μή τι πλέον, Ἐν τῷ βασιλικῶς, ἔφη, πάντα ἔνεστι. Διὸ καὶ τῶν θεῶν τὸν βασιλέα μειλίχιον, Ἀθηναῖοι δὲ μαιμάκτην, οἶμαι, καλοῦσι· τὸ δὲ
C κολαστικὸν, ἐρινυώδες καὶ δαιμονικὸν, οὐ θεῖον δὲ οὐδὲ ὀλύμπιον.

davit ut ejus cervicem nudo gladio tantum attingeret, ac comiter discederet: misit deinde pilam ei ac talos ut puerulo mentis inopi, ac dimisit. Ptolemæus grammaticum ob inscitiam subsannans, interrogabat, *Quis Pelei fuisset pater:* respondit ille, *Tu prius dic, quis Lagi fuerit pater:* id dicterium obscuritatem generis regi exprobrabat, videbaturque indignantibus omnibus non esse impune ferendum: at Ptolemæus: *Si non regium est*, inquit, *falsè in se dicta ferre; ne fosse dicta quidem in alium jacere, regium est.* Alexander in Callisthenem et Clitum fuit sævior: itaque et Porus captus, petiit ut ab ipso tractaretur *regaliter:* et interrogatus an præterea aliquid peteret, in *regali* tractatione omnia inesse respondit. Itaque etiam deorum regem Meilichium, (quasi mitem et blandum,) Athenienses Mæmacten, puto, vocant: at supplicia exigendi vim, non divinam, non cœlestem, sed furiosam ac dæmonicam nominant.

ι'. Ὥσπερ οὖν ὅτι μὲν Φιλίππου τις εἶπε καθαιρήσαντος Ὄλυνθον, Ἀλλ' οὐκ ἂν οἰκίσαι γε πόλιν ἐκεῖνος δύναιτο τηλικαύτην· οὕτως ὀργὴν εἰπεῖν πρὸς τὸν θυμόν, Ἀνατρέψαι μὲν δύνασαι, καὶ διαφθεῖραι καὶ καταβαλεῖν, ἀναστῆσαι δὲ καὶ σῶσαι, καὶ φείσασθαι καὶ καρτερῆσαι, πρᾴότητός ἐστι καὶ συγκράσεως καὶ μετριοπαθείας, καὶ Καμίλλου καὶ Μετέλλου καὶ Ἀριστείδου, καὶ Σωκράτους· τὸ δ' ἐμφῦναι καὶ δακεῖν, μυρμηκῶδες καὶ μυῶδες. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πρὸς ἄμυναν ἅμα σκοπῶν, τὸν δι' ὀργῆς τρόπον ἀπροσκεπτον εὑρίσκω πολλὰ, δήγμασι χειλῶν D καὶ τρίσεσιν ὀδόντων καὶ κεναῖς ὀπισθορμαῖς καὶ βλασφημίαις ἀπειλὰς ἀνοήτους ἐχούσαις καταγελασόμενον, εἶτα ὥσπερ οἱ τοῖς δρόμοις τὰ παιδία, πρὶν μὴ κρατεῖν ἑαυτῶν, προκαταπίπτοντα τῷ τέλει ἐφ' ὃ σπεύδει γελοίως. Ὅθεν ὁ φαύλως ὁ Ῥόδιος πρὸς ὑπηρέτην τῶν Ῥωμαίων φρατηγῷ βοῶντα καὶ θρασυνόμενον, Οὐ μέλει

D. 5. ἐφ' ᾧ] Sumſi a Voſſ. Moſc. 1. monuerat et Reiſk. Vulgo ἐφ' ᾧ.

X. Quo igitur modo de Philippo, cum is Olynthum excidiſſet, quidam dixit, *At certe tantam is urbem condere non poſſet:* ita etiam iræ dicere liceat, Evertere potes, perdere, dejicere: at erigere, ſervare, parcere, tolerare, manſuetudinis eſt, indulgentiæ, moderationis, et Camilli opus, Metelli, Ariſtidis, Socratis: inhærere autem et mordere, formicarum eſt et muſcarum. Verum enimvero re probe conſiderata, eam quæ ab ira dependet ulciſcendi ſui rationem invenio plerumque ineffi-cacem, ut quæ fere in morſum labiorum, frendendum dentibus, vanas incurſiones, maledicta ſtultas habentia minas inſumatur, ac deinde ridicule ante quam ad finem ad quem feſtinabat perveniatur, ultro concidentem: ſicut pueris in curſu ob virium exilitatem uſu venit. Itaque non inepte Rhodius ille ad lictorem prætoris Romani clamantem et ferocientem, *Non curo*, inquit,

μοι τί σὺ λέγεις, ἀλλὰ τί τλῶς στγῇ. Καὶ τὸν Νεοπτόλεμον ὁ Σοφοκλῆς καὶ τὸν Εὐρύπυλον ὁπλίσας, ἐκόμπασ' ἀλοιδόρητα, φησὶν, ἐρρηξάτλω, ἐς κύκλα χαλκέων ὅπλων. Τὸν μὲν γὰρ σίδηρον ἔνιοι τῶν βαρβάρων φαρμάττουσιν, ἡ δ' ἀνδρία χολῆς ἐδέιται· βέβαπται γὰρ ἐκεῖ τῷ λόγῳ· τὸ δὲ θυμικὸν καὶ μανικὸν, εὐπαρείθραυστόν ἐστι καὶ σαθρόν. Ἀφαιρεῖσι γοῦν αὐλοῖς τὸν θυμὸν οἱ Λακεδαιμόνιοι τῶν μαχομένων, καὶ Μούσαις πρὸ πολέμου θύουσιν, ἵνα ὁ λόγος ἐμμένῃ· καὶ τεφλάμενοι τὰς πολεμίους, οὐ διώκουσιν, ἀλλ' ἀναχαλῶνται τὸν θυμὸν, ὥσπερ τὰ σύμμετρα τῶν ἐγχειριδίων εὐμαχόμενον ὄντα καὶ ῥᾴδιον. Ὀργὴ δὲ μυρίους προανεῖλε τῆς ἀμύνης, ὡς Κῦρον καὶ Πελοπίδαν τὸν Θηβαῖον. Ἀγαθοκλῆς δὲ πρέσβεις ἔφερε λοιδορούμενος ὑπὸ τῶν πολιορκουμένων· καί τινος εἰπόντος, Κεραμεῦ, πόθεν ἀποδώσῃς τοῖς ξένοις τὸν μισθόν; Ὀργιλάσας, Αἴκε Σφύταν ἕλω. Καὶ τὸν Ἀντί-

D. 9. ἐκόμπασ'—ὅπλων] Nil præbent remedii codices. Salmaſius corrigebat—Ἐκόμπασ' ἀλοιδόρητ' ἐμμεξάτω—Ἐς κύκλα χαλκοῦν ὅπλων.

tu quid clames, ſed iſte quid taceat: et Sophocles Neoptolemum Eurypylumque armans, ait eos *ſine conviciis ſeſe jactaſſe.* Ferrum quidem nonnulli barbarorum veneno inficiunt, at fortitudini bile nihil opus eſt, rationem pro tinctura habenti: furioſi autem impetus iræ, putridi ſunt ac facile retunduntur. Itaque Lacedæmonii tibiarum cantu pugnantium animos iracundia ſolvunt, et ante pugnam Muſis ſacrificant, ut ratio ſibi conſtet: hoſteſque fuſos non perſequuntur, ſed revocant animum, inſtar pugionis modici facilem receptu. Ira innumeros peremit ante quam ſeſe ulciſcerentur: de quibus eſt etiam Cyrus, et Pelopidas Thebanus. Agathocles vero ab obſeſſis convicio impetitus, æquo animo tulit: et quodam dicente, *Figule, unde mercenariis perſolves ſtipendia?* reſpondit, *Ubi hanc urbem ce-*

γρνον ἀπὸ δ' τέχνης τινὲς εἰς ἀμορφίαν ἔσκωπτον· ὁ δὲ πρὸς αὐτούς, Καί μὴν ἐδόκουν εὐπρόσωπος εἶ· λαβὼν δὲ τὴν πόλιν, ὅπως ἔφασκε τοὺς σκώπτοντας, μαρτυρόμενος ὅτι πρὸς τοὺς δεσπότας ἔξει τὸν λόγον, ἂν πάλιν αὐτὸν λοιδορῶσιν. Ὁρῶ δὲ καὶ κυνηγοὺς σφαλλομένους ὑπ' ὀργῆς μεγάλα, καὶ ῥήτορας. Ἀριστοτέλης δὲ ἱστορεῖ Σατύρῳ τοὺς φίλους ἐμφράξαι τὰ ὦτα κηρῷ δίκην ἔχοντος, ὅπως μὴ συλλέγῃ τὸ πρᾶγμα ἀπὸ θυμοῦ, μετὰ τῶν ἐχθρῶν λοιδορούμενος. Αὐτοὺς δὲ ἡμᾶς ὁ πολλάκις ἐκφεύγει τὸ κολάσαι πλημμελήσαντα δοῦλον; ἀποδιδράσκουσι γὰρ τὰς ἀπειλὰς καὶ τοὺς λόγους δείσαντες. Ὅπερ οὖν αἱ τίτθαι πρὸς τὰ παιδία λέγουσι, Μὴ κλαῖε, κἂν λήψῃ· τοῦτο πρὸς τὸν θυμὸν οὐκ ἀχρήστως λεκτέον, Μὴ σπεῦδε, μηδὲ βόα, μηδὲ ἐπείγου, κἂν μᾶλλον ἃ θέλεις γένηται καὶ βέλτιον. Καὶ γὰρ παῖδα πατὴρ ἰδὼν ἐπιχειροῦντά τι σιδηρίῳ διελεῖν ἢ τεμεῖν, αὐτὸς λαβὼν τὸ σιδήριον ἐποίησε· καὶ δ' θυμῷ τ' τιμωρίαν παρελόμενος, αὐτὸς

pero. Antigonus quoque de muro quibuſdam ei deformitatem exprobrantibus, *Atqui*, inquit, *videbar mihi facie eſſe honeſta:* capta deinde urbe, irriſores iſtos vendidit, proteſtatus ſi denuo conviciarentur, apud dominos ipſorum ſe acturum. Video autem et venatores et oratores per iram graviter lapſos. Ariſtoteles ait, Satyro amicos cauſam in judicio dicturo aures cera obturaſſe, ne, inimicorum irritatus maledictis, ob animi fervorem a propoſito dilaberetur. Quid? nonne nobis ipſis ſæpe evenit ut ſervus delinquens non det pœnas? aufugiunt enim minarum et verborum ob metum. Quod ergo nutrices pueris dicunt, Si non plores, accipies: id non incommode animo efferveſcenti dicemus, Noli feſtinare, non clama, non urge, eo magis et rectius fiet quod volebas. Etenim puerum pater videns aliquid ferro conantem dividere aut ſcindere, ipſe ferro accepto id facit: et iræ vindictam aliquis adimens, ipſe tuto et ſine

B ἀσφαλῶς καὶ ἀδιαβόλως καὶ ὠφελίμως ἐκόλασε τὸ ἄξιον, οὐχ ἑαυτὸν, ὥσπερ ὁ θυμὸς ἀντ' ἐκείνου πολλάκις.

ια'. Πάντων δὲ τῶν παθῶν ἐθισμῷ δεομένων, οὗτον δαμάζοντος καὶ καταθλοῦντος ἀσκήσει τὸ ἄλογον καὶ δυπειθὲς, οὐ πρὸς ἄλλο μᾶλλον ἐστὶν ἐγγυμνάσασθαι τοῖς οἰκέταις ἢ πρὸς τὸν θυμόν. Οὔτε γὰρ φθόνος, οὔτε φόβος, οὔτε φιλοπιμία τις ἐγγίνεται πρὸς αὐτούς· ὀργαὶ δὲ συνεχεῖς πολλὰ ποιοῦσι πρόσκρουσματα καὶ σφάλματα, ἀφ' ἧς ἐξουσίαν, ὥσπερ ἐν ὀλισθηρῷ χωρίῳ, μηδενὸς ἐνισταμένου μηδὲ κωλύοντος, ἐπιφέρουσι. Οὐ γὰρ ἔστιν ἀναμάρτητον ἐν πάθει τὸ ἀνυπεύθυνον καταλεῖν,
C μὴ πολλῇ τινὶ ἐξουσίαν ἐμπεδιαβόντα πρότητι, μηδὲ πολλὰς ἐπομένας φωνὰς γυναικὸς, καὶ φίλων ἐγκελευόντων ἀτονίαν καὶ ῥᾳθυμίαν. Οἷς μάλιστα παροξυνόμενος καὶ αὐτὸς ἔπαθε τοὺς οἰκέτας, ὡς τῷ μὴ κολά-

B. 2. ἢ συνεχεῖς] Ita Xyl. Moſc. 2. Colleg. Nov. Ceteri, ἢ ἐν συνεχεῖς.
C. 1. πολλῇ] Sumſi ex Voſſ. Mex. Monuit et Reiſk. Vulgo, πολλὴν.

damno atque utiliter ſupplicium digno intulit, non ſibi ipſi, ut ira ſæpenumero facit.

XI. Jam cum omnes affectus aſſuefactionem deſiderent, qua bruta et contumax animi facultas dometur, rationique ſubjiciatur, erga ſervos nullus alius exercitationem præbet affectus perinde atque ira. Non enim invidemus ſervis, non metuimus eos, neque contentionem de honore cum iis ſuſcipimus: iræ, et quidem continentes oboriuntur, et multis delictis atque offenſis cauſam præbent nos in poteſtate, tanquam lubrico loco, conſtitutos, ideoque, obſtantem aut prohibente neminem habentes, labefactant. Non enim libertas nulli cognitioni aut pœnæ ſubjecta abſtineri a peccando poteſt, niſi quis magna eam muniat manſuetudine, multaſque poſſit perferre voces mulieris et amicorum mollitiem et ſocordiam vitio dantium: quibus ego etiam vocibus maxime irritatus adverſum ſervos fui, tanquam impunitate deterio-

ζεσθαι ἀμαθεσμένους. Ὀψὲ μέντοι σωφρόνων ὄντων τὸ μὴ χαλεπαίνειν τοῖς ἀκουσίως ἁμαρτάνουσιν ἀνεξικακίᾳ χρῆσθαι πρὸς βέλτιον ἔστιν, ἢ πικρίᾳ καὶ θυμῷ ἀμαρτάνειν ἑαυτὸν εἰς ἑτέρων ἐπανόρθωσιν· ἔπειτα πολλοὺς ὁρῶν εἰκῇ τῷ μὴ χολάζεσθαι παλλακὰς αἰδημόνας κακὰς εἶναι, καὶ μεταβολῆς ἀρχὴν, ἧττον συγγνώμων μᾶλλον ἢ τιμωρίαν λαμβάνουσα, καὶ νὴ Δία δουλεύουσα ἑτέροις ὑπὸ νεύματος καὶ σιωπῆς σωφρονέστερον, ἢ μὴ πληγῶν καὶ μαστιγμάτων ἕνεκα, ἐπεξελθεῖν ἡγεμονικώτερον τῷ θυμῷ τὸν λογισμόν. Οὐ γὰρ, ὡς ὁ ποιητὴς εἶπεν,

——ὔνα χθ δέος, ἔνθα κὴ αἰδώς·

ἀλλὰ τοὐναντίον, αἰδουμένοις ὁ σωφρονίζων ἐγγίνεται φόβος· ἡ δὲ συνεχὴς πληγὴ καὶ ἀπαραίτητος οὐ μετάνοιαν ἐμποιεῖ δι' ἀχθουργεῖν, ἀλλὰ τῷ λανθάνειν πονηροτέρους μᾶλλον. Τρίτον, ἀεὶ μνημονεύων καὶ ἀναθυμούμενος πρὸς ἐμαυτὸν, ὡς οὔτε ὁ τοξεύειν ἡμᾶς διδάξας ἀκόντιζε βάλλειν, ἀλλὰ μὴ ἁμαρτάνειν, οὔτε τῷ χολά-

D. 1. ᾗ σιωπῆς] Sic D. Cæteri σιωπῇ ᾗ.

res futuros. Sero tamen hoc primum perſpexi, præſtare eos indulgentia pejores fieri quam fævitia et furore aliorum corrigendorum cauſa meipſum perverti. Secundo hoc etiam videns, multos impunitate eo adduci, ut mali eſſe vereantur, et mutandorum morum initium veniam potius quam pœnam iis præbuiſſe: aliiſque eos tacite ad nutum promtius quam aliis verberantibus et flagellantibus ſervire; perſuaſi mihi, ad imperandum plus conducere rationem ira. Non enim, ut poëta dixit,

——*Ubi fit timor, hic pudor exſtat:*

ſed contra, verecundia affectis innaſcitur modeſtiæ magiſter metus. Tertio identidem memoria revolvens atque cogitans, neque eum qui ſagittas jacere nos docuit, prohibuiſſe jacere, ſed non aberrare: igitur neque punitionem impe-

ζειν ἐμποδὼν ἔσαι τὸ διδάσκειν εὐκαίρως τοῦτο ποιεῖν,
E καὶ μετρίως καὶ ὠφελίμως καὶ πρεπόντως· πειρῶμαι δὲ
ὀργὴν ἀφαιρεῖν μάλιστα τῷ μὴ παραιρεῖσθαι τοῦ κο-
λαζομένων τὴν δικαιολογίαν, ἀλλ' ἀκύειν. Ὁ, τε γὰρ
χρόνος ἐμποιεῖ τῷ πάθει διατριβὴν καὶ μέλλησιν ἐκ-
λύουσαν, ἥ τε κρίσις εὑρίσκει καὶ τρόπον παρέπονται καὶ
μέγεθος ἁρμόττον κολάσεως· ἔτι δὲ, οὐκ ἀπολείπεται
τοῖς φασις τῷ διδόντι δίκην ἀντιτείνειν πρὸς τὴν ἐπαν-
όρθωσιν, ἂν μὴ κατ' ὀργὴν ἀλλ' ἐξελεγχθεὶς κολάζη-
ται· τὸ δὲ αἰσχιστον οὐ φήσουσι, φαίνεσθαι δικαιότερα ἢ
δεσπότην λέγοντα τὸν οἰκέτην. Ὥσπερ οὖν ὁ Φωκίων
F μὴ τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτὴν οὐκ ἐῶν προεξαίρεσ-
θαι τὰς Ἀθηναίων, οὐδὲ ταχὺ πιστεύειν, Εἰ σήμερον,
ἔφην, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τέθνηκε, καὶ αὔριον ἔσαι καὶ εἰς
τρίτην τεθνηκώς· ὕπως οἶμαι δεῖν ὑποβάλλειν ἑαυτῷ τὸν
ἀπειθοῦντα δι' ὀργὴν ἐπὶ τὴν τιμωρίαν, Εἰ σήμερον ὗτος ἠδικησε,

F. 5. σήμερον ὗτος] Recepi ex Voſſ. Muſc. 1. A. D. Vulgo, σήμερον ὕστερος.

diri doctrina recte puniendi, et tempeſtive, utiliter atque convenienter: hæc igitur memoria recolens, maxime conor iram amoliri, quod defenſione puniendos non privo, ſed audio. Nam et tempus moram perturbationi animi injicit, et cunctationem quæ motum mitiget: et judicio invenitur ratio conveniens, moduſque pœnæ juſtus: ad hæc, ei qui plectitur non datur præſcriptio correctioni ſeſe opponendi, quando non ob iram, ſed convictus pœnas dat; et, quod turpius ſit, non videbitur ſervus juſtiora quam dominus dicere. Itaque ſicut Phocion Athenienſes, audita Alexandri morte, non ſinebat præmature inſurgere, neque celeriter credere, ſed aiebat: *Si hodie, Athenienſes, mortuus eſt Alexander, etiam cras ac perendie erit mortuus*: ſic arbitror, eum, qui ad capiendum ſupplicium properat iratus, debere ſibi ſubjicere, ſi hodie iſte meruit pœnam, e-

καὶ αὔριον ἔσται καὶ εἰς τρίτην ἀδικωτέρως· καὶ δεινὸν οὐδέν, εἰ δώσῃ δίκην βραδίων, ἀλλ' εἰ ταχὺ παθών, ἀεὶ φανεῖται μὴ ἀδικῶν· ὅπερ ἤδη συμβέβηκε πολλάκις. Τίς γὰρ ἡμῶν οὕτω δεινός ἐστιν ὥστε κολάζειν καὶ μαστιγοῦν δοῦλον, ὅτι πέμπτην ἢ δεκάτην ἡμέραν προσέκαυσε τοῦψον, ἢ κατέβαλε τὴν τράπεζαν, ἢ βραδίων ὑπήκουσε; καὶ μὴν ζῷόν ἐστιν ἐφ' οἷς εὐθὺς γενομένοις καὶ προσφάτοις ὀργαῖς, παροξυνόμεθα, καὶ πικρῶς ἢ ἀπαραιτήτως ἔχομεν. Ὡς γὰρ δι' ὁμίχλης τὰ σώματα, καὶ δι' ὀργῆς τὰ πράγματα μείζονα φαίνεται. Διὸ δεῖ ταχὺ συμμνημονεύειν τὴν ὁμοίων, καὶ τοῦ πάθους ἐξωθεῖν ὄντα ἀνυπόπλως, ἂν καθαρῷ τῷ λογισμῷ καὶ καθεστῶτι φαίνηται μοχθηρόν, ἐπισκοπεῖν, καὶ μὴ προέσθαι τότε μηδὲ ἀφεῖναι τὴν κόλασιν, ὥσπερ σιτίον, ἀνορέκτως γεγονότας. Οὐδὲν γὰρ οὕτως αἴτιόν ἐστι τοῦ παρύσης ὀργῆς κολάζειν, ὡς τὸ παυσαμένης μὴ κολάζειν, ἀλλ' ὀκνη-

A. 5. δι' ὁμίχλης] Ita omnes editi et ſcripti libri. Steph. operarum vitio, et hinc tres Gr. Lat. δὴ ὁμίχλης.

tiam cras erit, et perendie in noxa: neque in eo mali quicquam eſt, ſi ſerius luit flagitium, ſed ſi celeriter punitus perpetuo videatur inſons: quod quidem ſæpenumero accidit. Quis enim noſtrum ita ſævus eſt, ut cruciet aut flagellet ſervum, propterea quod quinto ante aut decimo die aduſſit cibum, vel menſam evertit, vel tardius dicto fuit audiens? at ob hæc ipſa, ſtatim atque fiunt et dum ſunt recentia, turbamur, et implacabiles ſævique ſumus. Ut enim per nebulam corpora, ſic per iram res videntur majores. Itaque oportet illico ſimilia in memoriam revocare, et ubi animus perturbatione vacat, tum ſi factum rationi puræ ac ſinceræ videatur pœna dignum, in id animadvertere: neque tum omittere vindictam: quo modo qui appetitu carent, cibum prætereunt. Nihil enim perinde in cauſa eſt ut ira correpti puniamus, atque hoc ipſum, quod ira ſi-

λύσθαι, καὶ ταυτὸν πεπονθέναι τοῖς ἀργοῖς κωπηλάταις, οἱ γαλήνης ὁρμοῦσιν, εἶτα κινδυνεύουσιν ἀνέμῳ πλέοντες. Καὶ γὰρ ἡμεῖς τῷ λογισμῷ κατεγνωκότες ἀτονίαν καὶ μαλακίαν ἐν τῷ κολάζειν, αὐτόθεν μὲν παρόντι τῷ θυμῷ, καθάπερ πνεύματι ῥᾳδιουργῷ. Τοφὴ μὲν γὰρ ὁ παιῶν χρῆται φύσιν, τιμωρίᾳ δὲ ὁ μὴ παιῶν μηδὲ δηλῶν αὐτῆς· μηδὲ ὥσπερ ὄφις πρὸς τὸ κολάσαι τῷ θυμῷ δεόμενος, ἀλλ' ὅταν παρῇ τὸ ὀργισθῆναι γένηται, προσάγων τὸν λογισμὸν ἀναγκαίως. Οὐ γὰρ, ὡς Ἀριστοτέλης ἱστορεῖ κατ' αὐτὸν ἐν Τυρρηνίᾳ μαστιγοῦσθαι τοὺς οἰκέτας πρὸς αὐλὸν, ὅτῳ πρὸς ἡδονὴν δεῖ καθάπερ ἀποπαίσματος ὀρέξει, τῆς τιμωρίας ἐμφορεῖσθαι χρὴ χαίρειν κολάζοντας, εἶτα μεταγνοεῖν· ὧν τὸ μὲν, θηριῶδες, τὸ δὲ, γυναικῶδες· ἀλλὰ καὶ λύπης καὶ ἡδονῆς χωρὶς, ἐν

B. 4. ἁρμοῦσιν] Sic D. Colleg. Ncv. et Reiſkius monuit. Vulgo, ἁρμῶσιν.

C. 5. χαίρειν κολάζοντας, εἶτα μεταγνοεῖν·] Sumſi a D. et Cod. Xyl. Vulgo, χαίρων, κολάζοντας δὲ μεταγνοεῖν: quod Eraſm. Mez. et Reiſk. correxerunt, ſcribendo κολάσαντας.

nita non punimus, ſed languemus: cum quidem id nobis evenit, quod ignavis nautis, qui tranquillo tempore in ſtatione tenent naves, vento orto navigant cum periculo. Etenim nos rationi in puniendo languorem et mollitiem tribuentes, feſtinamus ad pœnam ira tanquam ſubito vento impellente. Qui eſurit, is cibo ſecundum naturam utitur: qui punit, is nulla ad hoc debet impelli cupiditate, neque ad eam rem ira veluti condimento indiget: ſed quando longiſſime ab ea abeſt, tunc neceſſariam rem ratione adhibita peragit. Narrat Ariſtoteles ſuo tempore ſervos in Etruria ad tibiæ cantum ſolitos flagris cædi. Non profecto item voluptatis perfruendæ gratia exſaturare animum ſumendis ſuppliciis debemus, eaque re gaudere, poſtmodo pœnitentia duci: quorum illud belluinum, hoc muliebre eſt: ſed ita exercenda eſt punitio, ut abſque ullo dolore, abſque

τῷ τὸ λογισμὸν χρόνῳ τὴν ὀργὴν κολάζεσθαι, μὴ ὑπολείπουσα τῷ θυμῷ τὸ πρᾶσιν.

ιβ'. Αὕτη μὲν οὖν ἴσως οὐκ ὀργῆς ἰατρεία φανεῖται, παράκρουσις δὲ καὶ φυλακὴ τοῦ ἐν ὀργῇ τινὸς ἁμαρτημάτων. Καὶ ὅτι μὲν ἀπλοῦς οἴδημα, σύμπτωμα μέν ἐστι πυρετοῦ, παραύξεται δέ, κωφίζει τὸν πυρετόν, ὡς φησιν Ἱερώνυμος. Ἀλλ' αὐτῆς γε τῆς ὀργῆς ἀναθεωρῶν τὴν γένεσιν, ἄλλως ὑπ' ἄλλων αἰτιῶν ἐμπίπτουσαν, εἰς αὐτὴν ἐώρων, οἷς ὀπτικῶς ἅπασι δόξα τοῦ καταφρονεῖσθαι καὶ ἀμελεῖσθαι παρακίνεται. Διὸ καὶ τοῖς παροξυνομένοις ὀργὴν, δεῖ βοηθεῖν πορρωτάτω τὴν παρεῖξιν ὀλιγωρίας ἀπάγοντας καὶ θρασύτητος, εἰς ἄνοιαν ἢ ἀνάγκην ἢ πάθος ἢ δυστυχίαν τιθεμένους· ὡς Σοφοκλῆς,

Ἀλλ' εὖ γέ, ὦ ἄναξ, καὶ σὸς ἂν βλαστὴ μένει
Νοῦς τοῖς κακῶς πράξασιν, ἀλλ' ἐξίσταται.

Καὶ τὴν Βρισηίδος τὴν ἁφαίρεσιν εἰς τὴν Ἄτην ἀναφέρων ὁ Ἀγαμέμνων, ὅμως,

C. 7. κολάζεσθαι] Forte, κομίζεσθαι, ut Reiſk.

ulla voluptate pœnæ exigendæ, nullaque iræ anſa reliqua fiat.

XII. Atque hæc quidem fortaſſis non iræ videbitur ſanatio, ſed amolitio et cautio, qua evitentur quæ alias per iram peccantur. Sed tamen lienis tumor febris eſt accidens, qui quidem ſedatus, etiam febrim facit leviorem, ut ait Hieronymus. Cæterum ipſius iræ originem ego contemplans, animadverti alios aliis de cauſis in iram incidere, quibus tamen fere omnibus opinio contemni ac negligi ſe adfuit. Quare qui iram deprecantur, debemus ſuccurrere, ut factum quam longiſſime a contemtu et ferocia avocantes, dementiæ, neceſſitati, perturbationi, infortunioque alicui imputemus. Tale eſt illud apud Sophoclem:

O rex, prior mens, vegeta quantumvis fiet,
Adverſis rebus haud manet, ſed excidit.

Et Briſeidis raptum Agamemnon Atæ aſcribens, ait deinde,

Ἀψ ἰθίλει ἀρέσαι, δύμιναι τ' ἀπερείσι' ἄποινα.

Καὶ γὰρ τὸ δεῖσθαι, τῷ μὴ καταφρονεῖσθαι ἔοικε, καὶ ταπεινὸς φανεὶς ὁ ἀδικήσας ἔλυσε τὴν τῆς ὀλιγωρίας δόξαν. Οὐ δεῖ δὲ ταῦτα σκοπεῖν τὸν ὀργιζόμενον, ἀλλὰ τὸ τῷ Διογένους, Οὗτοί σου καταγελῶσιν, ὦ Διόγενες, Ἐγὼ δὲ οὐ καταγελῶμαι· λαμβάνειν ἑαυτῷ, καὶ καταφρονεῖσθαι μὴ νομίζειν, ἀλλὰ μᾶλλον ἐκείνους καταφρονεῖν, ὡς δι' ἀσθένειαν ἢ ἀπαιδευσίαν, ἢ ἀμελείαν, ἢ ἀφροσύνην, ἢ ῥᾳθυμίαν, ἢ ἀνελευθερίαν, ἢ γῆρας, ἢ νεότητα, πλημμελοῦντος. Οἰκείοις δὲ καὶ φίλοις ἀφετέον τὸ τοιοῦτο παντάπασιν· οὐ γὰρ ὡς ἀδυνάτων, οὐδ' ὡς ἀσθενῶν, ἀλλὰ δι' ὀλιγωρίαν ἢ δι' εὔνοιαν, οἱ μὲν ὡς χρηστῶν, οἱ δὲ ὡς φιλουμένων καταφρονοῦσι. Νυνὶ δὲ οὐ μόνον τοὺς γυναῖκα καὶ δούλους καὶ φίλους, ὡς καταφρονούμενοι, ταχέως ἔχομεν, ἀλλὰ καὶ παιδοτρίβοις καὶ ναύταις καὶ ὀρεωκόμοις μεθύουσι, πολλάκις ὑπ' ὀργῆς συμπίπτομεν, οἰόμενοι
461 καταφρονεῖσθαι· καὶ κυσὶν ὑλακτοῦσι, καὶ ὄνοις ἐμβάλ-

Te placare volo, et tibi maxima munera ferre.

Deprecari enim non eſt contemnentis, et qui injuriam fecit, ubi humilem ſeſe exhibet, opinionem faſtus diluit. Quanquam iraſcenti hæc non ſunt exſpectanda: ſed quod Diogenes dicentibus *Hi te rident*, reſpondit, *Ego autem non rideor*: id ſibi ſumere, atque exiſtimare debet, non ſe contemni, ſed potius eum ſibi contemnendum eſſe, a quo læſus eſt: quippe cujus peccatum ab imbecillitate, errore, temeritate, incuria, illiberalitate, ætate vel provectiore jam, vel admodum tenera, fuerit profectum. Famulis autem et amicis hoc omnino largiendum eſt: non enim ut impotentes aut ignavi, ſed ob æquanimitatem noſtram et benevolentiam, vel ut benigni, vel ut amantes ſpernimur. Nunc vero non modo adverſus uxorem, ſervos, amicos, tanquam deſpecti ab iis, exaſperamur: ſed et cum caponibus, et nautis, et agaſonibus ebriis ſæpe per iram nos committimus, contemni putantes: et canibus latrantibus

λυσι χαλεπαίνομεν· ὡς ἐκεῖνος ὁ βωλόμυος τύπτειν τὸν ὀνηλάτην· εἶτ' ἀναχαγόντος ὅτι Ἀθηναῖός εἰμι, Σὺ μὲν οὐκ εἶ Ἀθηναῖος, τὸν ὄνον λέγων ἔτυπτε, καὶ πολλὰς ἐνέφορει πληγάς.

ιγ'. Καὶ μὴν τάς γε συνεχεῖς καὶ πυκνὰς καὶ κατὰ μικρὸν ἐν τῇ ψυχῇ συλλεγομένας ὀργὰς, μάλιστα φιλαυτία καὶ δυσκολία μετὰ τρυφῆς καὶ μαλακίας, οἷον σμῆνος ἢ σφηκίαν ἡμῖν ἐνίστασι. Διὸ μεῖζον οὐδὲν εὐκολίας καὶ ἀφελείας ἐφόδιον εἰς πραότητα πρὸς οἰκέτας καὶ γυναῖκα καὶ φίλους, τῷ δυναμένῳ συμφέρεσθαι τοῖς παροῦσι, καὶ μὴ δεομένῳ πολλῶν καὶ πολυτελῶν·

Ὃ δ' οὔτ' ἄγαν ὀψοῖσιν, οὔθ' ἁφθοῖς ἄγαν,
Οὔθ' ἥτλον, ὅτε μᾶλλον, ὅτε διὰ μίσου
Ἡρτυμένοισι χαίρων, ὡς ἐπαινέσαι·

χιόνος δὲ μὴ παρούσης, οὐκ ἂν πιὼν, οὐδ' ἄρτον ἐξ ἀγορᾶς φαγὼν, οὐδὲ ὄψου γευσάμενος ἢ λιτοῖς ἢ κεκαμμένοις

B. 2. οὔτ'—ἄγ.] Secutus ſum Xylandrum. Ceteri, οὔτε—ἄγε. Latina Eraſmi retuli, ut veriora: qui ceterum, reliqua deinceps ad κεκαμμένος ad eundem poetæ locum retulit. Dubito an recte.

aut aſinis occurrentibus indignamur: ut ille, qui cum agaſonem vellet ferire, et is exclamaſſet Athenienſem ſe eſſe, ad aſinum converſus, ac fatus, *Tu vero Athenienſis non es*, multis verberibus beſtiam obruit.

XIII. Atqui continentes, et crebras, ac paulatim apud animum collectas iras, præcipue ſui amor et moroſitas cum luxu mollitieque juncta nobis veluti apum aut veſparum examen ingenerat. Itaque ad manſuetudinem et erga uxorem et amicos non eſt quicquam plus emolumenti adferens, quam facilitas et ſimplicitas, ſi diſcamus præſentibus eſſe contenti, neque multa et otioſa requiramus: qualis ille apud Poëtam:

Ac qui nec aſſis, qui nec elixis nimis,
Nec plus minuſve, nec cibis gaudet modo
Medio apparatis, ſic ut appoſita approbet.

Qui autem niſi nive præſente non bibit, neque panem in foro emtum edit, neque obſonium guſtat vili aut figlina

σκεύεσιν, ὁδὲ κοιμηθεὶς ὅτι τρωμῆς μὴ οἰδύσης, ὥσπερ θαλάττης ἀφὸ βάθους κεκινημένης· ῥάβδοις δὲ καὶ πληγαῖς τὸν ὑπὲρ τὰπιζαν ὑπηρέτας, ὀπιταχύνων μετὰ δρόμου καὶ βοῆς καὶ ἱδρῶτος, ὥσπερ φλεγμονῶν καταπλάσματα κομίζοντας, ἀσθενεῖ καὶ φιλαιτίῳ καὶ μεμψιμοίρῳ
c δουλεύων διαίτῃ, καθάπερ ὑπὸ βηχὸς ὑδελεχοῦς ἢ τραχηλισμάτων πολλῶν, ἕλαθεν ἑλκώδη καὶ καταῤῥοϊκὸν ἀφάτοιν τὸ γυμνοειδὲς ἀπεργασάμενος. Ἐθιστέον οὖν τὸ σῶμα δι' εὐτελείας πρὸς εὐκολίαν, αὐτάρκες ἑαυτῷ γινόμενον· οἱ γὰρ ὀλίγων δεόμενοι, πολλῶν οὐκ ἀπορυγχάνουσι. Καὶ δεινὸν οὐδέν, ἀρξάμενον ἀπὸ τῆς τροφῆς, σιωπῇ χρήσασθαι τοῖς παρατυγχάνουσι, καὶ μὴ πολλὰ χολουμένους καὶ δυσκολαίνοντας, ἀπρεπέστατον ὄψον ἐμβαλεῖν ἑαυτοῖς καὶ φίλοις τὸν ὀργόν.

Δόρπου δ' οὐκ ἄν πως ἀχαρίστερον ἄλλο γένοιτο,

C. 8. μὴ πολλὰ χολουμένους] μὴ πολλὰ φορυμένους C. Mosc. 2. Colleg. Nov. Schott. Anon. T. V. B. Neutra lectio sana videtur. Forte corrigendum, περὶ πολλὰ ὀχλουμένους.

allatum in patina, neque nisi turgenti instar maris e profundo exagitati lecto indormit qui baculis et verberibus famulos ad mensam ministrantes urget cum clamore, cursu et sudore ut accelerent, perinde ac si irent inflammato ulceri cataplasmata allatum: hic imbecillæ et morosæ atque ad culpanda quævis inserviens victus rationi, non sentit se tanquam tussi continente aut crebris offensis, affectionem quandam ulceribus et destillationibus obnoxiam, quibus iracundia augeatur, parare. Proinde corpus frugalitate ad facilitatem est adsuefaciendum, ut contentum quovis victu esse possit. Nam qui pauca requirunt, non multis excidunt. Neque ita ardua res est, facto ab alimentis initio, tacite iis quæ oblata sunt uti; non stomachando et quiritando sibi amicisque obsonium longe invisissimum inferre iram. Nam

Dicere quid cœna possit ingratius ipsa,

ubi, quia aduſtum ſit aliquid, aut fumum oleat, aut ſal deſit, aut frigidior ſit panis, ſervi cæduntur, et uxori fit convicium? Arceſilaus cum peregrinos quoſdam, cumque his amicos convivio accepiſſet, cibo appoſito panes deerant, quod eos emere pueri neglexiſſent. Quis hic noſtrum parietes vociferando non rupiſſet? at ille ſubridens: *Qualis*, inquit, *res eſt, ſapientem eſſe conviviis aptum?* Socrates a palæſtra ſecum duxerat ad cœnam Euthydemum: ibi eum Xanthippe irata accurriſſet, ac factis conviciis, menſam ad extremum ſubvertiſſet, ſurgens Euthydemus magno concepto dolore abitum parabat: tum Socrates, *Nonne*, inquit, *nuper apud te gallina quædam involans idem hoc fecit, nihil me indignante?* Amici enim cum facilitate quadam, riſu et blanditiis ſunt excipiendi, non ſuperciliis contractis, aut horrore ac tremore famulis incuſſo. Condocefaciamus etiam nos, ut vaſis facile quibuſvis, non uno aliquo præ reliquis, utamur: ſicut nonnulli multis ad ma-

ἓν ἐξελόμενοι καθάριον, ὡς Μάριον ἱστοροῦσιν, ἢ ῥυτὸν, οὐκ ἂν ἑτέρῳ πίοιεν· οὕτω δὲ καὶ πρὸς λυπούμενος ἔχουσιν, καὶ πρὸς ἐλεγγίδας, ἀγαπῶντες ἐκ πασῶν μίαν, εἶτα ὅταν συν-
F τριβῇ τι τούτων ἢ ἀπόληται, βαρέως φέρουσι καὶ χολάζουσι. Ἀφεκτέον οὖν τοῦ πρὸς ὀργὴν φαύλως ἔχοντι καὶ τῶν ποτηρίων καὶ θεατῶν, οἷον ἐκπωμάτων καὶ σφραγίδων καὶ λίθων πολυτελῶν· ἐξίστησι γὰρ ἀπολλύμενα μᾶλλον τῶν εὐπορίστων καὶ σωθέντων. Διὸ καὶ τὸν Νέρωνος ἀκταίγωνόν τινα σκηνὴν ὑαλοῦς καλλῇ καὶ πολυτελείᾳ θέαμα κατασκευάσαντος, Ἠλεγξας, ἔφη ὁ Σενέκας, πένητα σεαυτόν· ἐὰν γὰρ τούτῳ ἀπολέσῃς, ἑτέραν οὐ
62 κτήσῃ τοιαύτην· καὶ μὴν καὶ σωέπεσε, τῆς πλοίου καταδύντος, ἀπολέσθαι τοῦ σκηνοῦ· ὁ δὲ Νέρων ἀναμνησθεὶς τοῦ Σενέκα, μετριώτερον ἤνεγκεν. Ἡ δὲ πρὸς τὰ πράγματα εὐκολία, καὶ πρὸς οἰκέτας εὔκολον ποιεῖ καὶ θεῖον· εἰ δὲ πρὸς οἰκέτας, δῆλον ὅτι καὶ πρὸς φίλους καὶ πρὸς

E. 8. ἢ ῥυτὸν] Sic Baſ. Xyl. Colleg. Nov. Vulgo, νίφυτον.

num propoſitis, unum deligentes cantharium, ut Marius, ex alio nolunt bibere: ſimiliter etiam de trullis olearis ſentientes, et ſtrigilibus, de omnibus unam deligunt: ac confractum aut amiſſum ubi tale aliquid eſt, graviter ferunt et plectunt. Proclivi ergo ad iram cavendum etiam eſt a rebus raris et curioſe elaboratis, qualia ſunt pocula, ſigilla, et pretioſi lapides: hæc enim perdita, magis furorem cient quam partu facilia et quotidiana. Neronem, cum is octangulam ſcenam, ob ſumtus magnitudinem pulchritudinemque ſpectaculum admirabile, confici curaſſet, Seneca reprehendit dicens: *Nunc te pauperem eſſe demonſtraviſti: hac enim ſcena amiſſa, ſimilem aliam nullam adipiſceris:* et quidem contigit, ut ea ſcena, navi ſubmerſa, periret: et Senecæ verborum recordatus Nero caſum eum animo æquiore tulit. Facilitas porro quam rebus adhibemus, etiam erga ſervos manſuetum facilemque reddit: ac proinde abſque dubio etiam adv..ſus amicos et ſubditos.

ἀρχομένους. Ὁρῶμεν δὲ καὶ δούλους νεωνήτους περὶ τῶν πριαμένων πυνθανομένους, οὐκ εἰ δεισιδαίμων, ἀλλ' εἰ φρενοβλαβής, ἀλλ' εἰ θυμώδης καὶ ὀλίγου σοὶ ὀργῆς, μηδὲ σωφρονεῖν ἄνδρας γυναικῶν, μηδὲ ἔρωτας γυναῖκας ἀνδρῶν ὑπομένειν δυναμένους, μηδὲ συνήθειαν ἀλλήλοις φίλους. Οὔτως ἔστι γάμος οὔτε φιλία μετ' ὀργῆς ἀνεκτόν· ἀλλὰ χωρὶς ὀργῆς καὶ μέθη κῶφόν ἐστιν· ὁ γὰρ τοῦ θεοῦ νάρθηξ, ἱκανὸς κολάζειν τὸν μεθύοντος, ἂν μὴ παραγενόμενος ὁ θυμὸς ὠμηστὴν καὶ μαινόλην ἀντὶ λυαίου καὶ χορείου ποιήσῃ τὸν ἄκρατον· καὶ τὴν μανίαν αὐτὴν καθ' αὑτὴν ἡ ἀντίκυρα διακωμῳδεῖ, μιχθεῖσα δὲ ὀργῇ, τραγῳδίας ποιεῖ καὶ μύθους.

ιδ'. Δεῖ δὲ μήτε παίζοντας αὐτῇ δοῦναι τόπον, ἔχθραν γὰρ ἐπάγει τῇ φιλοφροσύνῃ· μήτε κοινολογουμένους, φιλονεικίαν γὰρ ἐκ φιλολογίας ἀπεργάζεται· μήτε διαλέγοντας, ὕβριν γὰρ τῇ ἐξουσίᾳ προστίθησι· μήτε παιδεύοντας, ἀθυμίαν γὰρ ἐμποιεῖ καὶ μισολογίαν· μήτε εὐ-

Videmus etiam ſervos nuper emtos, non quærere, an ſuperſtitioſum vel invidum, ſed an iracundum nacti ſint dominum: denique cernimus, ubi iræ locus eſt, ibi neque pudicitiam mulierum viris, neque mulieribus maritorum amorem, neque conſuetudinem amicorum, neque conjugium, neque ſocietatem eſſe tolerabilem. Atqui abſque ira ſit, etiam ebrietas moleſta non eſt: ferula enim dei iſtius ſufficit ad caſtigandum ebrium, niſi ubi ira accedente pro Lyæo et Choræo, (id eſt animum laxante et choreas ſuadente,) Crudelem et Furioſum Bacchum facimus: tum inſaniam ipſa pro ſe ſanat Anticyra, iræ conjuncta tragœdias et fabulas exhibet.

XIV. Proinde iræ neque inter jocos dandus eſt locus, amicitiam enim in odium mutat: neque in diſputatione, nam ſtudium cognoſcendi in libidinem contendendi vertit: neque in judicio, poteſtati enim inſolentiam addit: neque in inſtitutione liberali, animo enim mœſtitiam ingerit, odiumque diſciplinæ gignit: ne-

τυχὼν ἅψεται, αὔξει γὰρ τὸν φθόνον· μήτε δυστυχὼν ἅψεται, ἀφαιρεῖ γὰρ τὸν ἔλεον, ὅταν δυσκολαίνωσι καὶ μάχωνται τοῖς σωαχθομένοις, ὡς ὁ Πρίαμος,

Ἐξέστε λοιδορῆρας ἐλεγχίης· οὔ νυ καὶ ὑμῖν
Ἐστὶ γόος, ὅτι μ' ἦλθετε κηδήσοντες;

Ἡ δ' εὐκολία τοῖς μὲν βοηθεῖ, τὰ δ' ὀπτικοσμεῖ, τὰ δὲ συνηδύνει· προσίνεται δὲ τῇ προθύμῳ καὶ θυμοῦ καὶ δυσκολίας ἁπάσης· ὥσπερ Εὐκλείδης, τῷ ἀδελφῷ πρὸς αὐτὸν ἐκ διαφορᾶς ἐπόντος, Ἀπολοίμην εἰ μή σε τιμωρησάμην, Ἐγὼ δέ, φήσας, ἀπολοίμην εἰ μή σε
D πείσαιμι, διέτριψε πολλαχῆμα καὶ μετέθηκε. Πολέμων δὲ, λοιδορουντος αὐτὸν ἀνθρώπου φιλολίθου καὶ πρὸς σφραγίδια πολυτελῆ νοσοῦντος, ἀπεκρίνατο μὲν οὐδέν, τῶν σφραγιδίων δὲ ἑνὶ προσεῖχε τὸν νοῦν, καὶ κατεμάνθανεν· ἡσθεὶς οὖν ὁ ἄνθρωπος, Μὴ οὕτως, εἶπεν, ὦ Πολέμων, ἀλλ' ἐπ' αὐγὰς θεῶ, καὶ πολύ σοι βέλτιον φανεῖται. Ὁ δ' Ἀρίστιππος, ὀργῆς αὖθις πρὸς Αἰσχίνην γενομένης,

que in rebus ſecundis, quia invidiam auget: neque adverſis, nam miſericordia ſe privant, qui miſerantibus infenſi ſunt et cum iis litigant, ut Priamus,

Ite malum hinc in rem probroſa et peſſima turba:
Nilne domi veſtræ quod deploretis habetis,
Quod noſtro vultis ſolatia promere luctu?

Facilitas contra quibuſdam rebus opitulatur, alias ornat, quibuſdam ſuavitatem conciliat: et manſuetudine iram morositatemque omnem abolet. Sic Euclides fratri dicenti in quodam jurgio, *Peream, niſi te ulciſcar*, reſpondens, *Ego vero peream, niſi te in meam traduxero ſententiam*, confeſtim pudorem homini incuſſit, et mutavit. Polemon maledictis inceſſitus a quodam homine lapidum pretioſorum ſtudioſo, et qui vitio conquirendi ſigilla magno emta laboraret, nihil reſpondit, ſed ſigillorum uni animum advertit, idque perſpexit: quo facto delectatus ille, *Non ſic*, inquit, *Polemon, ſed expoſitum luci contemplare, longe enim pulchrius tibi videbitur.* Ariſtippus, ira adverſus Æſchinem aliquando oborta, inter-

καὶ τινος εἰπόντος, Ὦ Ἀριστιππε, ποῦ ὑμῶν ἡ φιλία; Καθεύδει, φησὶν, ἐγὼ δὲ αὐτὴν ἐγείρω. Καὶ τῷ Αἰσχίνῃ ποτελθὼν εἶπεν, Οὕτως σοι δοκῶ παντάπασιν ἀτυχής τις εἶναι καὶ ἀνήκεστος, ὥστε μὴ νουθεσίας τυχεῖν; Ὁ δ' Αἰσχίνης, Οὐδέν, ἔφη, θαυμαστὸν, εἰ ποῦς πάντα τῇ φύσει μὴ διαφέρων, καὶ ταῦτα τοσοῦτος συνεὶς ἐς-

Καὶ γὰρ καπρον θριξαύχεν' οὐ μόνον γυνὴ,
Παῖς δ' ἂν νεογνὸς χειρὶ προσκύδων λέαν,
Κλύσαι παλαιστοῦ παντὸς εὐμαρέστερον.

Ἀλλ' ἡμεῖς ἀγριαίνοντα πλαστεύομεν ζῶα καὶ ποιοῦνομεν, λυκιδεῖς καὶ σκύμνους λεόντων ἐν ταῖς ἀγκάλαις ποιφέροντες, εἶτα καὶ τέκνα καὶ φίλους καὶ συνήθεις ἐκβάλλομεν ὑπ' ὀργῆς, οἰκέταις δὲ καὶ πολίταις τὸ θυμὸν ὥσπερ θηρίον ἐφίεμεν· οὐ καλῶς ὑποχωρίζομαι μισοπονηρίαν, ἀλλ' ὥσπερ, οἶμαι, τὸ ἄλλων παθῶν ψυχῆς ἐν νοσημάτων, τὸ μὲν ποιοῦσιν, τὸ δὲ ἐλευθεριότητα, τὸ δὲ εὐσέβειαν καλοῦντες, οὐδενὸς ἀπαλλαγῆναι δυνάμεθα.

F. 3. ἐφάμεν.] Ita C. Mosc. 1. 2. Colleg. Nov. Mez. Vulgo, ἀφάμεν.

rogatus a quodam, *Ubi nunc veſtra illa, Ariſtippe, amicitia?* reſpondit, *Dormit illa, at ego eam reſuſcitabo:* et Æſchinem conveniens, *Itane*, inquit, *prorſum ego tibi infelix et inſanabilis videor, ut me caſtigatione indignum putes?* Tum Æſchines, *Nihil*, ait, *miri eſt, ſi in aliis rebus omnibus me ingeniоſior, etiam hic prior ſenſiſti quid facto opus eſſet.*

Non tantum enim mulier caprum borrentem juba,
Tenera puellus ſed quoque pruriens manu
Leonis palæſta facilius proſtraverit.

At enim nos qui feras cicuramus, et luporum demulcemus, ac leonum catulos in ulnis circumgeſtamus, iidem iræ concedentes, liberis, amicis, familiaribuſque ejectis, ſervis noſtris civibuſque excandeſcentiam animi noſtri quaſi feram immittimus: non profecto odii malorum nomine hoc vitium, ut molliori, probe velantes: ſed, niſi fallor, eadem ratione et reliquis animi perturbationibus atque vitiis huic prudentiæ, aliæ liberalitatis, alteri pietatis nomen affingentes, iſtarum nullam dimittere poſſumus.

ιε'. Καίτοι, καθάπερ ὁ Ζήνων ἔλεγε, τὸ σπέρμα σύμμιγμα καὶ κέρασμα τῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων ἐστάρχειν ἀπεσπασμένον, ὅτως ἔοικε τῶν παθῶν πανσπερμία
463 τις ὁ θυμός εἶ· καὶ γὰρ λύπης ἐμπέπλεκται καὶ ἡδονῆς καὶ ὕβρεως· καὶ φθόνῳ μὲν ἔχει τινὰ ὁπιχαιρεκακίαν· φόνῳ δὲ καὶ χείρων ὀφθείς, ἀγωνίζεται γὰρ ἀεὶ μὴ παθεῖν αὐτὸς, ἀλλὰ παθεῖν κακῶς ὑπερίφρας ἕτερον· ὑπερθυμίας δὲ αὐτὸ τὸ ἀτερπέστατον ἐμπέφυκεν, εἴ γε δεῖ τῷ λυπεῖν ἕτερον ὀρέξις ὀφθῆναι. Διὸ τῶν μὲν ἀσώτων ταῖς οἰκίαις προσιόντες, αὐληρίδος ἀκούομεν ἑωθινῆς, καὶ οἰνολόν ὥς τις εἶπεν οἶνον, καὶ ἀπερράγματα φορτίων, καὶ κραιπαλῶντας ὁρῶμεν ὑπὸ θύραις ἀκολάστους· τὰ δὲ τῶν πικρῶν ἀκκαλύμματα καὶ δυσκόλων, ἐν τοῖς προσώ-
B ποις τῶν οἰκετῶν ἔφει, ἐν τοῖς στίγμασι καὶ ταῖς πέδαις·

A. 3. φόνῳ—ἕτερον] Utcumque ferri poteſt oratio, tamen quid ad ejus integritatem requiri videtur.

A. 8. ὅς τις] Dedi ex Moſc. 1. 2. Schott. Mez. quibuſcum ita conſentiunt A. D. ut habeant ἅς τι. Vulgo, ὅτις.

XV. Et tamen, ſicut Zeno dicebat, ſemen eſſe mixturam atque temperaturam ab omnibus avulſam animæ facultatibus, ſic omnium animi perturbationum ſemina videntur in iram confluxiſſe: nam et doloris particulam ſibi ſumſit, et voluptatis, et inſolentiæ: habet hoc ab invidentia, quod aliorum e malis gaudium percipit: deterior eſt homicidii affectatione; non enim in hoc elaborat, ut nihil patiatur ipſe, ſed cupit male ſibi eſſe, dum modo alterum perdat; denique concupiſcentiæ id quod eſt minime jucundum, in ſe habet ira; ſiquidem dicenda eſt appetitio, quando alteri quis vult ægre facere. Hinc adeo fit, ut cum ad intemperantia diffluentium domos accedimus, tibicinam audiamus matutinam, et argillam (ut quidam aiebat) terra vino rigata factam, et divulſorum fragmenta ſertorum, et famulos in foribus ebrios: indicia autem amarulentorum et moroſorum hominum poſſis conſpicere in faciebus ſervorum, ſtigmatis, compedibus:

Αἰὶ δὲ ἀοιδῶν μοῦνος ἐν γίγαις
ὀργίλου ἀνδρὸς,
Κακυτὸς ἐμπέπτωκε, ——

μαστιγουμένων ἔνδον οἰκονόμων, καὶ τρεβλουμένων θεραπαινίδων· ὥστε τῶν θυμοῦ τὰς λύπας ἢ ταῖς ἐπιθυμίαις καὶ ταῖς ἡδοναῖς οἰκτείρειν ὁρῶντας.

ις'. Οὐ μὴν ἀλλὰ ὅσοις γε συμβαίνει καὶ μισοπονηρίαν ἀληθῶς ἀλίσκεσθαι πολλάκις ὑπὸ ὀργῆς, τὸ ἄγαν ἀφαιρετέον αὐτῆς καὶ τὸ ἄκρατον ἅμα τῇ σφοδρᾷ πίστει περὶ τῶν σπουδῶν· αὕτη γὰρ αὔξει μάλιστα τῶν αἰτιῶν τὸν θυμὸν, ὅταν ἡ χρηστὸς ὑπολαμβανόμενος ἀναφανῇ μοχθηρὸς, ἢ φιλεῖν δόξας ἢ διαφορᾷ τινι καὶ μέμψει γένηται. Τὸ δὲ ἐμὸν ἦθος, οἶδα δήπουθεν ἠλίκης ῥοπῆς φέρεται πρὸς εὐνοιαν ἀνθρώπων καὶ πίστιν· ὥσπερ οὖν οἱ κενῷ βαίνοντες, ὅπου μᾶλλον ἐπροῖδα τῷ φιλεῖν ἐμαυτὸν, ἁμαρτάνω μᾶλλον, καὶ σφαλλόμενος ἀνιῶμαι· καὶ τῷ μὴ φιλεῖν ἀπαρύσαι τὸ ἐμπαθὲς ἄγαν καὶ

Semperque ſolus iracundi in ædibus
Auditur ejulatus cantor:—

dum intus diſpenſator flagellatur, torquentur ancillæ: ita quidem, ut qui iſthæc tam triſtia ab animi excandeſcentia profecta vident, ipſas etiam iracundi voluptates miſereantur.

κλήσῃ καὶ μιᾷσῃ φ πλέονι πολέμιον καθίσαι) τὸ λοιπόν, ἀλλ' ἁπλῶς, ἢ φησιν ὁ Πλάτων ἡ μὲν ἀνωμαλία κίνησιν, ἡ δὲ ὁμαλότητα στάσιν ἐγγίνεσθαι καὶ μονήν, ὅτου πᾶσα μὲν ἀνισότης ὀλισθηρὰν ὁδὸν παρὸς διαφορὰν ἀδελφῶν· ἐν πᾶσι δὲ ἴσους γενέσθαι καὶ ὁμαλεῖς ἀδύνατον· τὰ μὲν γὰρ αἱ φύσεις εὐθὺς ἀνίσως νέμουσαι, τὰ δὲ ὕστερον αἱ τύχαι, φθόνους ἐμποιοῦσι καὶ ζηλοτυπίας, αἴσχιστα νοσήματα καὶ κήρεσι, οὐκ οἰκίαις μόνον, ἀλλὰ καὶ πόλεσιν ὀλεθρίους· δεῖ καὶ ταῦτα φυλάττεσθαι, καὶ θεραπεύειν ἂν ἐγγένηται. Τῷ μὲν οὖν ὑπερέχοντι προσήκοντος ἂν τις, πρῶτον μὲν οἷς δοκεῖ διαφέρειν, ταῦτα κοινὰ ποιεῖν τοῖς ἀδελφοῖς, συνεπισκοσμοῦντα τῇ δόξῃ καὶ συνεισποιοῦντα ταῖς φιλίαις· κἂν λέγειν δεινότερος ᾖ, χρῆσθαι παρέχοντα τὴν δύναμιν, ὡς ἐκείνῳ μηδὲν ἧττον οὖσαν· ἔπειτα μήτε ὄγκον ἐμφαίνειν τινὰ μήτε ὑπεροψίαν, ἀλλὰ μᾶλλον ὑποδύοντα καὶ συγκαθιέντα τῷ ἥττονι τὸ ὑπερο-

D. 2. δεῖ δὲ ταῦτα] Ita C. Moſc. 1. 2. Vulgo, δεῖ δὲ καὶ ταῦτα.

ſeſſione ac defectu, id quod minus eſt, inimicum exſtat ei quod habet amplius: ſed in univerſum, ut Plato ait, inæqualitatem motus, æqualitatem ſtatus ac permanſio ſequitur: fit ut omnis quidem inæqualitas cum periculo diſcordiarum inter fratres ſit conjuncta, et tamen iidem in omnibus pares eſſe non poſſint rebus: quædam enim ipſa ſtatim natura inæqualiter diſtribuens, alia fortuna vitæ inſequentis, invidiam ingenerant, et obtrectationem, turpiſſimos morbos, ac non familiarum modo, ſed et urbium peſtes; huic ſane etiam incommodo eſt quantum res patitur obviam eundum. Ergo ei qui fratres præſtat hoc conſuluerim, primum ut quibus rebus videtur excellere, eas communicet cum fratribus, amicitiiſque, quibus floret, eos implicans in ſuæ gloriæ partem adoptet: eloquentiæ, qua antecedit fratrem, utendam ei ſuam facultatem, tanquam cum fratre communem, præbeat. Deinde non faſtum aut ſuperbiam uſurpando, ſed demittendo ſe placide, præſtantiam

χλὼ ἀνεπίφθονον ποιεῖν, καὶ τῷ τὴ τύχης ἀνωμαλίαν ἐπανισῶν, ὡς ἄνυσόν ὄντι, τῇ μετριότητι τὸ φρονήματος.
E Ὁ μὲν οὖν Λεύκολλος οὐκ ἠξίωσε τὸν ἀδελφὸν πρεσβύτερος ὢν, ἀλλὰ τὸν αὐτοῦ παρεὶς χρόνον, τὸν ἐκείνου περιέμεινεν. Ὁ δὲ Πολυδεύκης, οὐδὲ θεὸς ἠθέλησε μονὸς, ἀλλὰ μᾶλλον ἡμίθεος σὺν τῷ ἀδελφῷ γενέσθαι, καὶ τὴ θνητῆς μερίδος μεταχεῖν ὅπῃ τῷ μεταδοῦναι τὴ ἀθανασίας ἐκείνῳ. Σοὶ δέ, φαίη τις ἂν, ὦ μακάριε, μηθὲν ἐλαττοῦντι τῶν πρεσόντων ἀγαθῶν, ἀπάρχῃ συνεξομοιοῦν καὶ συνεπικοσμεῖν τὸν ἀδελφὸν, ὥσπερ αὐτῆς ἀπολαύοντα τῆς περὶ σὲ δόξης
F καὶ ἀρετῆς, καὶ εὐτυχίας· ὥσπερ Πλάτων τοὺς ἀδελφοὺς εἰς τὰ κάλλιστα τῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων ἤγαγε, ὀνομαστοὺς ἐποίησε, Γλαύκωνα μὲν καὶ Ἀδείμαντον εἰς τὴν πολιτείαν, Ἀντιφῶντα δὲ τὸν νεώτατον εἰς τὸν Παρμενίδην.

ιγ'. Ἐπὶ τοίνυν ὥσπερ ἐγγίνονται ταῖς φύσεσι καὶ ταῖς

Σ. 9. ὥσπερ αὐτῆς ἀπολαύοντα] Puto corrigendum αὐτῷ ἀπολαύοντι: ut ὥσπερ ex propinquo hic temere repetitum ſit.

ſuam invidiæ ſecuram reddat, ac fortunæ inæqualitatem compenſet quantum ejus fieri poteſt moderatione animi. Sic Lucullus noluit prior fratre minore natu magiſtratum gerere, ſed ſuo anno prætermiſſo, fratris annum præſtolatus eſt. Pollux ne deus quidem ſolus, ſed ſemideus una cum fratre eſſe voluit, ac in partem mortalitatis venire, ut immortalitate eum ſua impertiret. Tibi vero, dixerit aliquis, mi homo, licet nihil tuorum bonorum deminuenti æquare unaque exornare fratrem tuum, concedenti tanquam uſumfructum ei gloriæ virtutiſque tuæ, aut proſperitatis: ſicut Plato fratribus ſuis celebritatem nominis paravit, cum eos in pulcherrimos ſuorum librorum inſeruit, Glauconem et Adimantum in Rempublicam, Antiphontem natu minimum in Parmenidem.

XIII. Præterea ſicut ingeniis et fortunis fratrum inæqualitates inſunt, ita fieri ne-

τύχας τῶν ἀδελφῶν ἀνομότητας· ἔστιν οὐ πᾶσι τοῖς πάντως ὑπερέχειν τὸν ἕτερον, ἀδύνατόν ἐστι. Τὰ μὲν γὰρ σωματικὰ φασιν ἐκ μιᾶς ὕλης γεγονέναι, τὰς δ' ἀντιστάσεις ἔχοντα δυνάμεις· δυεῖν δὲ ἀδελφῶν ἐκ μιᾶς μη- 45
τρὸς καὶ πατρὸς ταὐτῶν γεγονότων, ὁ μὲν ἐφάνη τὸν μὲν, ὡς ἐκ τῆς Στοᾶς, σοφὸν ὁμοῦ, καλὸν, εὔχαριν, ἐλεύθε-ριον, ἔντιμον, πλούσιον, δεινὸν εἰπεῖν, πολυμαθῆ, φιλάν-θρωπον· τὸν δὲ ἕτερον, ἀμοιρεῖν, ἄχαριν, ἄτιμον, ἀνελεύ-θερον, ἄπορον, ἀσθενῆ τὸν λόγον, ἀμαθῆ, μισάνθρω-πον· ἀλλ' ἔνεστιν ἀμυδρότητος καὶ τῆς ἀδοξοτέρας καὶ ταπεινοτέρας μοίρᾳ τις χάριτος ἢ δυνάμεως, ἢ τοῦ τι καλὸν εὐφυΐας,

Ὡς δ' ἐχινόπουδας, τὰ δὴ τραχεῖαι ἴουσιν,
Φύοντ' ἐν μαλακῶν ἄνθεα λευκοΐων.

Ταῦτα τοίνυν ὁ δοκῶν πλέον ἔχειν ἐν ἄλλοις, ἂν μὴ κο-λλᾷ μηδ' ὑποκρύπτῃ μηδὲ πάντων, ὥσπερ ἐν ἀγῶνι, τὸν B

A. 4. πολυμαθῆ] Sic Pol. Mez. Vulgo, φιλομαθῆ.
A. 11. φύοντα;] Ita diſtinximus cum D. et Xyl. Vulgo, ἵνα φύοντα. Vide p. 44. E.

quit ut alter in omnibus omnino rebus altero potiores ferat. Elementa quidem aiunt ex una eademque materia orta eſſe: cum diverſiſſimæ tamen eorum ſint facultates. Nemo autem unquam vidit duos fratres eodem patre ac eadem matre natos, quorum alter eſſet, veluti in Stoa informatus, ſimul ſapiens, pulcher, gratioſus, liberalis, honoratus, dives, facundus, diſciplinis honeſtis deditus, humanus: alter turpis, invenuſtus, ignobilis, illiberalis, pauper, infans, illiteratus, inhumanus: ſed ineſt etiam obſcurioribus et abjectioribus quædam tamen utcunque portio gratiæ, aut facultatis, aut ad præclarum aliquid aptitudinis a natura inſitæ:

Inter echinopodes velut, aſperum et inter Ononin
Naſcuntur paſſim mollia leucoia.

Ergo iſthæc, qui in aliis præſtare videtur ſi non deprimat neque occultet, neque tanquam in certamine omnem

ἀδελφὸν ἐξωθῇ τῆς πραγτείας, ἀλλ' ἀνθυπείκῃ, καὶ ἀποφαίνῃ πρὸς πολλὰ βελτίω καὶ χρησιμώτερον ἑκεῖνον, ὑφαιρῶν ἀεὶ τῷ φθόνῳ τὰς πρόφασιν, ὥσπερ ὕλην τῷ πυρὸς, ἀπιβέσῃ, μᾶλλον δὲ ὅλως οὐκ ἐάσῃ λαβεῖν γένεσιν οὐδὲ σύστασιν. Ὁ δὲ καὶ συνεργὸν, ἐν οἷς δεῖ κρείττων αὐτὸς εἶ), ποιήσωμος τὸν ἀδελφὸν ἀεὶ καὶ σύμβουλον, οἷον, ἐν δίκαις ῥητορικὸς ὢν, ἐν ἀρχαῖς πολιτευόμενος, ἐν πράξεσι φιλικῆς· συνελόντι δὲ εἰπεῖν, μηδενὸς ἀξιολόγου καὶ τιμὴν φέροντος ἔργου πρίσορῶν ἀπολειπόμενον, ἀλλὰ τῆς καλῆς πάντων κοινωνὸν ἀποφαίνων, ἐν χρόμενος παρόντι, καὶ πρίμένων ἀπόντα, ἐν ὅλως συνεμφαίνων ὅτι πρακτικὸς μὲν ἐγὼ ἥδιον αὐτὸς, πρακτικὸς δὲ μᾶλλόν ἐστι δόξης καὶ δυνάμεως, ὑθὲν ἑαυτῷ πρόσμεμος, ἐκείνῳ μεγάλα πρόσθησι.

ιδ'. Τῷ μὲ οὖν ὑπερέχοντι τοιαῦτά τις ἂν πρόσνέσῃ· τῷ δὲ λειπομένῳ πάλιν ὑποθυμητέον, ὡς ἐγὼ εἷς

B. 9. φιλικῆς] C. φιλικός. Neutrum placet.

palmam præripere fratri laboret, ſed concedat ei, inque multis rebus eum quam ſe plus valere fateatur, identidem invidiam, occaſione, velut materia igni, ſubtracta exſtinguet, immo ne exſiſtere quidem et conflari invidiam finet. Qui autem his ipſis in rebus, quibus ſe anteire novit, fratris operam conſiliumque adſciſcit, ut rhetoricæ peritus in agenda cauſa, civilis rationis gnarus in republica gerenda aut actionibus ad amicitiam pertinentibus, denique, ut verbo dicam, qui nulla in re memorabili et honorem conciliante fratrem ſuum omittit, ſed omnium pulchrorum eum ſocium facit, præſenti utitur, abſentem expectat, planeque id ſignificat, ſe non minus illo ad agendum idoneum, gloria tamen et facultate concedenda vincere: is nihil ſibi adimens, fratri magna addit ornamenta.

XIV. Atque hæc præcepta ſunto præſtantiori. Rurſum qui inferior eſt, cogitet

οὐδὲ μόνος αὐτῷ πλουσιώτερος ἢ λογιώτερος ἢ λαμπρότερος εἰς δόξαν ὁ ἀδελφός ἐστιν, ἀλλὰ πολλάκις πολλῶν ἀπολείπεται καὶ μυριάκις μυρίων,

Εὐρυόδειά γ' ὅσοι καρπὸν αἰνύμεθα χθονός.

Εἴτε δὲ πᾶσι φθονεῖ φθονῶν, εἴτε μόνος αὐτὸν οὐ τοσούτοις εὐτυχοῦσιν ὁ φίλτατος ἀνιᾷ καὶ ὁ συγγενέστατος, ὑποβολιμαίῳ ἑτέρῳ κακοδαιμονίας οὐ λέλοιπεν. Ὥσπερ οὖν Μέτελλος ᾤετο δεῖν Ῥωμαίους τοῖς θεοῖς χάριν ἔχειν ὅτι Σκιπίων οὐ ἑτέρᾳ πόλει, τοιοῦτος ὤν, οὐκ ἐγεννήθη· ἕτως ἕκαστος εὐχέσθω, μάλιστα μὲν αὐτὸς εὐτυχίᾳ διαφέρειν, εἰ δὲ μή, τὸν ἀδελφὸν αὑτῷ τιμῶν ζηλωμάλλῳ ἔχειν ὑποχωρῶν καὶ δύναμιν. Οἱ δὲ πολλοὶ ὅτου περιφάσιν ἀτυχεῖς πρὸς τὸ κακόν, ὥστε φίλοις μὲν οὐδόξοις ἀγάλλεσθαι, καὶ μέγα φρονεῖν ἂν ξένους ἡγεμονικοὺς καὶ πλουσίους ἔχωσι, τὰς δὲ τοῦ ἀδελφῶν λαμπρότητας, αὐτοῦ ἀμαυρώσεις νομίζειν· καὶ πατέρων μὲν εὐτυχίαις ἐπαίρεσθαι, καὶ στρατηγίαις προπάππων λεγομέ-

non unum ac ſolum fratrem ipſo locupletiorem, aut doctiorem, aut gloria ſplendidiorem eſſe, ſed innumeris,

Telluris amplæ qui fruuntur frugibus.

Quod ſi aut omnibus invidens obambulat, aut de tam multis beatis ſolus eum urit is, qui, ut ſanguine proximus, eſſe debuit cariſſimus; certe hoc infelicior nemo quiſpiam alius poſſit dici. Proinde ſicut Metellus cenſebat debere Romanos diis gratias agere, quod Scipio, cum talis eſſet, non alia in urbe exſtitiſſet: ita unuſquiſque in votis habere hoc præcipue debet, ut ipſe aliis poſſit felicitate anteire; ſin vero, fratri id optare excellentiæ, quod ipſe expetebat. Invenias autem ita infelices in rebus pulchris æſtimandis quoſdam, ut cum ob amicos illuſtres gaudio efferantur, multumque ſibi tribuant quod hoſpitio virorum principum ac divitum utantur; ſplendore fratrum ſuis offici luminibus iidem opinentur: cumque ob parentum res bene geſtas, proavorumve præturas, unde ad ipſos nullus redit fructus, ſeſe jactent, propter fratrum hæ-

ναις, ὧν οὐδὲν ἀπελαύσαν οὐδὲ μετέχον, ἀδελφῶν δὲ καὶ κληρονομίαις καὶ ἀρχαῖς καὶ γάμοις ἐνδόξοις ἀθυμεῖν καὶ ταπεινοῦσθαι. Καίτοι μάλιστα μὲν ἔδει μηδὲ ἄλλῳ φθονεῖν, εἰ δὲ μή, τρέπειν ἔξω, καὶ τοὺς ἑτέρους ἐπιχετεύειν τὸ βάσκανον, ὥσπερ οἱ τὰς ῥάσσας ῥέφαζε τοῖς πολεμίοις προϊέντες.

Πολλοὶ μὲν γάρ μοι Τρῶες, κλητοί τ' ἐπίκουροι·

πολλοί δ' αὖ σοι Ἀχαιοὶ φθονεῖν πεφύκασι καὶ ζηλοτυπεῖν.

F ιε'. Ἀδελφῷ δὲ χρὴ μή, καθάπερ πλάστιγγα, ῥέπειν ὑπὸ τἀναντίον, ὑψουμένῳ, ταπεινούμενον αὐτόν, ἀλλ' ὥσπερ τῶν ἀριθμῶν οἱ ἐλάττονες τοὺς μείζονας, πολλαπλασιάζοντες καὶ πολλαπλασιαζόμενοι, συναύξειν ἅμα καὶ συναύξεσθαι τοῖς ἀγαθοῖς. Οὐδὲ γὰρ τῶν δακτύλων ἔλαττον ἔχει τὸ γεφύροντος ἢ ψάλλοντος ὁ μὴ δυνάμενος τοῦτο ποιεῖν μηδὲ πεφυκώς, ἀλλὰ συγκινοῦνται

F. 1. Ἀδελφῷ] Revocavi ex Ald. Baſ. Xyl. quibuſcum conſentiunt A. C. Moſc. 2. Colleg. Nov. Vulgo, ἀδελφόν: quod Pol. Jannot. præbent; reliquis non repugnantibus.

F. 3. πολλαπλασιάζοντες καὶ πολλαπλασιαζόμενοι] Sic D. Vulgo, πολλαπλασιάζοντα καὶ πολλαπλασιαζόμενον.

reditates, magiſtratus, illuſtres nuptias, animo concidant, et ſint in mœſtitia. Atqui conveniebat omni prorſum vacare invidentia: aut ſi hoc fieri non poſſet, foras eam convertere, et in alios derivare, imitarique eos, qui ſeditionem e civitate in hoſtes transferunt.

Nam mihi ſunt multi Troës, ſociique vocati,
Inque vicem multi tibi ſunt de gente Pelaſga,

quibus invideas, cum quibus æmulationem exerceas.

XV. Non debent autem fratres lancium inſtar in trutina alter altero elato deprimi, humiliato extolli: ſed alter alterius bonis una augeri ac viciſſim ad creſcendum aliquid momenti adferre: quo pacto exigui numeri magnis ultro citroque multiplicando ſimul excreſcunt. Quippe etiam inter digitos is qui ſcribere aut pſallere neſcit, id ſciente non eſt deteriore conditione, ſed moventur una, et omnes

καὶ συνεργοῦσιν ἅπαντες ἀμοιρογήπους ἀλλήλοις, ὥσπερ ὀπί- 4
τηδες ἄνισοι γεγονότες, καὶ τὸ συλληπτικὸν ἐξ ἀντιθέσεως πρὸς τὸν μέγιστον καὶ ῥωμαλεώτερον ἔχοντες. Οὕτω καὶ Κρατερὸς Ἀντιγόνου βασιλεύοντος ἀδελφὸς ὢν, καὶ Κασάνδρου Περίλαος, ὀπὶ τὸ στρατηγεῖν καὶ οἰκουρεῖν, ἔταττον αὐτούς· Ἀντίοχοι δὲ καὶ Σέλευκοι, καὶ πάλιν Γρυποὶ καὶ Κυζικηνοὶ, τὰ δεύτερα λέγειν ὑ μαθόντες ἀδελφοῖς, ἀλλὰ πορφύρας καὶ διαδήματος ὀρεγόμενοι, πολλῶν μὲν αὐτοὺς κακῶν καὶ ἀλλήλους, πολλῶν δὲ τὴν Ἀσίαν ἐνέπλησαν. Ἐπεὶ δὲ τοῖς φιλοτίμοις μάλιστα τῶν ἡδῶν ἐμφύονται φθόνοι καὶ ζυλοτυπίαι πρὸς τοὺς πλέον ἔχοντας 5
ἢ δόξῃ καὶ τιμῇ, χρησιμώτατόν ὀστι πρὸς τοῦτο τοῖς ἀδελφοῖς τὸ μὴ κτᾶσθαι μήτε τὰς τιμὰς, μήτε τὰς δυνάμεις, ἀπὸ τ αὐτῶν, ἀλλ' ἕτερον ἀφ' ἑτέρου. Καὶ γὰρ τ θηρίων πόλεμός ὀστι πρὸς ἄλληλα τοῖς ἀπὸ τ αὐτῶν τρεφομένοις· καὶ τ ἀθλητῶν οἱ πρὸς ἓν ἄθλημα φέροντες, ἀνταγωνισταί· πύκται δὲ παγκρατιασταῖς φίλοι, καὶ δι-

quodammodo mutuas tradunt operas: tanquam dedita opera facti inæquales, itaque appoſiti, ut parvi majoribus adjumento eſſent. Sic Craterus Antigono fratre regnante, et Caſſandro Perilaus, ad munera legati obeunda, et adminiſtrationem rei familiaris ſeſe contulerunt. Contra Antiochi, Seleuci, Grypi, Cyziceni, cum non didiciſſent ſecundo a fratribus eſſe loco, ſed purpuras ac diademata appeterent, ſeipſos invicem, ipſamque adeo Aſiam multis calamitatibus oppleverunt. Cæterum quandoquidem ambitioſis præſertim ingeniis invidia atque obtrectatio incidit adverſus honore aut gloria præſtantes, utiliſſimum hoc loco fratribus eſt, ne ab iiſdem rebus honores dignitateſque petant, ſed alii ab aliis. Nam feræ quoque inter ſe pugnant, quæ alimentum iiſdem ex rebus captant: et adverſarii invicem ſunt athletæ, qui eidem certamini ſtudent: cum interim pugiles pancratiaſtis, et ſtadium currentes luctato-

λιχοδρόμοι παλαισταῖς εὐμενεῖς εἰσὶ, καὶ συναγωνιῶσι καὶ συναγάλλονται ὑπὲρ ἀλλήλων. Διὸ καὶ τῶν Τυνδαριδῶν, τὼ μὲν ὁ Πολυδεύκης ὤικει, δρόμῳ δὲ ὁ Κάστωρ. Εὖ δὲ καὶ τὸν Τεῦκρον Ὅμηρος πεποίηκεν ἀπὸ τῆς τέχνης εὐδοκιμοῦντα, τῷ ἀδελφῷ συστρατεύοντος ἐν τοῖς ὁπλίταις,

— ὁ δέ μιν σάκεϊ κρύπτασκε φαεινῷ.

Καὶ τῶν πολιτευομένων οἱ σφαλησόμενοι τοῖς δημαγωγοῦσιν οὐ πάνυ φθονοῦσιν, οὐδέ γε τῶν ῥητόρων οἱ δικολόγοι τοῖς σοφιστεύουσιν, οὐδὲ τῶν ἰατρῶν οἱ περὶ δίαιταν τοῖς χειρουργοῖς, ἀλλὰ καὶ συμπαραλαμβάνουσι καὶ συνεπιμαρτυροῦσι. Τὸ δὲ ἀπὸ τῆς αὐτῆς τέχνης ἢ δυνάμεως ζητεῖν ἔνδοξον εἶναι καὶ περίβλεπτον, οὐδὲν ἐν φαύλοις διαφέρει, τῷ μᾶς ἐρῶντας ἀμφοτέρους βέλεσθαι πλέον ἔχειν, καὶ μᾶλλον εὐδοκιμεῖν τοῦ ἑτέρου τὸν ἕτερον. Οἱ μὲν οὖν καθ' ἑτέρας ὁδοὺς βαδίζοντες ἠθὲν ἀλλήλους ὠφελοῦσιν· οἱ δὲ βίοις χρώμενοι διαφόροις, τόν τε φθόνον ἐκτέμνουσι, καὶ συνεργοῦσιν ἀλλήλοις μᾶλλον, ὡς Δημοσθένης

ribus faveant, ſtudioque et opera adſint. Ita etiam Tyndaridarum alter Pollux pugillatione, Caſtor alter curſu vincebat. Recte etiam Homerus Teucrum fecit arte ſagittandi inclytum, Ajace fratre inter gravis armaturæ pedites principe,

Illum qui clypeo ſplendente ſubinde tegebat.

Sic et in republica prætores oratoribus popularibus raro invident, et de oratoriam artem tractantibus cauſidici ſophiſtis, et de medicis ii qui victus rationem præſcribunt chirurgis: ſed mutuo ſe adjuvant atque commendant. At gloriam velle et admirationem captare eadem ex arte aut facultate, inter pravos perinde eſt, ac ſi duo aliqui eandem amantes mulierem, uterque plus altero placere laboret. Sane qui diverſis incedunt itineribus, nihil ſibi mutuo proſunt: qui autem vitæ genera ſectantur diverſa, ii et invidiam declinant, et facilius alter alteri eſt adjumento: quales fuerunt Demoſthenes et Cha-

ὁ Χάρης, ὁ πάλιν Αἰσχίνης καὶ Εὔβουλος, καὶ Ὑπερίδης καὶ Λεωσθένης, οἱ μὲν, λέγοντες ὑπὲρ τοῦ δήμου καὶ γράφοντες, οἱ δὲ, στρατηγοῦντες καὶ πράττοντες. Ὅθεν ἀπωτάτω δεῖ ταῖς ὑπὲρ δυμίαις τρέπεσθαι καὶ ταῖς φιλοτιμίαις τοῦ ἀδελφῶν, τὰς ἀφθόνως δόξης καὶ δυνάμεως κοινωνεῖν μὴ πεφυκόσι, ὅπως εὐφραίνωσιν εὐημεροῦντες ἀλλήλους, ἀλλὰ μὴ λυπῶσι.

ις'. Παρὰ πάντα δὲ ζῶντα φυλακτέον ὄντι κηδεστῶν, καὶ οἰκείων, καὶ γυναικός ἐστιν ὅτε, τῇ φιλοδοξίᾳ συνεπιπ- Ε
θεμοῦσιν, λόγους πονηρούς. "Ὁ ἀδελφὸς ἄγει καὶ φέ-
"ρει πάντα, καὶ θαυμάζεται καὶ θεραπεύεται· σοὶ δὲ
"οὐδεὶς προσέσεισιν, οὐδὲ ἔχεις σεμνὸν οὐδέν." Ἔχω μὲν οὖν, φαίη τις εὖ φρονῶν, ἀδελφὸν εὐδοκιμοῦντα, καὶ μέτεστί μοι τῆς ἐκείνου δυνάμεως τὸ πλεῖστον. Ὁ μὲν γὰρ Σωκράτης ἔλεγε, βούλεσθαι Δαρεῖον ἔχειν μᾶλλον φί-

D. 3. Αἰσχίνης—Λεωσθένης] Hiſtoriæ ratione corrigendum ac ſupplendum, Αἰσχίνης ὁ Φωκίων, ὁ Εὔβουλος ὁ Διοπείθης, ὁ Ὑπερίδης ὁ Λεωσθένης: auctore D. Ruhnkenio Hiſt. Crit. Or. Gr. p. 67.

E. 1. γυναικός] Ita D. Colleg. Nov. Vulgo, γυναικῶν.

res, rurſumque Æſchines et Eubulus, item Hyperides et Leoſthenes: cum alteri ad populum orarent et referrent, alteri exercitum ducerent ac res gererent. Itaque fratres, ubi citra invidiam communicare gloriam et potentiam nequeunt, quam longiſſime debent alter ab alterius ſtudiis et ambitione animum divertere: ut decore parto exhilarare mutuo, non moleſtia afficere poſſint.

XVI. Enimvero præter hæc omnia cavendum eſt ab affinium, domeſticorum, et uxoris adeo nonnunquam, pravis ſermonibus, qui nonnunquam ambitioni noſtræ ſtimulos adhibent. *Frater tuus*, aiunt, *omnia eſt, omnes eum admirantur et colunt: ad te nemo accedit, nullo es in honore.* Ego vero, dicat homo ſanæ mentis, fratrem habeo laude florentem, cujus ad me gloriæ maxima pars pertinet. Dixit quidem Socrates, *Malle ſe Darium habere amicum,*

λον, ἢ τὸ δαρεικόν· ἀδελφῷ δὲ νῦν ἔχοντι, καὶ πλούτου
F καὶ ἀρχῆς καὶ λογιότητος οὐκ ἔλαττον ἀγαθόν ἐστιν ἄρχων
ἀδελφός, ἢ πλουτῶν, ἢ λόγου δυνάμει πεφυκὼς εἰς
δόξαν. Ἀλλὰ ταύτας μὲν ὕστερον μᾶλλον τὰς ἀνωμαλίας
παρηγορητέον. Ἕτεραι δὲ εὐθὺς ἐγγίνονται διαφοραὶ
περὶ τὰς ἡλικίας ἀπαιδεύτοις ἀδελφοῖς. Ἐπιεικῶς γὰρ
οἵ τε πρεσβύτεροι τῶν νεωτέρων ἄρχειν ἀξιοῦντες ἀεὶ καὶ
πεφύκασθαι, καὶ πλέον ἔχειν ἐν παντὶ δόξης καὶ δυνά-
μεως, βαρεῖς εἰσι καὶ ἀηδεῖς· οἵ τε νεώτεροι πάλιν,
ἀφυιάζοντες καὶ θερσυνόμενοι, καταφρονεῖν καὶ ὀλιγωρεῖν
ἀσκοῦσιν· ὑπὸ δὲ τούτων, οἱ μὲν, ὡς φθονούμενοι καὶ κολου-
487 ὁμενοι, φεύγουσι καὶ δυσχεραίνουσι τὰς νουθεσίας· οἱ δ' ἀεὶ
τῆς ὑπεροχῆς ὀλισθάνοντας τῷ ὑπείκειν αὔξη-
σιν, ὡς αὐτῶν καταλύσιν. Ὥσπερ οὖν ὅτι τὸ χάριτος
ἀξιοῦσι, μείζονα τοὺς λαμβάνοντας ἡγεῖσθαι, μικροτέραν
δὲ τοὺς διδόντας· οὕτως ἄν τις τὸν χρόνον παρεμπέσῃ τῷ
μὲν πρεσβυτέρῳ μὴ μέγα νομίζειν, τῷ δὲ νεωτέρῳ μὴ μι-

quam Daricum. Sed fratri recte ſentienti non minori bono cedit frater magiſtratum gerens, dives, aut facundia clarus, quam ſi hæc ipſi obtigiſſent. Atque hoc potiſſimum modo iſtæ inæqualitates debent excuſari. Verum ætatis ratione aliæ inter non recte inſtitutos fratres incidunt ſtatim diſcordiæ. Etenim natu majores junioribus dum volunt imperare ac præeſſe, omnique in re eos gloria et potentia anteire, moleſti ſunt et injucundi: contraque minores frænum averſando et ferociendo ad deſpectum et contemtum majorum ſe adſuefaciunt: hinc fit, ut et juniores fugiant, ægreque ferant admonitiones majorum, invideri ſibi, ſeque opprimi ab iis putantes: et natu majores excellentiam undiquaque affectantes, minorum incrementa timeant, tanquam ipſos dejectura. Enimvero ſicut in beneficio volunt gratiam ab hoc qui eam init minorem, ab eo in quem confertur majorem æſtimari: ita ſi quis præcipiat majori ut ne magnum aliquid putet eſſe ætatem, mi-

χρὴν, ὑπερφίας καὶ ἀμελείας καὶ τῦ καταφρονεῖσθαι καὶ καταφρονεῖν ἀμφοτέρους ἀπαλλάξειεν. Ἐπεὶ δὲ τῷ μὲν πρεσβυτέρῳ τὸ κήδεσθαι καὶ καθηγεῖσθαι καὶ νηθετεῖν προσῆκόν ἐστι, τῷ δὲ νεωτέρῳ τὸ τιμᾶν καὶ ζηλοῦν καὶ ἀκολουθεῖν, ἡ μὲν ἐκείνε κηδεμονία τὸ ἑταιρικὸν μᾶλλον ἢ τὸ πατρικὸν ἐχέτω, καὶ τὸ σεῖσον ἢ τὸ ὀπιτάτιον, καὶ τὸ χαῖρον ὀπὶ τοῖς κατορθώμασι καὶ κατευφημῶν, τῦ ψέγοντος ἂν ἁμάρτῃ καὶ κολούοντος, μὴ μόνον προθυμότερον, ἀλλὰ καὶ φιλανθρωπότερον· τῷ δὲ τῦ νεωτέρυ ζήλῳ, τὸ μιμεῖσθαι ἑπέσθω, μὴ τὸ ἀμιλλώμενον. Θαυμάζοντος γὰρ ἡ μίμησις, ἡ δὲ ἄμιλλα φθονοῦντός ἐστι. Διὸ τὰς μὲν ὁμοιοῦσθαι βουλομένυς ἀγαπῶσι, τὰς δὲ ὑπερίστασθαι, πέζῃσι καὶ χαλεπῶσιν. Ἐν πολλαῖς δὲ τιμαῖς ἃς πρέπει τοῖς νέοις ὑποτίθεσθαι τοῖς πρεσβυτέροις, τὸ πειθαρχεῖν εὐδοκιμεῖ μάλιστα, καὶ κατεργάζεται μὴ αἰδῦς, εὔνοιαν ἰσχυρὰν, καὶ χάριν ἀνθυπεύσασαν. Ἢ καὶ Κάτων τὸν Καπίωνα πρεσβύτερον ὄντα θεραπεύων εὐθὺς ἐκ παίδων εὐπειθείᾳ καὶ πραότητι καὶ σιωπῇ,

nori ut ne parvum, utrumque deſpectu, neglectu, contemtuque alterius liberaverit. Et quoniam majori curam gerere, præire, caſtigare, convenit, minori honorare, imitari, ſequi: procuratio ſocialis magis eſto quam paterna, pluſque perſuadendo quam imperando agat, multoque et alacrior et humanior ſit in gratulatione et collaudatione rectę factorum, quam in culpandis plectendiſque delictis: et minoris æmulationi adeſto non concertatio, ſed imitatio. Hæc enim eſt admirantis, illa invidentis. Unde eſt, ut amentur, qui ſimiles fieri ſtudent: ægre tolerentur et reprimantur, qui æquari contendunt. Inter multa, quæ honoris gratia deferre minores natu majoribus debent, maxime laudatur obedientia: quæ cum reverentia validam gignit benevolentiam, gratiamque viciſſim obſequentem. Hac ratione Cato Capionem ætate priorem a puero demerens obedientia, manſuetudine, et ſilentio, tandem in virili ætate

τέλος ὕπως ἐπ' ἀνθράσιν ἐχφρώσατο καὶ τοσαύτης ἐέπλησεν αἰδοῦς τοὺς ἑαυτόν, ὡς μήτε τοξῆξαί τι, μήτε εἰπεῖν ἀγνοοῦντος ἐκείνου. Μνημονεύεται γοῦν ὅτι μαρτυρίας ποτὲ γραμματεῖον ὑπισφραγισαμένου τοῦ Καπίωνος, ὁ Κάτων ὕστερος ἐπελθὼν, οὐκ ἠθέλησεν ὑπισφραγίσασθαι· καὶ ὁ Καπίων ἀπαιτήσας τὸ γραμματεῖον ἀφεῖλε τὴν
D αὑτοῦ σφραγῖδα, πρὶν ἢ πυθέσθαι τί παθὼν ὁ ἀδελφὸς οὐκ ὑπίστευσεν ἀλλ' ὑπώπτευε τὴν μαρτυρίαν. Φαίνεται δὲ πολλὴ καὶ τοῖς Ἐπίκουρον ἡ αἰδὼς τῶν ἀδελφῶν, δι' εὔνοιαν αὐτοῦ καὶ κηδεμονίαν, εἴς τε τἆλλα, καὶ φιλοσοφίαν τὴν ἐκείνου συνευδοκιμοῦντων· καὶ γὰρ, εἰ δύμαρτον δόξης εὐθὺς οὐ παίδων ὑπεισμύοι καὶ λέγοντες, ὡς οὐδεὶς γέγονεν Ἐπικούρου σοφώτερος, ἄξιόν ἐστι θαυμάζειν καὶ τοῦ λεχθέντος οὕτως, καὶ τῶν λεχθέντων. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῶ νεωτέρων φιλοσόφων Ἀπολλώνιος ὁ Περιπατητικὸς ἤλεγξε τὸν οἰόμενον δόξαν ἀκοι-

ita ſuum fecit, tantamque ſui in ejus animo excitavit reverentiam, ut ipſo ignorante nihil egerit Capio, nihil dixerit. Memoriæ mandatum eſt, cum tabellas teſtimonii quodam tempore obſignaſſet Capio, Catonem qui poſtea ſuperveniſſet, addere ſuum ſigillum noluiſſe: tum Capionem repetiiſſe tabellas, ſigillum abſtuliſſe ſuum, priuſquam intelligeret qua de cauſa frater non credidiſſet, et teſtimonium ſuſpectum habuiſſet. Conſpicua eſt etiam magna fratrum erga Epicurum reverentia, ipſius procuratione et benevolentia parta, cum aliis in rebus, tum quod philoſophandi rationem ejus quaſi divino quodam perciti furore ſectati ſunt: nam tametſi opinionis errore decepti ſunt, ſtatim a teneris unguiculis pro certo hoc habentes et profitentes, *Neminem exſtitiſſe Epicuro ſapientiorem*; tamen dignum eſt mirari et eum qui ipſos ſic animavit, et ipſos ita affectos. Sed et de recentioribus philoſophis Apollonius Peripateticus refutavit eum, qui gloriam communicari poſſe nega-

νώμων εἶναι, Σωτίωνα νεώτερον ἀδελφὸν αὐτῷ ποιήσας ἔ
ενδοξότερον. Ἐμοὶ μὲν γὰρ ὅτι πολλῶν ἀξίων χάριτος
ὀφείλω τῆς τύχης γεγονότων, ἡ Τίμωνος εὔνοια τῷ ἀδελ-
φῷ πρὸς ἅπαντα τἄλλα γέγονε καὶ ἔστιν, οὐδεὶς ἀγνοεῖ
τῶν ὁπωσοῦν συντετυχηκότων ἡμῖν, ἥκιστα δὲ οἱ συνήθεις
ὑμεῖς.

ιζ. Ἕτερα τοίνυν ταῖς ἀδελφικαῖς καὶ συνεγγυς
ἡλικίαις τῶν ἀδελφῶν φυλακτέον ὀξὺ πάθη, μικρὰ μέν,
συνεχῆ δὲ καὶ πολλὰ, καὶ πονηρὸν ποιοῦντα τὸ λυπεῖν
καὶ παροξύνειν ἑαυτούς· ὅτι πᾶσι μελέτω, τελευτῶσαν
εἰς ἀνήκεστα μίσην καὶ κακοθυμίας. Ἀρξάμενοι γὰρ ὅτι
παιδιᾶς διαφέρεσθαι, περὶ τροφὰς ζώων καὶ ἀγῶνας, ἔ
οἷον ὀρτύγων ἢ ἀλεκτρυόνων, εἶτα παίδων ἐν παλαίστραις,
καὶ κυνῶν ἐν θήρᾳσι, καὶ ἵππων ἐν ἁμίλλαις, οὐκέτι
κρατεῖν ἐν τοῖς μείζοσιν, οὐδὲ καταπαύειν τὸ φιλόνεικον
δύνανται καὶ φιλότιμον. Ὥσπερ Ἑλλήνων οἱ κατ'
ἡμᾶς δυνατώτατοι, περὶ αὐλοὺς ὀρχηστῶν, εἶτα κιθαρῳ-

verat, cum Sotioni fratri ſuo natu minori decus honoremque conciliaſſet. Mihi quidem ipſi quum multa obtigerint, ob quæ Fortunæ gratias agere debeo, omnium inſtar eſſe Timonis fratris benevolentiam, nemo eorum ignorat, qui quovis modo mecum rem habuit, minime omnium vos familiares mei.

XVII. Sunt porro fratribus ætate propinquis etiam alia quædam cavenda, exigua quidem hæc, ſed continentia et crebra, pravumque invicem offendendi irritandique ſtudium ingenerantia, quod in immedicabile odium, extremamque abit malevolentiam. Orſi enim a contentionibus de rebus ludicris, puta de alendis animalibus, et eorum pugnis, ut coturnicum et gallorum, deinde certaminibus puerorum in palæſtra, canum in venatione, et equorum in circis, continere ſe in majoribus rebus poſtmodo, et cupiditatem contendendi ambitioſam reprimere non poſſunt. Ita Græcorum noſtra ætate potentiſſimi ſtudiis hiſtrionum, mox citharœdorum diverſis,

δῶν ἁμιλλάντες, ἐκ τούτου τὰς ἐν Αἰδήλῳ κολυμβήθρας καὶ παιδάδας καὶ ἀνδρῶνας ἀντιφιλοκάλλοντες ἀεὶ καὶ τοπομαχοῦντες, καὶ ἀποκόπτοντες ὀχετοὺς καὶ ἀπο-
488 τρέφοντες, ὥστε ἐξηγριώθησαν καὶ διεφθάρησαν, ὥστε πάντων ἀφαιρεθέντες ὑπὸ τοῦ τυράννου, καὶ φυγάδες καὶ πένητες, καὶ, ὀλίγου δεῖν λέγειν, ἕτεροι πρὸ τοῦ γενόμενοι, μόνῳ διέμειναν οἱ αὐτοὶ πρὸς μισεῖν ἀλλήλους. Ὅθεν ἐκ ἧκιστα δεῖ τοὺς μικρὰ καὶ τοιαῦτα προσδυσμενῆ τῇ πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς φιλονεικίᾳ καὶ ζηλοτυπίᾳ διαμάχεσθαι, μελετῶντας ἀνθυπείκειν καὶ ἡττᾶσθαι, καὶ χαίρειν τῷ χαρίζεσθαι μᾶλλον αὐτοῖς, ἢ τῷ νικᾶν. Οὐ γὰρ ἑτέραν οἱ παλαιοὶ Καδμείαν νίκην, ἀλλὰ τὴν πρὸς Θήβας τὰς ἀδελφῶν, ὡς αἰσχίστην καὶ κακίστην, προσηγόρευσαν. Τί οὖν; ἐκὶ πολλὰς τὰ πράγ-
B ματα τοῖς ὀρθίως ἔχειν δοκοῦσι καὶ πράως, φέρει προφάσεις ἀντιλογιῶν καὶ διαφορῶν; Καὶ μάλα· ἀλλὰ

F. 7. Αἰδήλῳ] Sic D. Mex. Vulgo, Ἐδήλῳ.

in diſcordiam prolapſi, deinde de lavacris Ædepſiis, cœnaculis, et conclavibus altercantes identidem, atque de locis pugnantes, et aquæductus incidentes atque alio avertentes, ita ad extremum efferati ſunt atque perditi, ut omnibus bonis a tyranno ſpoliati, ac pauperes et exſules, adeoque tantum non alii quam fuerant ante facti, non niſi mutuo odio iidem manſerint. Ergo æmulationi et contentioni cum fratribus in rebus vilibus et primo occurrentibus ſe inſinuanti, non levi opera eſt reſiſtendum, meditandumque eſt ut concedere et vinci diſcamus, gaudeamuſque gratificando iis potius, quam ſuperando. Non enim Cadmeam victoriam priſci aliam, quam fratrum apud Thebas, ut turpiſſimam et peſſimam, appellaverunt. Quid? inquies: nonne etiam his qui placido et moderato ſunt animo, ipſæ res ſæpenumero anſam præbent diſſenſionis et contradicendi?

κρίνει φυλακτέον ὅπως τὰ πρόγματα μάχηται καθ' ἑαυτά, μηδὲν ἐκ φιλονεικίας μηδὲ ὀργῆς πάθος, οἷον ἄγκιστρον, προσθέντας, ἀλλ' ὥσπερ ὀπὶ ζυγῷ τῷ δικαίῳ τὸ ῥοπεῖον κοινῶς ἐπισκοποῦντας, καὶ τάχιστα ταῖς κρίσεσι καὶ ταῖς διαίταις τὴν ἀμφιλογίαν προδιδόντας, ἐπικαθῆραι, πρὶν σκῦσαν, ὥσπερ βαφὴν ἢ κηλῖδα, δυσοποιὸν γενέσθαι καὶ δυσέκπλυτον· εἶτα μιμεῖσθαι τοὺς Πυθαγορικούς, οὐ γένει μισθὸν προσποιοῦντες, ἀλλὰ κοινῷ λόγῳ μετέχοντες, C ἔνιοτε προσκρούειν εἰς λοιδορίας ὑπ' ὀργῆς, πρὶν ἢ τὸν ἥλιον δῦναι, τὰς δεξιὰς ἐμβάλλοντες ἀλλήλοις καὶ ἀσπασάμενοι διελύοντο. Καθάπερ γὰρ ὀπὶ βουβῶνι πυρετῷ γενομένῳ, δεινὸν οὐθέν ἐστιν, ἂν δὲ παυσαμένου προσμένῃ, νόσος τίς ἐστι δοκεῖ καὶ βαθυτέραν ἔχειν ἀρχήν· ὅπως ἀδελφῶν ἢ μὴ τὸ πρᾶγμα παυομένη διαφορά, τοῦ πράγματός ἐστι, τῆς δ' ὀπιμενούσης προφάσεως ἴδιον τὸ πρᾶγμα μοχθηρόν τε καὶ ὕπουλον αἰτίαν ἔχον.

ιη'. Ἄξιον δὲ πυθέσθαι βαρβάρων ἀδελφῶν διά- D

Omnino quidem. Sed hic quoque curandum eſt ut contentio ſit cauſarum, neque ab ira aut contendendi ſtudio iis quidam veluti uncus inſeratur. Jus veluti pro bilance adhibendum eſt, et communi cura ejus momentum conſiderandum: ac controverſia judicio ſtatim arbitriſque permiſſa, ex animo eluenda prius eſt, quam nævum aliquem aut maculam inhærentem et expurgatu difficilem imprimat. Imitandique ſunt hoc loco Pythagorei, qui non generis, ſed doctrinæ duntaxat ſocietate juncti, ſi quando per iram ad maledicta prorupiſſent, ante Solis occubitum dextris mutuo datis et ſalutatione facta gratiam redintegraverunt. Nam ſicut buboni febris ſuperveniens nihil habet mali: bubone autem ſublato remanens, morbus videtur eſſe, et profundius habere principium: ſic diſcordia fratrum re confecta deſinens, ipſius eſt rei: poſt rem manentis tantum præſcriptio fuit res ipſa, alia prava et occulta cauſa.

XVIII. Operæ eſt pretium in præſentia diſceptationem

δικαίαν, ἐ περὶ γῆς μερίδος, οὐδ' ἐπ' ἀνδραπόδοις ἢ περβατοῖς γενομένην, ἀλλὰ περὶ τῆς Περσῶν ἡγεμονίας. Δαρείου γὰρ ἀποθανόντος, οἱ μὲν ἡξίουν Ἀριαμένην βασιλεύειν, πρεσβύτατον ὄντα τῆς γενεᾶς, οἱ δὲ Ξέρξην, Ἀτόσσης τε μητρὸς ὄντα τῆς Κύρου θυγατρὸς, ἔκ τε Δαρείου βασιλεύοντος ἤδη γεγενημένον. Ἀριαμένης μὲν οὖν καταβαίνει ἐκ Μήδων, ἐ πολεμικῶς, ἀλλ' ὡς ἐπὶ δίκην ἰούσης. Ξέρξης δὲ παρὼν ἐπεμέλειτο ἅπερ ἐπὶ βασιλεῖ πρέποντα· ἐλθόντος δὲ τοῦ ἀδελφοῦ, εἰς τὸ διάδημα, ἐ καταβαλὼν τὴν πάραν ἣν φορῶσιν ὀρθὴν οἱ βασιλεύοντες, ἀπέστησεν αὐτὸν, καὶ ἀπασάμενος, καὶ δῶρα πέμπων, ἐκέλευσεν εἰπεῖν τοὺς κομίζοντας, Τούτοις σε νῦν τιμᾷ Ξέρξης, ὁ ἀδελφός· ἂν δὲ βασιλεὺς κρίσῃ ἐ ψήφῳ Περσῶν ἀναγορευθῇ, δίδωσί σοι δευτέρῳ μετ' ἑαυτὸν εἶναι. Καὶ ὁ Ἀριαμένης, Ἐγὼ δὲ, ἔφη, τὰ μὲν δῶρα δέχομαι, βασιλείαν δὲ τὴν Περσῶν ἐμαυτῷ νομίζω πρέπειν· τιμὴν δὲ τὴν μετ' ἐμὲ τοῖς ἀδελφοῖς φυλάξω, Ξέρξῃ δὲ πρώτῳ τῶν ἀδελφῶν. Ἐπεὶ δὲ ἡ κρίσις ἐγένετο, Πέρ-

audire barbarorum fratrum, non de particula eam agelli, aut mancipiis, vel pecore, ſed de regno Perſiæ. Mortuo Dario, alii regnum Ariameni, ut de filiis ejus natu maximo deferebant, alii Xerxi, qui ex Atoſſa filia Cyri, Dario jam regnum gerente, natus erat. Deſcendit itaque Ariamenes e Media, non bellico apparatu, ſed placide ad judicium. Xerxes, qui præſens ea agebat quæ erant regis, veniente fratre, depoſito diademate, et dejecta tiara quam erectam ferunt reges, occurrit fratri eumque ſalutavit, ac dona mittens, dicere eos qui portabant juſſit, *His te nunc honorat Xerxes frater tuus, qui ſi rex judicio et ſuffragio Perſarum declarabitur, proximum tibi a ſe locum tribuit.* Reſpondit Ariamenes, *Ego dona quidem accipio, regnum autem in Perſas mihi cenſeo deberi, honorem tamen fratribus meis minoribus ſervabo ſuum, et primo inter fratres Xerxi.* Inſtante porro judicii die, Perſæ communi ſententia Artabanum

σαι μὴν Ἀρτάβανον ἀδελφὸν ὄντα Δαρείου, δικαστὴν ἀπέφηναν, δέξαι αὐτοῖς· Ξέρξης δ' ἔφθιγεν ἐπ' ἐκείνου F
χριθῆναι τῷ πλήθει πεποιθώς. Ἄτοσσα δὲ ἡ μήτηρ ἐπέπληξεν αὐτῷ, Τί φεύγεις Ἀρτάβανον, ὦ παῖ, θεῖον ὄντα καὶ Περσῶν ἄριστον; τί δὲ ὅτως τὸ ἀγῶνα δέδοικας, ἐν ᾧ καλὰ κἀγαθὰ τὰ δευτερεῖα, Περσῶν βασιλέως ἀδελφὸν κληθῆναι; Πειθέντος οὖν Ξέρξου, καὶ γνομένων λόγων, Ἀρτάβανος μὲν ἀπεφήνατο Ξέρξῃ τὴν βασιλείαν προσήκειν· Ἀριαμένης δὲ εὐθὺς ἀναπηδήσας προσεκύνησε τὸν ἀδελφόν, καὶ λαβόμενος τῆς δεξιᾶς, εἰς τὸν θρόνον ἐκάθισε τὸν βασίλειον. Ἐκ τούτου μέγιστος ἦν παρ' αὐτῷ, καὶ παρεῖχεν εὐνοιαν ἑαυτόν· ὥστε ἀριστεύσαντα ἐν τῇ πρὸς Σαλαμῖνα ναυμαχίᾳ, πεσεῖν ὑπὲρ τὸ ἐκείνου δόξης. Τοῦτο μὲν οὖν ὥσπερ ἀρχέτυπον ἐκκείσθω καλὸν 489
καὶ ἀμώμητον εὐμενείας καὶ μεγαλοφροσύνης. Ἀντιόχου δὲ τὴν μὲν φιλαρχίαν ψέξειεν ἄν τις, ὅτι δὲ οὐ παντάπασιν αὐτῇ τὸ φιλάδελφον ἐπηνίσθη, θαυμάσειεν. Ἐπολέμει γὰρ ὑπὲρ τῆς βασιλείας Σελεύκῳ

judicem deſignaverunt. Hic Xerxi, quod multitudini fideret, judicem recuſanti Atoſſa objurgans, *Quid fugis*, inquit, *Artabanum patruum et Perſarum optimum, fili? idque certamen metuis, in quo præclarum eſt, ſi vincare, fratrem regis Perſarum ſecundo te loco vocari?* Xerxe obtemperante, et cauſa cognita, Artabanus pronunciavit Xerxi regnum convenire. Ariamenes autem ſtatim proſiliens fratrem adoravit, dextraque apprehenſum in ſolium regium collocavit. Exinde primo apud eum loco habitus, benevolum ſe præbuit; ita quidem, ut pro gloria fratris navali apud Salaminam prœlio præclare pugnans ceciderit. Atque hoc tanquam purum et inculpabile exemplar benevolentiæ et magnanimitatis propoſitum eſto. Antiochi vero ut cupiditatem regnandi jure vituperaveris, ita amorem erga fratrem non plane ea obrutum mirari decet. Bellum Antiochus regni

νεώτερος ὢν ἀδελφὸς, καὶ τὴν μητέρα συλλαμβάνουσαν εἶχεν· ἀγωνιζόντος δὲ τοῦ πολέμου, μάχῃ ὁ Σέλευκος Γαλάταις συνάψας, καὶ ἡττηθεὶς, ἠδαμοῦ φανερὸς ἦν, ἀλλ' ἔδοξε τεθνάναι, πάσης ὁμοῦ τι τῆς στρατιᾶς ὑπὸ
B τῶν βαρβάρων κατακοπείσης. Πυθόμενος οὖν Ἀντίοχος, τὴν πορφύραν ἔθετο, καὶ φαιὸν ἱμάτιον ἔλαβε, καὶ τὰ βασίλεια κλείσας, ἐπένθει τὸν ἀδελφόν· ὀλίγῳ δὲ ὕστερον ἀκούσας ὅτι σώζεται καὶ δύναμιν αὖθις ἑτέραν ἀθροίζει, τοῖς τε θεοῖς ἔθυσε προσελθών, καὶ ταῖς πόλεσιν ὧν ἦρχε ζῆν καὶ στεφανηφορεῖν ἐπήγγειλεν. Ἀθηναῖοι δὲ τὸν περὶ τῆς ἔριδος τῶν θεῶν μῦθον ἀτόπως πλάσαντες, ἐπανόρθωμα τῆς ἀτοπίας οὐ φαῦλον ἐπέμιξαν αὐτῷ· τὴν γὰρ δευτέραν ἱσταμένου τοῦ Βοηδρομιῶνος, ὡς ἐν ἐκείνῃ τῷ Ποσειδῶνι πρὸς τὴν Ἀθηνᾶν γενομένης τῆς διαφορᾶς. Τί οὖν κωλύει καὶ ἡμᾶς ἐν διαφορᾷ
C ποτε πρὸς οἰκείους καὶ συγγενεῖς γενομένους, ἐν ἀμηχανίᾳ

A. 9. ἡμῶν τι] Sumſi ab A. Moſc. 1, 2. Vulgo τι deeſt.

cauſam faciebat Seleuco fratri, minor ipſe ætate, matre auxilium ferente. Vigente eo bello, pugna cum Galatis congreſſus Seleucus, et victus, nuſquam apparebat, credebaturque periiſſe, toto exercitu a barbaris occidione occiſo. Antiochus hoc nuncio allato, purpuram depoſuit, pullaque ſumta veſte, et clauſa regia fratrem luxit: paulo poſt audito eum vivere et alium exercitum colligere, progreſſus Diis ſacrificavit, urbibuſque ſibi ſubjectis imperavit ut ſacrificarent et ſerta gererent. Athenienſes, quanquam fabulam de Deorum contentione abſurde finxerunt, inſeruerunt tamen iſtius abſurditatis correctionem minime ineptam: ſecundam enim diem menſis Boëdromionis ſemper eximunt, quod ea die cum Minerva Neptuno fuerit contentio. Quid ergo obſtat, quo minus et nos aliquando cum domeſticis, cognatiſque altercati, iſtum diem oblivioni con-

τὴν ἡμέραν ἐκείνην πίπτειν, ἢ μίαν τοῦ ἀποφέρειν νομίζειν· ἀλλὰ μὴ πολλῶν καὶ ἀγαθῶν ἐν αἷς συνετράφημεν καὶ συνεδιώσαμεν ἡμερῶν, μίαν ὀπισθαγορεῖσθαι; Ἡ γὰρ μάτην καὶ παρὸς οὐδὲν ἡ φύσις ἡμῖν ἔδωκε παροξυντικὰ καὶ μετριοπαθείας ἔκγονον ἀνεξικακίαν ἢ μᾶλλον χρηστὸν τούτοις παρὸς συγγενεῖς καὶ οἰκείους. Οὐκ ἔστιν δὲ τῷ δίδυμα συγγνώμην ἁμαρτήσει, τὸ αὐτεῖσθαι καὶ λαμβάνειν αὐτὸς ἁμαρτόντας, εὔνοιαν ἐμφαίνει καὶ φιλοστοργίαν. Ὅθεν ὀργιζομένων τε δεῖ μὴ ἀμελεῖν, καὶ παροξυνομένοις μὴ ἀντιτείνειν· ἀλλὰ τὴ φθάνειν πολ- D λάκις ἁμαρτόντας αὐτὸς τῇ παροξύνσει τὴν ὀργήν, ἀδικηθέντας τε πάλιν αὖ τῇ συγγνώμῃ τὴν παροξύνσιν. Ὁ μὲν οὖν Σωκρατικὸς Εὐκλείδης ἐν ταῖς ὁρμαῖς σφοδρότερός ἐστιν, ὅτι φωνὴν ἀκούσας ἀγνώμονα καὶ θηριώδη τοῦ ἀδελφοῦ, παρὸς αὐτὸν ἐκπόντος, Ἀπολοίμην ἐγώ μή σε τιμωρησάμενον, Ἐγὼ δέ, εἶπεν, εἰ μή σε πείσαιμι παύσασθαι τῆς ὀργῆς, καὶ φιλεῖν ἡμᾶς ὡς πρότερον ἐφίλεις.

D. 3. αὖ τῇ] Sic A. C. Moſc. 1. 2. Vulgo αὐτῇ.

ſecremus, ac pro atro cenſeamus, niſi ſi malumus multorum ac lætorum dierum, quibus una educati ſumus et viximus, memoriam abjicere? Nam aut fruſtra et nullius rei gratia nobis largita eſt natura manſuetudinem, et moderationis animi progeniem tolerantiam malorum: aut maxime his utendum eſt adverſus cognatos et familiares. Jam petere gratiam delicti non minorem demonſtrat benevolentiam atque amorem, quam eam facere peccanti. Ergo neque negligere debemus ira commotos, et deprecantibus nequaquam repugnare: ſed et ipſi, ubi quid offendimus, antevertere deprecatione iram: et ipſam, ubi nos ſumus læſi, deprecationem, danda venia. Celebris eſt in ſcholis fama Euclidis Socratici, quod audita iniqua et belluina voce fratris, qui diceret, *Peream, niſi te ulciſcar*, reſpondit: *Ego vero peream, niſi tibi perſuaſero, ut poſita ira nos ames ſicut*

Τὸ δὲ Εὐμένους τοῦ βασιλέως ἔργον, οὐ λόγος, ὑπὸ θεοῦ
E λιὼ πραότητος ἀδεμίαν ἀπολέλοιπε. Περσεὺς γὰρ
ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς ἐχθρὸς ὢν αὐτῷ, παρε-
σκεύασε τοὺς ἀποκτενοῦντας· οἱ δὲ περὶ Δελφοὺς ἐνήδρευ-
ον, ἀρθέντι βαδίζοντα πρὸς τὸν θεὸν ἀπὸ θαλάσσης·
γενόμενοι δὲ ὄπισθεν αὐτοῦ, λίθους μεγάλους ἐμβάλλουσιν
εἰς τε τὸν κεφαλὸν καὶ τὸν τράχηλον, ὑφ' ὧν σκοτω-
θεὶς καὶ πεσών, ἔδοξε τεθνάναι· καὶ περιῆλθε φήμη πα-
ραχρῆμα, καὶ φίλοι τινὲς ἀφίκοντο καὶ θεράποντες εἰς Πέρ-
γαμον, αὐτάγγελοι τοῦ πάθους ἥκειν δοκοῦντες. Ἄτταλος
F οὖν ὁ πρεσβύτατος αὐτῶν τῶν ἀδελφῶν, ἀνὴρ ἐπιεικὴς καὶ
περὶ τὸν Εὐμένη πάντων ἄριστος, οὐ μόνον βασιλεὺς
ἀνηγορεύθη ἀφ' ἁρπασάμενος, ἀλλὰ καὶ τὴν γυναῖκα τοῦ
ἀδελφοῦ Στρατονίκην ἔγημε καὶ συνῆλθεν. Ἐπεὶ δὲ
ἀπηγγέλη ζῶν ὁ Εὐμένης, καὶ πρεσβεύει, θεὶς τὸ ἀφά-
δημα, καὶ λαβὼν, ὥσπερ εἰώθει, τὰ δορύφορα, μετὰ τῶν
ἄλλων ἀπήντησεν αὐτῷ δορυφόρων. Ὁ δὲ καὶκεῖνον εὐμε-

olim. At regis Eumenis non dictum, ſed factum, tale eſt quo nullum inveniri poſſit magis manſuetum. Huic Eumeni Perſeus Macedoniæ rex inimicus, ſubmiſerat qui interficerent: hi cum ſentirent a mari terra proficiſcentem Eumenem ad oraculum, ex inſidiis retro hominem adorti, ingentes lapides in caput et collum conjecerunt, ita ut vertigine circumactus corrueret, mortuuſque putaretur: atque fama hæc late ſparſa fuit, ita ut amici quidam et famuli Pergamum venientes, nuncium rei abs ſe viſæ adferre crederentur. Proinde Attalus fratrum Eumenis natu maximus, moderatus homo, et qui erga fratrem ſe geſſiſſet optime, non modo rex creatus, et diademate ornatus fuit: ſed et uxorem fratris Stratonicam duxit, cumque ea concubuit. Sed poſtquam narratum eſt vivere Eumenem, et adventare, poſito Attalus diademate, ſumto haſtili pro more ei obviam cum reliquis ivit ſtipatoribus. Quem Eu-

νῶς ἐδεξιώσατο, καὶ τὴν βασίλισσαν ἠσπάσατο μετὰ τιμῆς καὶ φιλοφροσύνης· καὶ χρόνον οὐκ ὀλίγον ἐπιβιώσας, ἀμέμπτως καὶ ἀνυπόπτως ἀπέθανε, τῷ Ἀτάλῳ τήν τε βασιλείαν καὶ τὴν γυναῖκα παρεγγυήσας. Τί οὖν ἐκεῖνος; ἀποθανόντος αὐτοῦ, παιδίον θῆλυ ἐν οἷς τῆς γυναικὸς ἀνελέσθαι ἠθέλησε, τεκούσης πολλάκις· ἀλλὰ 490
τὸν ἐκείνου παῖδα θρέψας καὶ ἀνδρώσας, ἔτι ζῶν ἐπέθηκε τὸ διάδημα, καὶ βασιλέα προσηγόρευσεν. Ἀλλὰ Καμβύσης ἐξ ὀνύπνιον φοβηθεὶς ὡς βασιλεύσοντα τῆς Ἀσίας τὸν ἀδελφὸν, ὑπόνοιαν ἀποδείξιν, οὐδὲ ἔλεγχον ἀναμείνας, ἀπέκτεινεν. Ὅθεν ἐξέπεσε τῆς Κύρου διαδοχῆς ἡ ἀρχὴ, τελευτήσαντος αὐτοῦ, καὶ τὸ Δαρείου γένος ἐβασίλευσεν, ἀνδρὸς οὐ μόνον ἀδελφοῖς ἀλλὰ καὶ φίλοις ἐπιστομίζειν κοινωνεῖν πραγμάτων καὶ δυνάμεως.

ιθ'. Ἐπὶ τούτῳ ἐκεῖνο δεῖ μνημονεύειν ἐν ταῖς πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς διαφοραῖς καὶ φυλάττειν, τὸ τοῖς φίλοις Β
αὐτοὺς ὁμιλεῖν καὶ πλησιάζειν τότε μάλιστα· φεύγειν δὲ

menes et amice amplexus eſt, et reginam honorifice ac ſplendide ſalutavit: cumque non exiguum temporis ſupervixiſſet, abſque ulla reprehenſione aut ſuſpicione extremum vitæ diem morte confecit, Attalo et regnum et uxorem ſuam cum legaſſet. Quid autem Attalus? multis ex uxore ſibi natis liberis, nullum ſuſtulit: ſed Eumenis filium educavit, eique virilem ætatem adepto, vivus diadema impoſuit, regiſque nomen detulit. At Cambyſes ſomnio territus, fratrem ſuum, quem regem Aſiæ futurum erat imaginatus, nulla interpoſita quæſtione, nulla demonſtratione, interfecit. Quo factum eſt ut, ipſo mortuo, regnum a ſtirpe Cyri in Darium tranſferretur ejuſque poſteritatem, qui non fratres modo, ſed amicos etiam admittere in ſocietatem rerum et potentiæ noverat.

XIX. Præterea memoria eſt hoc etiam tenendum in fraternis diſſidiis, ut tunc maxime amicos fratris accedas, in-

τὰς ἐχθρὰς, ἢ μὴ προσδέχεσθαι· μιμούμενον αὐτὸ γρῦ τῶν Κρητῶν, οἳ πολλάκις στασιάζοντες ἀλλήλοις καὶ πολεμοῦντες, ἔξωθεν ὀπτόντων πολεμίων διελύοντο καὶ συνίσαντο· ἢ τοῦτο λῦ ὁ χαλκέμβυος ὑπ' αὐτῶν συγκριτισμός. Ἔνιοι γὰρ ὥσπερ ὕδωρ τοῖς χαλῶσι καὶ διῳδαμβύοις ὑποῤῥέοντες, ἀναπεφύσουσιν οἰκειότητας, καὶ φιλίας, μισοῦντες μὲν ἀμφοτέρους, ὀπτηδέμβυοι δὲ τῷ μᾶλλον ὑπ' ἀσθενείας ἐνδιδόντι. Τῷ μὲν γὰρ ἐρῶντι συνερῶσιν οἱ νεαροὶ καὶ ἄκακοι τῶν φίλων· τῷ δὲ ὀργιζομέ-
C νῳ καὶ διαφερομβύῳ πρὸς ἀδελφὸν, οἱ κακοηθέστατοι τῶν ἐχθρῶν συναγανακτεῖν καὶ συνοργίζεσθαι δοκοῦσι. Καθάπερ οὖν ἡ Αἰσώπειος ἀλεκτορὶς πρὸς τὴν ἀλωπεκα, ὡς δὴ κατ' εὔνοιαν αὐτῆς νοσούσης ὅπως ἔχει σκοπανομβύλλη, Καλῶς, εἶπεν, ἂν σὺ ἀποθνῄσκῃς· οὕτω πρὸς τοιοῦτον ἄνθρωπον, ἐμβάλλοντα λόγον ὑπὲρ τῆς διαφορᾶς, καὶ σκυθανόμβυον καὶ ὑποῤῥήγνυται τῶν ἀποῤῥήτων

C. 3. τὸν ἀλωπ.] Sic D. C. item Sentent. Maxim. et Anton. edit. Wechel. Stobæi. p. 259. Vulgo, τὸν ἀλωπ.

imicoſque vites, neque admittas: eaque ſaltem in re par eſt imitari Cretenſes, qui crebris ſeditionibus belliſque civilibus exagitati, extrinſecus adventantibus hoſtibus pacem ac ſocietatem coiverunt. Is enim erat, quem ipſi appellabant Syncretiſmum. Nam ſunt, qui aquæ inſtar rebus luxatis et hiantibus affluentes, familiaritates et amicitias evertant, utriſque inimici, et ei inſidiantes, quem ob imbecillitatem vident magis expoſitum injuriæ. Quippe amantem adjuvant recentes et ſimpliciores amici: irato autem et cum fratre diffidenti apparet maligniſſimos inimicorum ſe indignationis iræque ſocios præbere. Quare ſicut gallina illa apud Æſopum feli percontanti ficta benevolentia ex ægrotante ipſa, *Quomodo valeret*, reſpondit, *Bene, ſi tu diſcedas:* ita tali homini ſermonem injicienti de diſcordia, et arcana eruere molienti quædam, dicendum eſt, *Nihil*

ἕνια, χρὴ λέγειν, Ἀλλ' ἔμοιγε πρᾶγμα πρὸς τὸν ἀδελφὸν οὐδέν ἐστιν, ἂν μήτε ἐγὼ τοῖς ἀμβάλλουσι προσέχω, μήτε ἐκεῖνος. Νυνὶ δὲ οὐκ οἶδα ὅπως ὀφθαλμιῶντες μὴ οἰώμεθα δεῖν ἀποστρέφειν ὅπου τὰ μὴ ποιοῦντα πληγὴν μηδὲ ἀντιτυπίαν χρώματα καὶ σώματα τὸ ὄμμα, ὅταν δὲ μέμψεσι καὶ ὀργαῖς καὶ ὑπονοίαις πρὸς ἀδελφὸν γενόμενοι, χαίρομεν καὶ προσαναχρωννύμεθα τοῖς ἐκταράττουσιν, ὅτε κωλῦσαι εἶχε τοὺς μὲν ἐχθροὺς καὶ δυσμενεῖς ἀποδιδράσκειν, καὶ λανθάνειν, συνεῖναι δὲ καὶ συνδιημερεύειν μάλιστα κηδεσταῖς ἐκείνων καὶ οἰκείοις καὶ φίλοις, καὶ πρὸς γυναῖκας αὐτῶν εἰσιόντας, αἰτιᾶσθαι καὶ παῤῥησιάζεσθαι. Καίτοι λίθον ἔφασι χρῆναι μέσον ἀδελφοὺς λαμβάνειν ὁδὸν βαδίζοντας, ἀχθηδὼν δὲ καὶ κυνὸς διεκδραμόντος, καὶ πολλὰ τοιαῦτα δεδίασιν, ὧν ὁμόνοιαν οὐδὲν ἀδελφῶν διέστησεν· ἀνθρώπους δὲ κυνικοὺς καὶ διαβόλους ἐν μέσῳ λαμβάνοντες αὐτοῖς, καὶ προσπαίοντες, ἐπισυνορῶσι.

κ'. Διὸ, τοῦ λόγου τὸ συνεχὲς ὑπαγορεύοντος, εὖ

mihi cum fratre eſt litis, ſi uterque noſtrum calumniatoribus aures non præbeamus. Nunc neſcio qui fit, ut oculis vitio aliquo laborantibus arbitremur viſum avertendum eſſe a coloribus et corporibus radium recellentibus: tamen ira, reprehenſione, aut ſuſpicione adverſus fratrem obortа, iis gaudeamus ac nos implicemus, qui magis nos exagitant: quo quidem tempore oportebat nos, evitatis inimicis, maxime cum affinibus et familiaribus amiciſque eorum verſari, et ad uxores eorum intrare, ac libero ore conqueri. Atqui fratres, aiunt, una ambulantes non debere lapidem in medio admittere: quin et canem per medios diſcurrere ominis ſiniſtri habetur: ac multa talia metuunt, quorum tamen nihil fraternam diſcindit concordiam: cæcutiunt interim, homines caninos et calumniatores in medium adhibentes, et in vitium ab his compulſi.

XX. Proinde (ipſa diſputatione id quod continuo ſubſe-

μὴν εἶπε Θεόφραστος, ὡς εἰ κοινὰ τὰ φίλων ἐστί, μάλιστα δεῖ κοινὰς τῶν φίλων εἶναι τὰς φιλίας· οὐχ ἥκιστα δ' ἄν τις ἀδελφοῖς τοῦτο προσήκοι φέρειν. Αἱ γὰρ ἰδίαι καὶ χωρὶς ὁμιλίαι καὶ συνήθειαι πρὸς ἀλλήλους διαστρέφουσι καὶ ἀπάγουσιν ἀπ' ἀλλήλων· τῷ γὰρ φιλεῖν ἑτέρους, εὐθὺς ἕπεται τὸ χαίρειν ἑτέροις, καὶ ζηλοῦν ἑτέρους, καὶ ἄγεσθαι ὑφ'
F ἑτέρων. Ἡδοποιοῦσι γὰρ αἱ φιλίαι, καὶ μεῖζον οὐδέν ἐστι διαφορᾶς ἠθῶν σημεῖον, ἢ φίλων αἱρέσεις διαφερόντων. Ὅθεν οὔτε τὸ συνεσθίειν ἀδελφῷ καὶ συμπίνειν, οὔτε τὸ συμπαίζειν καὶ συνδιημερεύειν, οὕτως συνεκτικόν ἐστιν ὁμονοίας, ὡς τὸ συμφιλεῖν καὶ συνεχθεραίνειν, ἤθεσθαί τε τοῖς αὐτοῖς συνόντα, καὶ πάλιν βδελύττεσθαι καὶ φεύγειν. Οὐδὲ γὰρ διαβολὰς αἱ κοιναὶ φιλίαι φέρουσιν, οὐδὲ συγκρούσεις· ἀλλὰ κἂν γένηταί τις ὀργὴ καὶ μέμψις, ἐκλύεται μὲν ἀφ' μέσου τῶν φίλων, ἐκδεχομένων καὶ ἀφαιρεδαννύντων, ἄντερ ἀμφοτέρους οἰκείως ἔχωσι, καὶ πρὸς ἀμ-
191 φοτέρους ὁμοῦ τῇ εὐνοίᾳ συννεύωσιν. Ὡς γὰρ ὁ κωμῳδιο-

quitur ſuggerente) quod recte dixit Theophraſtus, *Si omnia amicorum ſint communia, maxime debere amicorum communes eſſe amicos:* id non ultimo loco fratribus eſt præcipiendum. Dum enim ſeorſim ac pro ſe alii cum aliis conſuetudinem vitæ ſocietatemque colunt, ipſi invicem divelluntur: quia dum amant diverſos, ſequitur ut gaudeant etiam diverſis, diverſos æmulentur, a diverſis ducantur. Etenim amicitiis mores finguntur: et nullum eſt diverſitatis ingeniorum certius argumentum, quam ubi amici diverſi deliguntur. Ergo cibi, potus, ludorum, contubernii ſocietas non perinde continet fratrum concordiam, atque eorundem hominum amor et odium, ut eorundem conſuetudinem et gratam habeant, et eorundem fugiant atque abominentur. Neque vero communes amicitiæ admittunt calumnias, aut offenſiones: ſed etiam ſi quid iræ aut objurgationis inciderit, eluunt id in medio interpoſiti amici, atque exceptum diſſipant: ſiquidem ambobus ex æquo faveant. Nam quomo-

.ους ῥαγέντα τὸν χαλκὸν συναρμόττει καὶ συγκεράννυσι, τῷ φαύειν ἑκατέρου πέρατος οἰκείως ὁμοπαθὴς γενόμενος, οὕτως δεῖ τὸν φίλον εὐάρμοστον ὄντα καὶ κοινὸν ἀμφοτέροις τοῖς ἀδελφοῖς προσκαταπυκνοῦν τὴν εὔνοιαν· οἱ δὲ ἄνισοι καὶ ἄμικτοι, καθάπερ ἐν ἁρμονίαις μουσικῷ φθόγγοι, διαζεύξιν ἢ συναφὴν ποιοῦσιν. Ἔστιν οὖν διαπορῆσαι πότερον ὀρθῶς ἢ τἀναντίον ὁ Ἡσίοδος εἶπε,

Μηδὲ κασιγνήτῳ ἶσον ποιεῖσθαι ἑταῖρον.

ὁ μὲν γὰρ εὐγνώμων καὶ κοινὸς, ὥσπερ εἴρηται, μᾶλλον ἐγκραθεὶς δὲ ἀμφοτέροις, σύνδεσμος ἔσται τῆς φιλαδελφίας. B
Ὁ δὲ Ἡσίοδος, ὡς ἔοικεν, ἐφοβήθη τὰς πολλὰς καὶ φαύλους διὰ τὸ δύσκηλον καὶ φίλαυτον. Ὁ δὴ καλῶς ἔχει φυλαττομένους, κἂν εὔνοιαν ἴσην φίλῳ νέμηταί τις, ἀεὶ τὰ πρωτεῖα τῷ ἀδελφῷ φυλάττειν ἐν ἀρχαῖς καὶ πολιτείαις, ἔν τε κλήσεσι καὶ γνωρίσεσιν ἡγεμόνων, καὶ ὅσα

A. 5. τὴν εὔνοιαν] Sic omnes libri. Stephaniana editio errore καὶ εὔνοιαν: hinc et tres Græco-Latinæ.
B. 4. νέμηται] D. νέμῃ· quod malim.

do ſtanno æs ruptum committitur atque ferruminatur, utramque tangente extremitatem, et ad naturam utriuſque contemperato: ſic amicum decet aptum et accommodatum eſſe utrique fratrum, ſuaque communitate eorum ſtipare benevolentiam mutuam: inæquales et non attemperati amici, inſtar inconcinnorum in modis muſicis ſonorum, non conjunctionem, ſed disjunctionem efficiunt. Idcirco dubitari poteſt, rectene an contra Heſiodus dixerit,

Æqualem fratri caveas feciſſe ſodalem.

Equidem æquo præditus animo amicus, et ambobus communis fratribus, vinculum quoddam eſt mutui inter eos amoris. Heſiodum vero apparet reſpexiſſe ad pleroſque, et quidem malos: a quibus ob ſiniſtrum ſui ipſorum amorem et proclivitatem ad rivalitatem fratribus metueret. Hoc mali ubi caveris, nihil impedit quin amicum eadem qua fratrem complectare benevolentia: dum modo huic primæ partes ſemper deferantur in magiſtratibus et republica gerendis, in invitationibus

τοῖς πολλοῖς ὑπῆρχεν καὶ πρὸς δόξαν ἦσαν, τὸ πρόσηκον ἀξίωμα τῇ φύσει καὶ γένεσις ἀποδιδόναι. Οὐ γὰρ ὅσον τῷ φίλῳ τὸ πλέον ἐν τούτοις σημεῖόν, ὡς ἀδελφῷ τοὐλαττον ἀρχεῖν γίνεται καὶ ἄδικον. Ἀλλὰ περὶ μὲν ἑτέρωθι τῆς γνώμης γέγραπται τὰ δοκοῦντα ἐμοὶ πλείονα. Τὸ δὲ Μενάνδρειον ὀρθῶς ἔχον, ὡς

c Οὐδεὶς ἀγαπῶν αὐτὸς ἀμελεῖσθ' ἑκών,

